
QVĪTVS TOMVS
RERVM POLO
NARVM

1524
ANNOR
1525





Vide pag. 139



Quintus ~~Sextus~~ Tomus legationum responsionū. literarū rerumq₃ Polonarum

Sub diuo Sigismundo primo Rege Polonie, Per Sapientissimum Petrum Tomiczki Episcopū Cracouieñ. Regni Polonie Vicecancellarium consultarum. actarum. dictarum. scriptarum.

Per me Stanislaum Gorski Cracouien Et Plocen Canonicum. eius in Cancellaria scriptorem recollectarum: ac in Thomos Tredecem digestarum

Continet annos 1524. 1525.



Annus domini 1524.

Sigismundus primus, Rex Polonie
Joanni Laski Archiepo Gnesnen: legato
nato. primati:

Rme in Christo pater etc. Credimus quidem non immemorem esse vestram Pitem vt anno preterito egerunt Piotrcovie nobiscum Nuncii terrarum de anticipanda Synodo Provinciali Conuentum generalem, vt que in eo inter alia decreta res consciterat, Sed ne quid nos pretermisisse videremur eorum, que sumus illis polliciti, volumus id P. vre comemorare, et hortamur illam, vt tempori agere curet ipsam Synodum, et vna cum reliquis Prelatis et Clero mutuum capiat cosilium de hijs, que communi omnium bono Statui, et ad conciliandum et vniendum fauorem omnium inter se Ordinum conducere viderentur, vt viribus Regni vsque adeo attritis, aliqua certa et firmior defensio statui possit, Secus enim daretur maiorum turbarum occasio, in quibus nihil, vt prius, boni effici atque ordinari possit, omniaque in Ecclesiis et ordinem Ecclesiasticum redundarent, Factura P. vra officium boni erga Patriam Antistitis, nobisque tam gratam, quam Reipublice necessariam. Que valeat foeliciter. Vilne M. D. XXiiij



Petrus Tomiczki eps Posnanien[sis] & Regni Poloniae Vicecancell[arius]

Capitulo Posnaniensi.

Venerabiles dni, fratres in Chro charmi. Commonefecit Mtas Regia Rmum dnm Archiepum, de agenda Synodo ante Conuetu generalem, vti fuit Nobilitati promissu, ne quid ob eam rem turbe et difficultatis rebus publicis oriretur. Fuimus nos eius sententie, magis expedire, Capitula queqz seorsu inter se consiliu capere de rebus nris, et Reipubce impendentibus, ac demu nobis Episcopis, cu adiunctis ex se fratribus aliquibus, resolutionem certa et secretam dare, ad quem finem res in Conuentu propositas ducere, et ad quid consentire deberemus, qz acto comuni et generali consilio nros, et vulgatis, vt nuc sunt mores, ante Conuetu consiliis nris, aliqua perturbationem publicis rebus inijcere, et nras magis implicare. Sed cu Mti Regie necessarium videtur, iuxta promissa facta, rem exequi, scribimus nos Rmo dno Archiepiscopo sententia nostra de agenda ipsa Synodo Piotrcouie, vna septimana ante Conuetu indictu, tunc enim et nos ad illam venire possemus. Venirent ecia vno itinere Abbates qui sunt, cu suis Priuilegiis, ad ipsum Conuentu vocati, et pariter ii, quibus damna sunt per nros bellatores illata. De quibus ac omnibus aliis rebus tam Ecclesiasticis nris communibus, qz ecia priuatis, possent omnia comodius agi sub ipso Conuetu, qz alias. si consiliu hoc nostru sequetur ipse dns Archiepus, recte quidem. sin minus, vos tempori maturu inter vos et secretu cosiliu capiatis sub conscienciis et Juramentis vris de trahetibus

nos Secularibus nr̃is, ad defensionem Reipublice iuuandam,
que vtiqz tenuis est, et summa instant pericula, quo vobis
res duci, et ad quid consentiri per nos deberet, quia haud
dubie dñi Seculares venient ad ipsu͂ Conuetu͂ bene in-
structi, quo nos suis argumentis et instancia eo adigeret,
vt equaliter cu͂ illis onus defensionis ferremus, ad q̊d
nos non adeo sumus obligati, presertim habitis alijs one-
ribus nr̃is non modicis, Et quicquid inter vos decre-
veritis, nobis ad Conuetu͂ generalem, per aliquem ido-
neum fratrem, qui nobis adesset, significabitis. Et va-
lete foeliciter.

Petrus Tomiczki eps Posn: Vicecancells
Joanni Laski Archiepo Gnesnen: primati:
legato nato.

Rme in Chro pater, et dne maior colendissime, Intellexera dudu Capitula Prouincie vre Ptis contraria illi fuisse, de agenda Synodo ante Conuetu generalem, eramqz et ego eius sentencie, magis expedire Capitula queqz seorsu inter se consiliu capere, de rebus nris et reipublice impendentibus, ac demu nobis Epis, cu adiunctis ex se aliquibus fratribus, resolutionem secreta dare, ad quem finem rem ducere, et ad quid consentire deberemus, qz acto communi et generali consilio nro, multas difficultates ingerere nobis et actionibus publicis vulgatis, vt nunc sunt mores, ante Conuetu consiliis nris, prout hec lacius vre Pti per dnm Rambieski significaui. Quando vero Sacra Mtas Regia censet et velit Synodu ipsa agi, ne quid ob hac rem, cu ita sit nobilitati pmissu, difficultatis et impedimeti orirectur, videtur mihi, vt Ptas vra illa agere curet, idqz Piotrcomie vna septimana prius qz Conuentus sit indictus, ad qua ego ecia venire possem, Venirent vno itinere et Abbates cu Priuilegiis ad Conuetu ipsu vocati, et quibus damna sunt illata, De quibus, et aliis omnibus rebus commodius esset agere et consulere, sub ipso Conuetu, et vna omnes existentes, qz alias. Hec vti sentio, vre Pti Rme scribo, que vtrugz secu constituerit, no moretur dnis Epis et Capitulis declarare. Cui me, et mea obsequia ex animo commedo, et cupio vt sit sospes et incolumis.

Instructio data Nunctiis Capituli Cracouien ad Synodum Prouincialem Lanciciensem

Presentato Mandato, inprimis de Nunctiis ad Concilium mittendis, et impensis eisdem dandis dicetur, vt conclusum est, in Diocesana Synodo, attento, q eiusmodi Nunctii nunqz mittebantur aliquibus Cleri impensis, sed eorum tantummodo, qui ad Concilium vocantur. et dni Rmi Episcopi, puidebant de hys, que ex vniuscuiusqz Diocesi ad Concilium erant perferenda, nequaqz in aliquam Contributionem consentire voluit, neqz consentit.

Sed etsi vellet, non potest tollerare tanta onera, grauatus continuis contributionibus, et que date sunt per annos preteritos, et que restant dande, ad redimenda bona Regalia et pro expeditione Regia contra Infideles. etc.

Rogandi igr erunt cum Rndo dno Archiepo, caeteri Presules, ne grauare velint suum Clerum onere hoc insueto, sed benignitate pena, et offitio suo dignetur vnusquisqz de necessitate sui Cleri, et tocius Dioc consulere in eodem Concilio.

Et licet Regia Mtas cum suo Senatu de hys difficultatibus, que vniuersum Regnum tangunt, maxime de Incursibus cotinuis Infidelium, et periculo Chriane religionis, per suos Ores significatura sit ad Concilium omnia; tamen pauca eciam nomine Cleri huius Crac Diocesis referantur.

Et inprimis de vicinis hereticis, et scismaticis, et couersatione continua, et valde periculosa hominum nre fidei, cum ipsis, ac illusione sacrametorum cum ad Ecclesias veniunt,

proponendu erit et rogandi dni Presules, vt huic malo pro-
videre velint, et cosulere quomodo reduci possint ad vnione
fidei, et obedienciam sancte Romane Ecclesie.

Item dicatur de hijs Coniugibus, qui abducuntur frequenter
per Infideles, nec sciri potest, de vita, vel morte eoru, cosula-
tur si quo modo fieri possit, vt qui superstites domi sut, ci-
tra peccatu contrahere Matrimoniu possint.

Item de hijs, qui turbantur in senectute, per impetracoes am-
bitiosas et dolosas ad inducenda tantummodo litispendenciam,
vt aliqua poena refrenetur, quia per eiusmodi Impetrationes
occupant beneficia Ecclesiastica per homines improbos, cu
magno preiuditio Ordinarioru, et Patronoru Laicoru.

Item de Religiosis exemptis, quoru vita maximu parit scan-
dalu, et bona suoru Monasterioru distrahunt, consulatur
vt corrigantur, et reduci possint ad obseruanciam. Et pre-
terea quia ijdem Religiosi habent Priuilegia varia à Ro-
manis Pontificibus, pretextu quoru, multas inferunt iniurias
Presbyteris parochianis, prouideatur, ne excedant limites suos,
et in meßem aliena falcem no inferant.

Ante omnia vero rogetur ipsi Rmi dni Presules, velint esse
vigilantes in eodem Concilio, vt huius Prouincie pauper, et ni-
mis oppressus Clerus, aliquando respirare possit à tot grauā-
minibus, que ei inferuntur per Seculares, et recuperare sua li-
bertatem, et no subiiciantur bellicis expeditionibus, et aliis
difficultatibus, in quas conijcere eu, ipsi dni Seculares moli-
untur, et proculdubio in ipso Concilio ide facere conabuntur.

De adulteris, qui scienter cu pluribus Matrimoniu cotrahunt,
vt aliqua poena seuerior contra tales per Secularem potestate
costituatur, quia hoc scelq ppt impunitate vehementer inualuit, et
cotinue inualescit cu magna indignatione Dei.

De Presbitericidis, vt aliqua poena in tales constituatur per Sta-
tutum Regni, vel vt Constitutio Carolina ponatur in executioẽ.

Item vt inhibeatur, ne venerarentur publice imagines et sepul-
chra eorũ, qui nõ sunt Canonizati, nec asscripti Cathalogo
Sanctorum.

Item de Jurisditione Ecclca, que valde oppressa est propona-
tur, et imprimis de miserabilibus personis, vt more prius
obseruato, recurrere possint, prout Juris est, ad forũ Ecclcũ,
et similiter in defectu Judicii Secularis, vel vt saltem consti-
tuatur Judiciũ promptũ et perpetuũ, ad audiendas causas
taliũ personarũ, vt sine difficultate adeundi Principem
et Dignitarios ac Officiales terrestres citra impensam super-
fluam, ammotis dilationibus, iusticiã cõsequi possint.

Item de causis Testamentarijs, quas vendicare sibi Seculares
Judices ex toto conatur, prouideatur, vt Ecclesia circa Juris-
ditionem suã in illis conseruetur.

Et quoniã forsan Seculares dñi, multa proponent in Synodo
Prouinciali, contra personas Spuales, et Jurisditionem Ec-
clesiasticã, et Articulos seu Casus, in quibus tantummodo
recurri debeat ad Forũ Ecclcum, rogandi erunt ijdem
Rmi dñi Presules, vt dignentur esse vigiles et intenti,
ne quid admittatur eisdem Secularibus, quod vergat in
preiudicium personarũ Ecclcarũ, et Jurisdicõis Spualis.
Et specialiter rogandi erũt, vt Clerici suos debitores, et
alios iniuriantes laicos, corã Judice Ecclco conuenire
possint, prout semper obseruatũ est.

Item vt obseruetur Statutum Prouinciale, vt de
bonis et possessionibus Ecclesie, pro quibus interdum

in controuersiam venitur cum Laicis, non cognoscat, nisi Judex Ecclesiasticus.

Item de illibertatione Decimarum, et locatione, et vendicoe earundem, et straminibus, Item quod attinet ad Contributiones, habita intelligencia cu aliys dnis Capitularibus, et Abbatibus Prouincie, agatur, vt libertas non soluende Contributionis data vniuersitati Studii Crac reuocetur, qa cu magno preiuditio tocius Cleri, eadem libertas concessa est, cum de illa, nulla vnqz mentio in aliqua Synodo Diocesana facta fuerit, nec Consensus ad ea huius Cleri requisitus, et nec concessus fuit. Quod si Synodus facere volet gracia aliqua eidem Vniuersitati, ne libertas illi concessa sit in toto, frustratoria saltem Collegiatos Minoris Collegii Artistaru per se legentes à soluenda Contributione absolnat.

Item, vt, quemadmodu constitutu est in Synodo Prouinciali preterita, Clerus non cogatur per Collectores, aut Rmos dnos Epos ad solutionem Contributionis imposite et imposterum imponende, nisi prius ipsi Rmi dni, quilibet in sua Diocesi eandem Contributionem soluerit, et protestentur, si id facere noluerint, q ipse Clerus eandem Contributionem eciam non soluet.

Item petatur, vt ydem dni Presules, qui non soluerunt priorem Contributione, soluant eam.

Item de Clero Slesie districtus Plrinensis, Zathorien, et Bitomien, an cogi debeat ad soluendam Contributionem, que pro defensione Regni instituitur, petatur, vt Synodus determinet, Idem namqz Clerus Slesie, retrahit se à soluendis euismodi Contribucoibq, que fiut, vt premissu est in publica

Regni defensionem.

Item proponatur, vt ecia Clerus Russie terrarum, contribuat cum alio Clero Regni, presertim qui non est per Thartaros destructus, Nam et in Diocesi nra Crac, ex multis terris, que fuerunt ab eisdem hostibus depopulate, Clerus Contributionem soluit, quod maxime necessarium est, vt constituatur, propter summam magnam, que colligi debet, ad redimenda bona Regalia:

Item, vt eadem Contributio, aliquam vtilitatem afferat eccle, rogentur dni Presules, vt lre promisse per Regiam Mtem, et eius Senatum, expediantur, cum illis conditionibus et articulis, qui erant propositi et concessi Clero, per Regiam Mtem, cum Contributio pro redimendis bonis Regalibus, in Conuentu Piotrcouiensi promissa est, videlicet, vt imposterum Clerus vniuersus sit liber, ab omni onere Contributionis, et ab omni expeditione bellica, et vt prouideatur, vt tempore alicuius expeditionis, persone res et bona Ecclesiastica non violentur, nec diripiantur.

Item de taxis beneficiorum Dioc Crac vt renouetur. quia aliqua beneficia in prouentibus suis, multum decreuerunt, et aliqua adaucta sunt.

Item comunicato consilio cum aliis dnis Capitularibus, et Abbatibus, proponatur cum modesta querela contra Rmos dnos Presules, q, illi sine aliqua certa deliberatione, et consensu sui Cleri, imposuerunt maxima et grauissima onera eidem Clero. Offerentes Regie Mti tam intollerabilem sumam pro redimendis bonis regalibus, et item aliam summam quociens Regia Mtas ad expeditionem bellicam proficiscetur.

sine omni necessitate etc, et rogandi erunt propter Deum vt saltem in recompensationem eorum cogitent, quomodo eorum pauper Clerus à tot oppressionibus respirare possit.

Fiat etiam mentio, quod idem Reverendissimi domini nullo precedente tracta:tu cum suis Capitulis et Clero, consenserunt taxari bona suarum Ecclesiarum, vt ex illis fieret expeditio bellica, Et preterea significarunt Capitulo nostro Cracoviensi per dominum Phirley Palatinum Lublinensem, vt bona sua Clanis Pabiani:censis, similiter taxari permitterent ad eandem expeditionem faciendam, cum magna iniuria suarum Ecclesiarum, et nostra, et exemplo perniciosissimo.

Item rogetur Reverendissimus dominus Archiepiscopus, vt Synodos Provincia:les futuras, instituere velit in propinquioribus locis, quia cum magna nostra difficultate et iniuria, ad tam longam loci distanciam trahimur, et saepe temporibus minime convenientibus etc,

Sigismundo primo regi Poloniae
Chr^o ferus de Szidlowec Palatinus
& Capit^s Crac: regni Poloniae
Cancell^s.

Sacratißima Mtas Regia, et dne dne clementissime. Post seruitutis meae commendationem, Quemadmodum Sacratissimae Mti vrae binis lris significaui, de Oratore Caesareae et Catholicae Mtis, ad magnum Ducem Moschorum designato, ita et in presencia visum est, de ratione et modo suae legationis abundius Sacratissimae Mti vrae scribere, vt priusquam in conspectum Sacratissimae Mtis vrae venerit, intelligat Mtas vra, saltem effectum Legationis suae,

Nomen Oris est Anthonius Ludwc Comes, qui ecia a Caesare Maximiliano, Orem apud eiusdem Moschorum Ducem egit, sacratissimae Mti vrae no ignotus, Is, vt antea scripsi, in Nouaciuitate Austriae me conuenerat, et declarauerat se esse Orem Caesareae Mtis ad magnum Ducem Moschorum, in negotio, quod attinet confirmationem confoederationum, inter memoratum olim Maximilianum, et ipsum Ducem Moschorum factorum, et quod esset ecia illi iniunctum a Caesare vt si possit, ordinet et faciat perpetuam pacem, inter Sacratissimam Mtem vram, et magnum Ducem Moschorum predictum. Idem Anthonius ante quadriduum huc venit, venit et alter Orator dns Jo. Snaipek, in locum dni A. Burgo, Dns Anthonius congressus est mecum aliquoties, et heri ad prandium eum inuitaueram, locutus sum cum eo de multis rebus, Aperuius enim mecum quam antehac, ac inter coetera dixit mihi, quod summa suae Legationis esset, vt et priores Confoederacões Diui Caes. Maximiliani, et Ducis Moschorum confirmarentur, et si fieri potest, quod perpetuam pacem inter Mtem vram, et Ducem Moschorum faciat Quomodo aut Sermus dns Archidux Austriae, tam dictum dnm Anthonium quam alterum do. Jo. Snaipek, qui in loco dni Andreae Burgo exit, commendauit, mitto lrarum suarum exempla

sacratissime Mti vre; Sed Sacratissima Mtas vra primu sciat,
q, magnus Dux Moschoru, habuit nup orem suu apud Cesare.
Ille aut Or vocatur Jacubus, vti ex cirographo suo colligo, Cui
exemplu hys inclusu, Sacre Mti vre mitto. Mutuauit ille
Centu florenos apud dnm Anthoniu orem Cesaris etc.
Orator magni Ducis Moschoru vt ego ex do. Andrea Burgo
accepi, rogauit Caes. Mtem, q se interponeret, vt Mtas vra fa-
ceret pacem ppetua, cu dno Duce Moschoru, Et licet istud
costanter negat dns Anthonius, tame suspicor esse veru, Na
et Sacra Mtas Regia Hungarie, scribes ad Sacratsa Mtes vra,
in comendationem prefati negocii pacis ita ait, Tempus q8
ad hac pace costituenda, hoste flagitante, Cesare mediatore,
modo cetera congruat, et sint paria, maxime idoneu et
opportunu esse videmus etc. Sed p ampliori documeto, mitto
Sacre Mti vre hmoi lrarw copia, Vnde ego Sacratsme Rex
intelligo, q magnus Dux Moschoru, medio oris sui, egit apd
Cesarem, vt sit mediator pacis predicte. Et quia ego scio,
vt ats sacratsme Mti vre scripsi, et cora dicto Ore Cesarg, et
vbicuqz tps et opportunitas erat, abude declaraui, q, Sacratma
Mtas vra, nunqz alicui Principi Chriano, bellu offensiuu in-
tulit, sed defensiuu egit, ac Dei optis ope vicit, Et Moschg qui
primu pacem fregit, Jusiuradu violauit, quantu lucri ex eo
bello retulit, ipse, et sui Cosiliarii, qui in hucusqz diem in cope-
dibus vita agut, nouerint. Et nisi Arce Smolensko per pditoes
Prouincialiu accepisset, nunqz caput extulisset post ea cladem,
qua apud orsza passus est. Ideo Serme Rex, q pace attinet,
dignabitur Sacra Mtas vra, pro sua incoparabili prudecia,
ita agere cu dicto Ore, q, foret cum dignitate et comodo Sa-
cratsme Mtis vre.

Ceteru idem Or, inter alia interrogabat me, an scirem, si
Sacra Mtas vra vellet dimittere Arcem Smolensko aliqbus

bonis conditionibus, vel si posset aliqua quantitate pecuniarum redimi. Ego respondi, ullas conditiones, aut redemptiones pro Arce Smolensko Mtem vram S. nequaquam accepturam, si etiam bellum hoc, quod decemseptem annis agitur, perpetuo durare deberet. et alia multa in eum sensum dixi, rem, quantum potui, ex difficillima, faciens multo difficiliorem. Tum ille (Cesar, inquit) Maximilianus, egit graue bellum cum Venetis et tamen cum res Christiana postulauit, fecit pacem cum illis, conditionibus etiam indignissimis, et suo damno. Ego respondi Sacram Mtem vram, Smolensko dimittere nolle, neque posse, eo quod proditione ad hostem deuenit, etc.
Agit Serme Rex Orator iste, pertentat omnia, tanquam is, qui velit esse utilis et bonus Orator. Videre etiam videbatur quibusdam ex dominis Hungaris, ut ego efficerem, quod Sermus dnus Rex Ludouicus etiam adiungeret Oratorem suum, ad magnum Ducem Moschorum prefatum, ad agendum pariter cum Cesareo Oratore de hac pace, Sed mihi res indigna visa est, ne ubi hostis pacem flagitat, nos eam sponte offerre, vel mendicare potius videamur. Verum si placet Sacre Mti vre, scribat Sermo Nepoti suo, et mittat ad me literas, Ego etiam si in itinere me literae inuenient paruo negotio efficiam, quod Mtas Regia Hungarie mittet Oratorem suum,

Postmodum reduxit mihi in memoriam illa foedera, que intercesserunt inter Sacram Mtem vram, et Caesarem Maximilianum, que in Nouacivitate Sermus dnus Archidux Austrie voluit confirmare et confirmasset ea atque auxisset, sed ego Mandatum non habui, donec in venatione Eberstorff allatum est mihi, et iam tum Sermus dominus Archidux discessurus erat, nec Consiliarios suos secum habuit, verum promisit illa, suo et Cesaree ac Catholice Mtis nomine, confirmare etc et augere. Habet etiam idem Orator Cesareus referre Sacre Mti vre de Matrimonio, sed nihil aliud, nisi ut prius dnus Andreas Burgo Sacratme Mti vre scripserat, ne videlicet festinaret Mtas Vestra cum Matrimonio Serme Regie Hedwigis filie sue amatissime

Et ita spero ut ego proximis meis lris, manu mea, Sacre Mti vre scriptis significam. Postremo narravit mihi, q habet signi ficationem à Cesarea Mte ad Sacratma Mtem vram in re Pru tenica, que ad concordiam, et q in ea re reddidet lras Cesaris. Sermo dno Archiduci Austrie, inscriptas primum Sermo Regi Ludovico. deinde dno Duci Saxonie, Cardinali Salzburgen. et Rmo dno Archiepo Strigonien, put id latius, Sacratma Mtas vra, ex ipso cognoscere dignabitur

Hec sunt, que Sacratme Mti vre significare volui. Ego hic cum maximo tedio tpus tero. Scripsi Sacratme Mti vre ante pre sentem diem Dnicum me hinc discedere debuisse, cuiusque fui animi. Sed per Mtem Regiam et omnes dnos retineor. Venerunt dicti dno Ores à Cesare. quorum ecia adventus moram hac pe perit, nec minus illud, quod ptinet ad rationem, et meliorem ordinatione Status et vite Sermi dni Regis Ludovici. Venit ecia et Rmus dns Gorcen Epus, qui non nisi me alloquendi causa venit, cum quo nudius tercius satis longo tpe, item heri, et hodie, p multas horas, de multis locutus sum, que ipse veniens, Sacratme Mti vre referam,

Preterea miserat ecia ad me Rmus dns Archiepus Strigonien. Secretarium suum do. Archidiaconum Comaronen, cum significacoe secreta et necessaria, quam veniens referam

Insuper, Sacra Mtas Regia venatum nudius tercius recessit, sed cras vicevversa redibit, Opportune, vel importune sollicitabo ut expediar hac hebdomada, Explicare enim non possum, quanto desyderio teneor videndi facie Sacratme Mtis vre Dni mei clementissimi. Cuius gratie me, et servitia mea Sacratme Mti vre diligentissime comendo. Quam ops. Deus conservet, quam diutissime salvam et incolumem. Datum Posonii feria secunda ante festum sancte Catharine. M. D. XXiij.

hic ponantur Lrc Conuentus 16a
qui circa finem anni 1523
fuit institutus Piotrkowic

Legatio ad palatinatus
et decreta contributionum.

Petantur ex Regestris. 9

Bone Regine Polonie
Petrus Tomiczki eps Posnan
& Regni Polonie Vicecancell.

Sacra Mtas, et Domina dna mea clementissima, Post perpetue servitutis, et orationum mearum humilem commendationem. Missus est non pridem Cubicularius Regie Mtis in Hungariam per quem misse sunt ecia per me lre ad Cesaream Mtem in negotio Ducatus Barien vre Mti no incognito, quas lras curabit Magcus dns Palatinus Crac. perferri in Hispaniam, per postas Sermi Principis Ferdinandi,

Hodie quintusdecimus agitur dies qd venimus huc cum Regia Mte, adhuc tamen nihil est inchoatum, Hesterno die debuit fieri propositio super hys, de quibus est deliberandum et consulendum in hoc Conuentu, verum Nuncii terrestres facta inter se dissensione de locis, impedimento fuerunt, quominus fieret ipsa propositio, et vereor plurimum, q multe tales posthac inycientur difficultates per homines factiosos, que obstabunt consultationibus de defensione Regni et Reipublice salute, Curabo tamen ego cum alys dnis componere has domesticas dissensiones, que manifestum nobis minantur excidium, nisi tempori et maturo consilio, simul ac auctoritate Regie Mtis sopiantur.

Intellexit Mtas vra Serma ex dno Carnkowski, mentem et voluntatem Mtis Regie, de leuanda de sacro fonte. Illma filia Mtum vrarum recens genita, et nomine illi imponendo.

Me et mea obsequia commendo iterum gracie Mtis vre Serme. Quam dns Deus, diu seruet sanam, sospitem et foelicem. Datum in Piotrcow. die penultima Octobris. M° D°. xxiij°.

Petrus Tomiczki Eps Posn. Vicecancell
Joanni Bonei Consilii. Burgrabio Zuppario
Craconiensi

Generose dne, amice charme, et fautor honoran, Putabam q Nunctius vre D. qui eius lras mihi reddidit, redire ad illa statim deberet, Itaq3 scripsera lras euestigio vre D. quibus declarami illi, quid egerim ego, et dns Palatinus Sandomirien, cu dno Sbigneo Podlodowski, et quomodo tandem cu eo conuenerimus, super Iure Prepositure Ilzen, quas lras mitto cu pntibus,

Heri deliberauerat Mtas Regia, facere iniciu consultationu, sup periculis et necessitatibus, que Regno incumbunt, veru Nunctii terrestres iniecerunt difficultatem de locis, Nam et maiores Polonie, et ij, qui missi sunt de terris, Cracomien, Sandomirien. et aliis, contendunt primatu, sev primas partes habere, cum in loco et sessione, tum in dicendis sentenciis, nec volunt vt aliqd cosulatur pro bono comuni, et salute Reipce, nisi prius hec illoru differencia, iusto Regie Mtis decreto sopiatur, Quo aut Mtas sua dirimere illam debeat, in tanta animoru partis vtriusq3 dissensione, est res non parue difficultatis. Ego certe optarem, et ita consului, vt hec differencie in aliud tempus quietius reicerentur, et vt nunc consuleremus, de imminentibus Regno periculis, Sed alia est alioru sentencia, in qua si pertinaciter pseuerauerit, vereor ne hunc Conuentu hys nris domesticis dissensionibq dissuamq, et vniuersu Regnu in graue discrimen, ne dica exidiu inducaq. Spem tamen habeo, q dns Deus suggeret Mti Regie dno nro clementissimo tale cosiliu, quo hoc tantu malu intestinu, equis et decentibq mediis vel suspendet, vel coponet. Me vre D. ex animo comendo, et valere illa foelicissime desydero. Datu.

Petrus Tomiczki Eps Posn: Vicecancell.
Joanni Conarski Epo Cracoviensi.

Rme in Chro pater, et dne dne colendissie. Hesterno die consultabat Mtas Regia cum nonnullis dnis Secularibus, quid esset faciendu cum foelice Organista capto per Consules Crac et vereor plurimu, q mandabit Mtas sua affici illu poena debita, eo q dni, put accepi, ita faciendu censuert, presertim cu intellexissent illu, no detulisse vnqz tonsura, et habitum Clericalem, et domu aliena noctu ingressu hospitem graviter vulnerasse, et vna cu vxore illius res plurimas secu asportasse, cu quibus deprehensus et captus esse dicitur, Ego curavi quantu maxime potui, vt ille remissus fuisset ad Judicium et castigationem vre Rme D. veru si aliter Mtas Regia facere dignabitur boni consulere nos oportet.

Nihil adhuc est in hoc Conuetu incohatu quod comedari possit. Cum em iam iam voluissemus cosulere de periculis, que Regno incumbunt, Nunctii terrestres fecerut inter se dissensioes de locis. Nam et maiores Poloni et minores contendut prima ac honoratiora loca habere, nec volunt, vt aliqd consulatur de bono comuni, nisi prius hec illoru controversia discuciatur, et iusto Juditio terminetur. Mtas Regia est valde perturbata ex hys domesticis dissensionibus, et putat fieri illas ex suggestione nonnulloru invidenciu foelicitati Mtis sue, vult tamen opera et auctoritatem sua interponere, vt illas, quantu maxime poterit, citra preiudiciu ac iniuriam vtriusqz partis componat; Qua ego quoqz vna cu aliis dnis consiliis meis adiuvabimus, modo reliqui consilia mea non interturbent, Habet vra Rma D. inicium huius

Conuentus satis turbulentus, quare orari faciat dnm Deum, vt inspiret nobis omnibus hic existentibus spiritum pacis et concordie, Me vrę Rm̃e D. et mea obsequia ex animo commendo, et valere illam foelicissime desydero. Datum.

Petrus Tomiczki Eps Posn: Vicecancell Chrforo de Ssydlowiec Palato et Capito Crac: Regni Polo Cancellao: Gostinensi Sochaczouien. Corczinen. Samborien Capito

Magce dne, amice et fautor charme ac honoran, Quanta confusione et protermia agatur Conuentus noster scribi satis non potest. Hec tamen eius est summa. Orta est ab initio differecia de locis, inter Nunctios Maioris et Minoris Polonie, in qua, per plures dies altercati, eo tandem venimus, vt Mtas Regia decerneret rem in aliud tempus differendam. et vt Nunctii eo interim ordine sederent, quem ipsorum Palatini inter se obtinent. Suscepta est ab vtraqz parte cause dilatio, sed alternata à nris Maioris Polonie prohibitione, vt asserebant, suorũ recusata, Circa hoc consultum est aliquandiu et difficulter. tandem in eo statum, vt Mtas Regia decreto suo auctoritate et Mandatum etiam adderet, edixi ego, edixit et Mtas sua ore proprio graue et seuerũ mandatum, cum de obseruando decreto tum vt reiectis hys omnibus altercationibus, super negocijs Reipce propositis, vnanimiter consuleretur. Responderunt Poloni, se excusando, quo ad loca, q, nullo modo aliter facere possent, qz vt prima teneret Ad negocia vero à Mte sua proposita, non prius accedere posse, qz reformatio fieret eorum, que censent esse aduersus Statuta, et vt Conuentus Justicie haberetur. Responsum est illis hoc in presens esse no posse.

et rationes euidentes date, q plures dni abessent, et is Conuētus non eo modo esset institutus, vt descriptū est per Conuentum Bidgosthen de tali Conuētu Iustitie, sed nec hoc profuit. Quesiti sunt dehinc Cracouienses, quid ad proposita responderint, Dixerunt se de locis stare Decreto Regio, De negocijs publicis nihil respondere posse, nisi omnes vnirentur. Consultatū est iterū super hijs, et visum illis, qui has omnes technas struunt, vt proponeretur Nuncijs, q Mtas Regia contenta esset, aliqua in presens reformare, et reliqua in aliud tempus differre. Promittendo illis verbo Regio, specialem adhuc Conuentū statuere, et omnia reformare, Neq3 id susceptū est à nrīs Polonis.
Consultauimus iterū, et dicta sunt multa à quibusdā Dnis q et Cracouie et hic omnia impedirētur officijs, Ad que ego solus respondebam, nihil per officia stare, sed per hoc, vt ordine fieret omniū reformatio, Ad quod dicebatur, nos id excusationis, ad euadendum, quo minus officia mea dimitteremus, inuenisse, De quo magna mihi fuit contentio, et à nemine sustentebar. Postquam eo ventū est, et visū omnibus, vt dni Cracouienses, tentarent cū suis Nuncijs, quo absq3 alijs, cū toto consilio, rebus publicis consuleretur. Sperauimus eñ, q si id effecissent, prout poterant, complures nrōs Nunctios, à Posnaniensibus et Calißiensibus defecturos, Venerūt tandē dni Cracouienses cū Nuncijs suis ad Mtem Regiā, et presentibus alijs, hoc, preter omnem spem meām, proposuerunt, vt siue Mtas sua vellet, iuxta petitionem Polonorū ordiri à reformatione Statutorū, siue à consultatione de necessitatibus Reipublice, se contentos eße, neq3 per illos stare, quo minus hoc, vel illud fieret, Subiunxit mox dns Archiepus, vt et nos cum Nuncijs nrīs seorsum colloqueremur, secessimusq3, nec prius inter se consulti, coacti sumus corā Nūcijs, sententias

dicere, et dno Archiepo, vt aliquoru fieret iam in primis reformatio, censente, et aliis in eum modum, Ego nimia molestia ex tot contentionibus affectus, vidensq3 alios omnes captare auram popularem, et Principem ad omnia ea mitescere, que comitas exigebat, eciam cu alys dixi, vt si aliter fieri non poss It, fieret vel aliquoru, vel omniu reformatio, dummodo oes Nunctii, hoc est et Maiores Poloni, et Cracouienses ad hoc consentirent, et q per me nihil staret, quo minus id fieret, quod Reipublice expediret.

Postero die Nunctii ipsi nri, suggestione quorundam, qui ad Sigillaria officia aspirant, vt mea generalem oblationem arriperent, egerunt gracias et priuatim, et cora Mte Regia, cum dno Archiepo, de opera, vt satisfieret Juribus Cōibus, tum mihi et alys de consensu et propensione ad manutenenda Jura, quibus aliqua in parte derogatu esse videretur. Petitaq3 est à Mte sua eius rei exequutio; Sed ea lege, vt et alii omnes pariter sua officia resignarent, que contra Jura tenerent. Vnde Mtas Regia colligere potest rem instructam. Nam et controuersia de locis eo spectat, vt inde maius Sigillu maiori Polonie cedat, De quo, quia no est tutu scribere, reseruo omnia ad mutua collocutionem nram, Nam iam eas omnes fabricas sum ad vnguem expiscatus

Post eas Nunctioru Polonie petitiones, consilium inimus, diuq3 disceptantes, tandem visu fuit edicere, nomine et mandato Regio, vt quo reformandis Juribus et defensioni satis fieret, reformarentur Jura ordine ab initio, et consuleretur de defensione alternatim binis diebus, no susceptum est id ab vtrisq3 Nunctys; Polonis aperte resignatores officioru,

et Cracoviensibus generale reformationem Iurium, primis et ante omnia fieri exigentibus. Iterum consultavimus, et visum fuit omnibus tentari Cracovienses ab ipsorum Dnis, vt ad sententiam Regiam, et dnorum de ea alternatam, consulendi Iuribus et defensioni, accederent. Et hoc saxum volutum est multis diebus, Cracoviensibus ita repentibus, vt nec dnis deeße, nec à Polonis se scindere velle viderentur. Tandem eo ventum est, vt optantibus Cracoviensibus, sententias omnium Dnorum, coram Mte Regia audire, vtrum concordes in ea re essemus. Et vt excusationem haberent sequendi totius Senatus, et Mtis Regiae sententiam, nos condictis prius ad vnum finem sententiis. quando coram Mte Regia, et vtrisque Nunctiis, vota dicere debuimus, orsus est dnus Archiepus more suo, illam sylvam et Labyrintum suae Sententiae, In qua hinc et inde divagatus, Subiunxit preces ad Mtem Regiam de reformandis Iuribus omnibus, Et vbi quis spiritualis teneret aliquid adversus ipsa Iura, iuberetur resignare, et pariter Secularis quilibet. Et ea dicens, venit tandem ad rem, de qua omnes convenerámus, vt fieret consultatio alternata binis diebus, tam de defensione, quam etiam Iuribus reficiendis. Arripuerunt hoc iterum mei Poloni, et specialiter dno Archiepo summas egerunt gratias de opera in satisfaciendo Iuribus eorum, et demum toti Senatui, quod vnanimiter in hoc convenissent, vt fieret reparatio Iurium ipsorum, et quod eam reparationem ipsi intelligant resignatione officiorum, Nam nulla alia reparatione indigerent Iurium, nisi exequutione, quae nollent pati sibi aliter reparari, aut interpretari, nisi vt sonant, et vt ea ipsi intelligant. Quae omnia posthac coram Mte Regia iterarunt, cum amplißimis gratiarum actionibus, quasi iam omnes in hoc convenerimus vt fieret officiorum resignatio,

Responsum est illis nomine Regio, secus illos sententiam suam.

et Dnorum interpretari, q3 essent omnium vota, eam videlicet, vt Iu-
ra reformarentur, et simul defensioni consuleretur, Et proinde
vt iuxta eam sentenciam se conseruarent, qua iam Mtas sua
inniti vellet, cerciorq3 fieri, qui ex Nunctys essent, adherentes
Mti sue, et toti Senatui, aut qui essent aduersi, Responde-
runt Poloni longa excusatione, se commissa fratrum suorum
excedere no posse. Cracouienses vero subiunxerut, se hoc
diu petiuiße et petere, vt Iura ipsorum equarentur, corrigere-
tur, et repararentur. Interpretantes equationem in diffe-
rencia Iuridici processus, correctionem in contrarys sibi in
vicem Statutis, et reparationem in hys que sunt et comit-
tuntur aduersus Statuta, Et proinde cum viderent Mtem
suam et totum Senatum in eo constitiße, vt fieret Iurium repa-
ratio, cum magna graciarum actione accesserunt sentencie Re-
gie et Senatus, Protestantes eam diuulsionem à Polonis, sua
causa non esse, petentesq3, ne hoc postea in sequellam veni-
ret, tam illis q3 alys terris, q, vni, absq3 aliis, consulere de
re publica deberent, Acte sunt illis nomine Regio gracie,
et quesiti seorsum alii Nunctii Maioris Polonie, quid in com-
missis haberent, et an cum Mte Regia, et toto Senatu stare
vellent, qui quasi in idem commissa sua exponentes, perie-
runt sibi ad diem crastinam deliberationem dari. Atq3 hec
die hesterna sunt acta, Quid hodie fiet adhuc sum incertus.
Tamen in hoc constitimus omnes cum Mte Regia, vt siue
deserant Posnamienses et Calißienses, alii Palatinatus Ma-
ioris Polonie, siue non, nos absq3 illis tam in reparandis
Iuribus, q3 eciam de defensione consulturos, In eoq3 cardine
tota Conuentualis summa nunc vertitur. Que vtinam re-
cte succedat.

Sacra Mtas Regia, nascente sibi pustula, ex quadam materia.

maligna, tanto dolore affecta est, vt ab initio aliquot diebus, fe-
bre agitaretur, que iam gratia Dei cessauit, sed dolor hactenus
Mtem suam affligit, et assidue in lecto detinet, incipit tamen iam
vlcus indies magis maturari, et dolor minui. Speramusque, quod
breui Mtas sua liberabitur. Quecumque posthac sequentur,
vestre Magcie per omnem occasionem scribere non negligam.
Cuius bone gracie et fauori me commendo, et cupio ex ani-
mo, vt sit foelix et incolumis. Datum in Piothrcow, feria tercia
proxima ante festum sancte Catharine, M. D. XXiij.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Capitulo Posnaniensi.

Scripsimus vobis nō ita pridem, quanto conatu impetamur hic à Secularibus, vt onus defensionis vnacum illis ferremus. Quod tametsi omni studio, per hoc totu Conuentionis tempus declinare curauerimus, nihilq3 non tentauerimus, quo Iura et immunitates Ecclesiasticas illibatas conseruaremus, tamen consyderantes omniu in eo conatu pertinaciā, consyderātes cum Regni summu discrimen ab Infidelibus, tum Ecclesię grauißimam tempestatem ab hęresibus, quę indies magis inualescunt, timentes, ne per nos stare videretur, quominus oportuna defensio Reipublicę constitueretur, atq3 inde ansa daretur improbis grassandi in bona nrā, quib) inhiant, coacti sumus fundos Ecclę, vna cū aliis in cōmune taxandos offerre, ad nonnullasq3 Contributiones alias satis graues nos submitte., quibus tamen nōdu satiati videntur, sed vrgent nos ad decīas eidem oneri mancipandas. Ad quod iugu indignu nos hactenus impellere non potuerunt, neq3 impellent adiutore Deo, vel nobis vnis renitentibus.

Significatu est nobis, Sigismundu Laski animā agere, iamq3 fortaßis hactenus extinctu, Eius Canonicatu conferre statuimus, alicui viro idoneo, vt posthac Prebendam hanc Doctoralem efficiamus, nō obstante Coadiutoria alterius, Ad quam infringēdā habeq modos necessarios, Et pinde curetis, ne qd in ea re nobis insciis et irrequisitis, statuatis, pertim de acceptando altero ad Ecclam, et possessiōne tradēda, Ac valete feliciter, nosq3 in vris oroib) habeatis cōmendatos. Datum Piotrcouię.

Religionis et Reipub^ce Polone Querimonia

Per Andream Cricium Epm Premislien

Religio & Respublica Lectori

Persuasum habeas Lector, quisquis forte in hanc querimoniã nrãm incidisti, nos illam non animo lacessendi quemq̃ popularium nr̃orum qui viscera nr̃a estis: sed declarande dumtaxat calamitatis nr̃e causa, vobis edidisse. proinde q generatim omnia, et ut in curis fieri potuit. effusa sunt potius animo a nobis. q̃ exacte recensita. Quodsi liberum est per vos, fraterculis ac Sacellanis quibusuis declamantibus, id exequi, ac subinde tum illis, tum vel ipsis olitoribus, si Deo placet, de Statu nr̃o pronunciare: qui minus idem nobis ipsis licere debet, quibus melius ea que nos urgent, q̃ aliis constant? Igitur optime lector cognita ex nobis veluti malorum nr̃orum summa, et de reliquis que hinc manant, coniectura facta, cura nobis si qua parte potes opem ferre. Tibi enim ipsi pariter, cum omnium in nobis bona sita sint, commodatum putes. Sin vero adesse ullo pacto nequis, id quod potes, nobiscum una de nostra, et tua ipsius in nobis calamitate ingemisce.

Respublica

Illa ego publica res: utinam priuata vocarer
Me miseram, qualis, quo sum perducta videtis
Cum michi sit princeps, quo nil prestantius orbe,
Imperium late, celebris prudensque Senatus,
Sint proceres, equites, variae dominatio gentis,
Innumeri populi, vires, animosa iuuentus,
Sint et opes, et equi, sint munera plurima terrae;
Quodque magis mirum, cum me florere peroptet,
De me sollicito quiuis sermone loquatur
Pauper inopsque, tamen ~~velut~~ emptis inuisa velut sim
Gentibus ipsa meis; laceranda domique forisque
Hostibus exponor passim: consumor ab omni
Parte, velut cum verna niues dissoluerit aura:
Quis furor o mea gens, aut quae dementia, vestris
Priuatis opibus tantas impendere curas!
Et me, qua constant cunctorum commoda, leges,
Uxores, nati, libertas, gloria, vita,
Quaque ruente ruunt hec protinus omnia, tantum
Negligere, et solis de me contendere verbis?
Ac prestare nichil factis? pretexere longis
Consiliis, vanis inventis, atque Chimeris
Utile, quod nequeat recte procedere, quodque
Distrahit ignarum studia in contraria vulgus?
Et versare dolos: propriisque intendere votis?
Quid iuuat usque adeo vestras extollere stirpes?
Ornari gemmis, ostro, Phrygioque labore

Cogere divitias, Abacos, Aulea, Tapetas?
Rugatas vestes, Torques, mollesque Sobellos
Ingenti sumptu, Mensasque parare Luculli
Innumeris dapibus, vinoque et aromate tanto;
Nec luxu, sed profluvio traducere vitam?
Cum vos interea deglubat tetra Mahmeti
Colluvies, sensimque viris expilet et auro?
Cum vicina etiam defraudet cusio Nummi?
Defraudent artes, merces, monopolia rerum?
Nulla fides pactis: nulla est concordia firma
Hostibus e vestris fuerit quocumque profecta.
Illudunt cuncti ignavis. Sic aucta potestas
Hostilis: sic cuncta premunt, casumque minantur.
Nec satis est externa pati: sed et omnia turbis
Miscentur propriis intus, propriisque rapinis.
Utque bonas etiam vesana licentia mentes
Corrumpit, redditque ferum e Zenone Procrustem
Sic magis assidue crescunt mala germina: sic iam
Noxia patrantur laxatis omnia frenis.
Nullus amor patriae: nulla est reverentia Divum.
Proiecti mores veteres, virtusque fidesque
Religio, pietas, atque observantia recti.
Nulla est vis iussis, Decretis nulla facultas.
Nullus et in rebus vendendis atque gerendis
Est modus, ut deceat, nec disciplina, nec ordo.
Ambitio cunctos, et habendi insana libido
Possidet. hinc lites, hinc intestina simultas
Hinc praestant illi qui nigrum in candida vertunt
Hiis parent Leges, conventus, bella, potestas
Has propter pestes, Harpias atque Sinones

Invisum est cæleste bonum Clementia regis,
Damnatæ que subit rei optio tetra Tyranni.
Hei mihi quid prosunt Conventus: sessio longa,
Multaque diverso sapienter dicta Senatu,
In fumum si cuncta abeant? desitque voluntas?
Quisque videt quid opus, verbo quod ad dicere posset.
Velle unum satis est: res ardua nulla volenti.
At contra nullus levis est conatus inerti.
Si præstat animis forti quodcumque subire
Quam famam, patriam, vitam, propriosque Penates
Perdere: Cur igitur nos non cum possumus, ipsos
Asserimus? cur non nostrum re nobile nomen
Testamur? verum hoc non technis consiliorum
Perplexis Logis: non fastu, vestibus amplis:
Non temero: patinis: sed equis præstatur et armis
Ordine præcipue certo, Superumque favore
Quem sibi conciliant mores hominum infinitque
Quo ni fulta forem dudum collapsa fuissem.
Religio sed adhuc et turba heu pauca bonorum
Casibus obijcit hinc, ne res mea corruat omnis
Hoc uno in tantis turbis: tantisque procellis
Freta meis clades spero superare futuras.
Sed quid nam video? quorsum se accincta receptat
Religio? Nimirum me quoque deserit ista?
Quod si fit, de me quis iam non iudicet actum?
Conveniendа mihi est, o spes mea, præsidiumque,
Quo te quo vides propero contendere gressu.

Religio

Migrandum est, mea chara soror quo lumina ducunt.
Nonne vides ut me tractet gens omnis et ordo?
Quam me contemptam, venalem, ridiculamque

Ipsi habeant proceresque mei Mystaeque supremi ?
Quam pietas in me, quam lex mea tota fatiscat ?
Omnia quam pateant rabulis turbantibus orbem ?
Litibus, involucris, spoliis, ritusque forisque ?
Qui regnum exugunt auro patresque quietos ?
Implicitis versant dictis atque omnia miscent ?
Quam me conficiant quorum petulantia Linguae
Commentis dictis Cistas atque horrea raptat !
Et qui me prorsus neglecta, et munere sacro
Immiscent sese rebus sine fine prophanis ?
Quique etiam volunt semper, quo se suosque
Per fas perque nefas ditent: alienaque sorbant ?
Et quorum miserae nihil est satis ambitioni ?
Nempe hiis atque aliis mendis mea Templa referta
Contemptum pariunt populi, perimuntque favorem
In me, seque simul, nostrosque subinde ministros.
Qui nos rite colunt, et quorum est integra vita,
Insontes actus et virtus commoda cunctis,
Obruunt turbis variis, atque omnia sacra
Quodque mali patrant vulgus derivat in omnes.
Hinc clamor populi, motus, hinc seditiones.
Raptantur decimae, fundi, miserique Coloni
Quos fuit ante nefas nunc est violare receptum
Omissus cultusque Dei ritusque Sacrorum
Friget, et a patribus mea Numina condita Sanctis
Cumque haec pestis agit radices altius inter
Christicolas sensimque Dei sic concitat iram
Nil bene consulitur: bene nil succedit, et omnes
Error in excidium simul et confusio ducit
Sumit et invictas in nos fex ethnica vires
Atque haec in rebusque meis mala tanta tuisque

Non reges patres ve pii, sanctus ve Senatus
Extirpare student, vt eant hec ordine recto
Que mihi queque tibi debentur, et vnde paratur
Gloria nostra, salus, decus, et concordia gentis
Sed Scarabeus Apostata vel Stratioticus harpax
Aut qui nil credit, de me decernit aperte
Non id agens quo recta probet seruetque probata
Sed mihi vt credant reliqui faciantque quod ipse.
Vt videat passim misceri Sacra prophanis
Atque animum possit ditendo explere malignum
In templa, in superos, in meque meosque ministros
Sermone illoto dira dictante Megera
Christatis sciolis turbaque probante scelesta
Et gaudente nouis ac prauis motibus, at qui
Qualis sit Diuus docet hec doctrina Jacobus
Nunc tamen hac rabie diuina humanaque passim
Turbantur, patresque pii mosque omnis et ordo
Cuncta hec in preceps in casus atque ruinam
Nos adigunt ambas vt fata maligna minantur
Scis, me turbata, discrimina quanta secuta
Semper erant. quorum longum est exempla referre
Migrandum est igitur quam deteriora sequantur.

Res publica

Parce precor mea Diua queri, nec deÿce mentem
Inque hiis me miseram criminis ne desere solam
Hystorias priscas et gesta priora reuolue
Magna sequi fateor tales discrimina turbas
Non tamen hec noua sunt: Ratis est Ecclesia ventis
Jactatur quando Nauclerum crimina summum

In somnum redigunt: dormit mē, ecce reatus
Iam Metanoea subit, que sola hunc excitat, et que
Peruersos actus mores et corrigit omnes
Ecce pius Princeps etiam nos sustinet ambas
Et seruare studet, studet et bona quantularumque
Nostrorum pars est. propter nos et bona nostra
Conuentus fiunt, et tot molimina rerum
Paulisper maneas dabitur iam spero facultas
Fluctibus elabi tantis, tantisque procellis.
Post pulsas etenim sequitur lux candida nubes
Afflictat que suos Christus nec deserit unquam.

Dialogus in Rempublicam.

Hexametri: penthametri sunt

Que dea? publica res. Lacera cur veste? quia illam
Qui sartire velit nunc michi nullus adest.
Sed quis discidit hanc? rabies priuata. quid illa
Te sequitur? Succo pascitur usque meo.
Quo succo, cum tota macres, nitet illa? niterem
Ipsa etiam, totum sed rapit ista cibum
Que turba hec circum? Prefectorum ordinis omnis
Quid rogo num curam non gerit ista tui?
Pretextu curat mea commoda quisque, sed in rem
Priuatam studium dirigit omne suum
Sed quid Sceptra inuersa geris, vinctumque Margeram?
Me regere arbitrio non sinit ista meo.
Cur non excutis hanc? vetat hec mea turba, vetando
In preceps mecum sed omnis abit

Que comes hec dextra que te sustentat euntem ?
Religio . Sed et hec vix mouet egra pedem
Nam virtus et cana fides Astreaque Virgo
Priuate dudum succubuere rei

Epithaphium Reipublice

Quam tot non poterant armis confinibus hostes
Perdere septa quibus pressaque semper erat.
Publica res iacet hic morbis extincta duobus
Turbinibus populi, dissidioque patrum
Cuius causa mali, libertas praua. reique
Priuate studium, pulsaque prisca fides
Languebat dudum vitiis obnoxia tantis
Et male curatis extenuata malis .
Serpebat venis sensim insatiabilis hydrops
Qui morbis aliis fons et origo fuit.
Vna tamen medica que vires arte leuabat
Religio . et probitas, primi pis vna fuit.
Hactenus hijs sarcita salus producta que vita
Hiis spretis vires auctus ademit hydrops
Ex quo manarunt turbarum protinus vnde
In quibus extincta est publica tota salus .
Lugete o ceci populi proceresque patresque
Nam morte hac et res et bona vestra ruunt

Aliud Epithaphium Reip^ce^ brevius.

Publica res iacet hic. morbis extincta duobus
Turbinibus populi dissidioque patrum
Sed quae causa horum? libertas prava, reique
Privati studium, cordaque cassa fidei.
Nonne fuit medicus morbos qui pelleret arte?
Religio et virtus unica sola fuit.
Hac tenus hijs sarcita fuit productaque vita
Hijs spretis virtus perdidit illa manus
Lugete o cives populi proceresque patresque
Omnia nam morte hac comoda vestra ruunt.

Institutio veteris Thelonei

Sigismundus etc. Vniuersis et singulis Principibus tam spualibus quam Secularibus, Rmis ac Rndis in Chro patribus et Dnis, Archi; episcopis, Episcopis, necnon Magcis, Generosis, Nobilibus, Famatis, et Prouidis, Palatinis, Castellanis, Capitaneis, Tenutariis, Terrigenis Nobilibus, Officialibus, et eorum Vicesgerentibus, Ciuitatumque et oppidorum, tam nrorum, quam quorumcumque subditorum nrorum, Mgris Ciuium, necnon Consulibus, Ciuibus, Opidanis, et eorum Comuni; tatibus, et generaliter omnibus subditis nris Spualibus et Se; cularibus, cuiuscumque Status, sexus, conditionis, et preemine; ciae in Regno nro existentibus, sincere et fidelibus nobis dile; ctis. Salutem, et graciam nostram Regiam. Sincere et fideles dilecti, Manifestum vobis, et cuilibet vestrum facimus per pntes. Quia nos scientes Thelonea, vbique peculiaria esse Reipublice emolimenta, et in hijs magnum Rempublicam nostram pati detrimentum. propter concessas quam plurimis, et hijs qui magis soluendo sunt, libertates, de consensu et voluntate omnium tam spiritualium quam Secularium Consiliariorum nostrorum, vni; versas omnium libertates à soluendis ipsis Theloneis antiquis, que, Ciuitatibus et Opidis tam nris, quam Spualium et secularium, concesse fuerunt, ad quinque annos à festo Resurrectionis dni proxime futuro computandos, suspendendas duximus, et sus; pendimus. Ita, vt deinceps quilibet Mercator ipsa Thelonea antiqua, intra tempus quinquennii, à rebus et mercibus suis soluere, ac ea reponere Theloneatoribus per nos ad id constitutis teneatur, non obstantibus quibuscumque libertatibus, seu

immunitatibus, quibus hactenus sunt vsui, Ex hoc vero Theloneorum accremeto, nihil cuiqz cedere debebit, preterqz nobis et Reipublice nre, ita vt ij, qui thelonea nra oppignorata tenent, quiqz ecia thelonea ipsa ab hominibus, qui libertatem ab illis soluendis habuerut, non percipiebant, solito emolimeto, quod prius ante presentem Constitutionem habuerunt, sint contenti, De qua quidem Constitutione nra, ne quispiam sua ignorantia pretendat, mandamus vobis locoru Capitaneis, ac Ciuitatum et Opidoru Proconsulibus, et Consulibus, vt eam ipsa Constitutionem nram, in foris et aliis locis publicis Ciuitatu et Opidoru vestroru, per publicas proclamationes, ad vniuersorum et singuloru noticia deduci faciatis, pro offitio vestro, et gratia nostra. Datu Crac, die sancte Prisce virginis . M.° D.° XXiiij.° Regni nri anno XVij.°

Inhibicio vie Et negociationum in Slesiam.

Sigismundus etc. Vniuersis et singulis vts. Salute et gram meam Regiam
Sincere et fideles dilecti, Manifestu vobis et cuilibet vrum facimus
per presentes, Quia nos partim ipsi considerantes, partim per
subditos nros edocti, que intrinsecus, Regnu et subditos nros atte;
runt, exinaniunt, et vicinis quibusdam in predam et vilipen;
dium redigunt, ac ea sistere et frenare volentes, quibus statibus,
eciam absq3 vllo externo hoste, facile Regnu deficere, ac in pre;
ceps venire possit, simul ac nobiscu reputantes, varias ac multi;
plices iniurias et grauamina, que ex Slesia et Marchia Regno
et subditis nris inferutur, presertim moneta Swidnicen, Ad qua
phibenda, cum per hoc omne tempus nihil opere et studii preter;
miserimus, nec quicq3 tamen proficere potuerimus, ac proinde nul;
lu aliud remediu ad eam ipsam moneta sistendam restare vi;
dentes, q3 omne commerciu cu ea tota vicinia probibendum,
de consilio vniuersi Senatus, et instancia Regnicolaru meoru.
omnia itinera in Slesia et Marchia inhibenda duximus, et
pntibus lris à festo Resurrectionis dni proximo, ad decennium
inhibemus. Ac vt eadem inhibitio nra suu debitu sorciatur
effectu, vobis omnibus et singulis supradictis, cuiuscumq3 ordi;
nis et conditionis existentibus strictissime mandamus, vt ab ipso
festo Resurrectionis dni proxime futuro, nemo audeat ad dece
annoru decursu, in Slesia et Marchia res vel merces aliquas,
tam grandes q3 exiguas, cuiuscumq3 qualitatis fuerint, preterq3
sal nostru Regni, vehere vel inferre, sed nec ad alias quoq3 quas;
cumq3 remotiores partes, easdem res et merces de Regno meo per
ipsam Slesia aut Marchia ducere, et boues eciam ad aliqua alia

loca, extra ipsum Regnum nostrum, preterquam ad ea, que per alias litteras nostras vniuersales designabuntur et notificabuntur omnibus, pellere quouis modo, pretextu vel colore presumat, nedum sub amissione ipsorum boum, merciumque et rerum, quas contra presentem Inhibicionem nostram de Regno nostro eduxerit, verum eciam bonorum suorum omnium confiscatione. Liberum autem esse debet Mercatoribus, aliisque hominibus ex Slesia et Marchia, et ex aliis extraneis quibuscumque partibus, ad Ciuitates et Opida Regni nostri, ad ea videlicet, ad que ab antiquo ire consueuerant, cum rebus et mercibus suis quibuscumque venire, et ibidem emere aut vendere, resque et negotiationes suas, ac alias actiones licitas cum nostris subditis exercere, et contra e Regno libere cum bobus, rebus, et mercibus, solutis daciis et theloneis debitis exire. Subditis vero nostris licebit ad alias Prouincias, et Regna, preterquam ad Slesiam et Marchiam, res et merces quascumque de Regno transmittere et ducere, dummodo illas per ipsam Slesiam et Marchiam non transmittant, nec duci aut vehi faciant. Proinde vobis locorum Capitaneis, ac Proconsulibus et Consulibus Ciuitatum et Opidorum, seuere precipimus, vt hanc nostram Constitucionem ac edictum, vbique in omnibus locis publicis, ad que homines frequenter conuenire solent, denunciari et proclamari faciatis, ne aliquis ignoranciam pretendens, aliquid contra eam Constitutionem nostram committat. Vos vero Capitanei, in custodiendis et praestigandis locis omnibus, ac itineribus, ne quis eandem Inhibicionem nostram transgrediatur, curam et diligenciam omnem adhibeatis, et quoscumque offenderitis, vel deprehenderitis, in minima quaque re contra hanc ipsam Inhibitionem nostram excessisse, illius res, et ipsummet capiatis, et vsque ad instructionem et documentum meum detineatis. sub poenis, contra Capitaneos et Officiales negligentes statutis. et pro gratia mea non aliter facturi. Datum Cracouie die sancte Prisce virginis M. D. XXiiij. Regni nostri anno XVij.

Institutio precii rerum venalium.

Sigismundus etc Vniuersis vt sup. Salute et gram meam Regiam. Sincere et fideles dilecti, Manifestum vobis et cuilibet vrm facimus per pntes. Quia nos considerantes plerosque mercatores domesticos et eciam externos, per monopolia et constitutiones suas aromatum et rerum omnium exoticarum precia, magis indies augere, in magnum vniuersorum subditorum nrorum grauamen, Regnumque nrm pro libito suo emungere, in quo frequencior vsus ipsorum aromatum, et aliarum rerum predictarum, quam alibi esse solet, volentes ea ipsa precia earundem rerum ad certos moderationis fines reducere, et ad comunem Reipublice vtilitatem contemperare, multorum pocius, quam paucorum comodis consulentes, statuimus et decreuimus in Conuentu generali Piotrconien proxime preterito, de consilio nrorum Consiliariorum illic nobiscum existencium, vt tam ipsa aromata, quam eciam vina propinatoria a festo Resurrectionis dni proxime futuro, hoc ad summum precio vendantur, ac emantur. videlicet libra piperis octo großis, libra croci, vna sexagena, libra zinziberis octo gr. libra Gariophilorum media sexagena, libra Cinamomi media sexagena, libra florum Muscati eciam media sexagena. vnus lapis Zuccari vna sexagena et quindecem gr, olei oliue vnus lapis quadraginta gr. lapis amigdalarum Venetarum, tribus fertonibus. lapis vero amigdalarum que ex Gedano afferuntur triginta grossis. lapis vuarum passarum minorum triginta gr, vuarum vero passarum maiorum lapis, quindecem gr, Lapis Rizi decemocto gr, vna libra Cymini vno gr. vini Sermien vna quarta, vno grosso cum medio. Vini vero terrestris hungarici vna quarta, vno grosso ad summum soluatur et ematur, Malmatici greci vna quarta, duobus gr. Malmatici Italici, et Muscatelle vna quarta, precium trium grossorum

non excedat, Qui aūt aromata et res predictas, precio statuto
vendere nō posset, illa ad Regnū inferre et adducere nullo modo
audeat, sub ammißione earundem rerū, quas contra prohibitio-
nem nrām aduexerit, seu vendiderit. Statuimus insuper et de-
creuimus, vt aurū et argentū filatū, et perle, eciā sub ammißi-
one, et confiscatione illorū, nequaq̄ deinceps ad Regnū mēū
vehantur, et vendantur. Vt aūt hmōi constitutio nrā, effectū
suū accipiat, vobis omnibus et singulis supradictis, cuiuscumq̄
ordinis et conditionis existentibus, districte mandamus, vt
ab ipso festo Resurrectionis dn̄i proximo, nemo maiori p̄cio,
q̄ supra expreßo, Vinū Sermien, et terrestre Hungaricum,
necnō Malmaticū ac aromata, aliasq̄ res predictas sub earū
amissione, vbiuīs in Regno nr̄o vendere, et perlas ac aurū
et argentū filatū, amplius in ipsū Regnū nostrū inferre
audeat, sub earundem rerū amissione. Quocirca vobis, et pre-
sertim locorū Capitaneis, et eorū Vice gerentibus, ac Ciuitatū
et Opidorū Proconsulibus et Consulibus mandamus. vt hanc
Constitutionem mēam, in Ciuitatibus et Opidis, et apud ecclās
Parochiales diebus festis, per publicā proclamationē, ad vni-
versorū, quorū interest noticiā, denunciari faciatis. Vos vero
Palatini et Capitanei, in custodiendo, et inuestigando, ne q̄s ean-
dem Constitutionē mēam transgrediatur, curā et diligenciā
omnē, vna cū Theloneatoribus, quos vobis ad hāc curam et
custodiā adiungimus, adhibeatis. Et quoscūq̄ offenderitis
vel deprehenderitis, in inuectione et vendicōe aliquarū rerū
ex predictis, cōtra hāc ipsā Inhibitionē mēam excessisse, easq̄
res pro fisco nr̄o Regio capiatis, et pro nobis fideliter et inte-
gre cōseruetis. sub poenis contra Capitaneos et offīcs negli-
gentes statutis, et p̄ grā mēa nō aliter facturi. Datū Crac. die
sancte Prisce virginis M.° D.° XXiiij.° Regni nr̄i anno XVij.°

Sigismundus primus Rex Polonie Chr^o^fero de Schidlouec Palatino et Capit^o^ Cracouien. R. P. Cancellario N.

Magce sincere nobis dilecte. Volentes decreta Conuentus generalis Piotrcouien. proxime preteriti, super Constitutionibus preciorum aromatum, et malmatici, Muscatelle et vini, aliarumq3 rerum peregrinarum, ac eciam de non inferendis amplius in Regnum nostrum Perlis, ac auro et argento filato, necnon prohibitione itinerum in Slesiam et Marchiam, suspensioneq3 ad quinquennium libertatum à Theloneis antiquis, facta, debite execucioni à festo Resurrectionis dni proxime venturo demandari, mittimus ad tuam S. triplices lras vniuersales, super eiusmodi Decretis et Statutis Conuentualibus cofectas, Mandamusq3 eidem tue S. vt easdem lras ad Ciuitates, et opida Capitaneatus sui, q3 primum transmittat, illasq3 valuis pretoriorum, et ecclarum, ac aliorum locorum publicorum affigi, et per publicas proclamacões in hysdem Ciuitatibus et opidis, diebus fororum, ad vniuersorum, quorum interest noticiam, ea que in hysdem triplicibus lras nris vniuersalibus, cotinetur, inhibentur, et mandantur, deduci faciat, et ne quispiam illa transgrediatur, omnem operam, quantum sua interest adhibeat, et diligenter intendat, Pro officio suo et gracia nra nõ aliter factura. Datum Crac feria secunda in vigilia purificationis sancte Marie. M^o^. D^o^. XXiiij^o^. Regni nri anno XViij^o^.

Illris Princeps, et dñe Affinis noster charme, Miramur ignorare vrãm Illtem ea grauamina, easq3 iniurias, quas Regnum nostrum hactenus isthinc ex Slesia pertulit, cum tamen frequentissime, cum per lrãs, tum ecia per Nunctios et Oratores nros egerimus apud Sermum Nepotem nostrum, dñm Hungarie et Bohemie Regem, de ipsis iniuriis, et presertim de Moneta Swidnicensi sistenda, que sub signis nris indignissime, et cum maxima Regni nri iactura cuditur, Nihil tamen tot postulata et voces hactenus prodesse potuerunt, que tam Regno Hungarie q3 Bohemie, totiq3 Viciniẽ sunt notissime. Nequeuntes aũt subditi nri vlterius ea grauamina, damna et vilipendium ferre, egerunt nobiscum magna instantia in Conuentu generali, vt itinera omnia in Slesiam nostris precluderemus, In quo nos illos obaudire diutius nõ potuimus, sed vnanimi voluntate et sciencia omnium decreta est ipsa itinerum probibitio, quam, vt publicam, et ab oĩbus in Conuentu generali constitutam, nõ possumus iam in aliquo mutare, ne quam nobis apud subditos nros displicenciam comparemus. Foeliciter valeat vrã Illtas. Datum Cracouie vij die Marcij Anno dñi M°. D.° XXiiij°. Regni nri XViij°.

Ludovicus Rex Vngarię et Bohemię
Sigismundo primo regi Polonię.

SErme Princeps Patrue nr charme. optavit à nobis Mtas vestra, vt cognitionem causę, quę contra quosdam Proceres in Bohemia ex Mandato nro, ob causas Mti vre no ignotas, mota est, à quatuor temporibus instantis Quadragesimę, ad Iudicia secunda, quę in Angariis sancti Spiritus futura sunt, reijciamus. vt interim Mtas vra, quid ea in re faciundu sit, consulere nobis liberius possit. Quamqz aut insignis est nobis, ab illis subditis nostris illata iniuria: tamen cu Mti vre, cui res nre, haud secq, ac suę, curę sunt, ita visu est, morem eidem vt gereremus. Modo illi quibus dies dictus est, mutandę voluntatis nostrę occasionem no prębeant.

Cæterum amplissimas agimus Mti vre gracias, q, Orem suum causa nra ad Dietam Slesitana, mittere dignata est. Paribus officiis hanc de rebus nris susceptā curā Mti vre per omnem occasionem compensabimus.

Quod ad res Thurcicas pertinet, perlecta Scheda pntibq inclusa, Mtas vra, quid hostes in nos moliantur, aperte cognoscet. Quā plurimu rogamus, velit, vt solet, rebus nris paternę prospicere. et nobis in hac necessitate nra no deesse.

Deus autem vram ad plurimos annos, incolumem foelicemqz conservet. Cui nos et Regna nra vnice comendamus. Datu Posonii die Dominico proximo ante festu Purificationis beatissimę virginis Marię. Anno Domini. M°. D°. XXiiij°. Regnoru nostroru anno octavo.

Scheda l'ris superioribus inclusa.

PRefectus Bozne, l'ras dedit ad officiales Venetoru' in Dalmacia existentes in hanc sententia'. Cæsar, inquit, mihi commisit, vt Clisium expugnem, quod omnino facturus su'. vos igitur officiales Venetoru' requiro, vt Clienses profugos. si ad vos se contulerint non recipiatis. Castellanis, et qui in presidio Arcis sut, victualia non detis. alioqui in vos me conuerta', et Cæsaris iniuriam in vobis vlciscar. In Constantinopoli hec acta sunt.

Cæsar Oratores Zophii, maximis et antea insolitis honoribus cumulauit, munera illis dedit maxima, res sericeas, res argenteas multas, preciosissimasqz, equos aliquot gemmis ornatos, et ita illos absoluit, Que omnia signa sunt pacis inter eos inite in perniciem Christianitatis. Bellum contra Hungaros paratur.

Sigismundus primus Rex Poloniae Proconsulibus et Consulib. Gedanen.

Famati fideles dilecti, Pergratae fuerunt nobis multiplices lrae vrae quas Tabellarius vester, in vnu fasciculu colligatas, nobis reddidit, maxime hae, quibus, de rebus in Danis gestis, et per Mgrm Ambrosium Secretariu vestru illinc reuersum, nobis relatis, nos certiores reddidistis, Audiuimusqz cu studio eas cora nobis legi, omniaqz in eis contenta abunde intelleximus. Cu aut earuq rerum noticia habere, nobis et Reipublicae nrae, plurimu interest. hortamur vos. vt subinde, quocies quicpia eiusmodi vobis innotuerit, quod nos scire nra referre putabitis, nobis significetis. Rem grata nobis in hoc facturi.

Quantu vero ad illud attinet, q nouus Rex Danoru, nos sibi in amicicia et foedus iungi cupere videtur, et vt vos in ea re nram pertentaretis sententia, à vobis id fieri cupit. sciatis nos ab ea re nro penitus abhorrere. Sed quia (vt aliogni nostis) vetus mos et institutu nostru est, de grandioribus quibusqz rebus, qualis hec de qua agitur esse videtur, priusqz aliqud certi constituamus, ad Senatu referre sumus soliti, et ex authoritate Senatus, magna partem negotioru nroru stabilire; ita et in hoc, amicicia et societatem cu dicto Rege ineundi negotio, faciendu fore deliberauimus. Habituri sumus breui (quod scitis) Regni nri Conuentu, ad quem cu alia multa, tum hanc quoqz rem referemus, existimamusqz Conuentui et Senatui non displicitura, atqz ita, quicqd nobis suffragiis Senatus in tota ea re Danica ingestum et suasum fuerit, id vobis sine mora, aliis lris nris significabimus.

Lras Sermi Principis dni Ferdinandi Archiducis Austriae

quas nobis obsignatas misistis, perlegimus. Et quia vr̃a refert eas habere, et eis vti, ideo eas vobis viceuersa remittimus.

Quod aũt ad Illres dños Magnopolenses et Pomeranie Duces, lr̃as pro vobis scribi peciistis, id nos libenter fecimus, lr̃asq3 vnacum exemplis scribi et vobis mitti imperauimus;
Simili modo, et ad Illrem dnm Fridericum Ducem Legnicẽsem lr̃as scribi et dari mandauimus. Libenter em̃ cum omnium subditorum nostrorum, tum vestris, et Reipublice vr̃e commodis et quieti, consulimus et consulere semper volumq. Datum

Sigismundus primus Rex Pol.
Joanni Laski Archiepo Gnesnen
Legato nato & primati.

Reueren etc. Non est incognitum vre Pti, q pro Dominica Oculi proxime futura, in Ciuitate nra Gdanensi, cum Sermi dni Electi Dacie Regis et Illmorum Mackelbergen et Pomeranie Ducum Oratoribus, ad quedam foedera et coiunctionem ineunda, Conuentum instituimus, ad quem Ptem vestram cum aliis nris Consiliariis deputauimus. Proinde eandem hortamur, et volumus vt pro die prefixo, illuc se coferat, tractatura cum illis Oratoribus, que in nra Instructione, ad eam rem conscripta, cotinetur: quemadmodum hoc nobis de fide et integritate Ptis vre erga nos persuasum habemus.

Commisimus Generoso Joanni Balinski, vt Pti vre trecentos florenos, per mediam sexagenam computatos, pro Viatico numeret, quo comodius hoc nostrum negotium, agere et conficere possit. Quam pro gracia nra no arbitramur secus factura.

Mandatum ad foedus inter Polonie Et Daniae reges conficiendum: Et Duces Magnopolensem et pomeranie.

Sigismundus etc. Manifestum facimus tenore presentium vniuersis. Quia nos cognoscentes propensionem et affectum Sermi Principis dni Friderici Electi Regis Dacie etc ac Illustrium Principum et dnorum Henrici, Mackelborgen, et Georgii Pomeranie Ducum. amiciciam et coniunctionem nobiscum ineundi, habentesq3 rationem affinitatis, que nobis cum ipsorum D. intercedit, ac eam nouis foederibus et coniunctionibus augere et firmare volentes, ad communem bonum statum tam nostrum, q3 eciam Regnorum et Dominiorum nostrorum, designauimus ad Ciuitatem nram Gdanensem, Commissarios et Oratores nostros. vezt Rmum. etc Consiliarios nros, sincere nobis dilectos, quibus plenam potestatem, et facultatem dedimus, damusq3 presentibus, cum Oratoribus ipsius Sermi dni Electi Regis Dacie, et predictorum Principum, de amicicia, foedere et coniunctione inter nos, Regnaq3, et Dominia nra agendi, tractandi, et concludendi. Promittentes in verbo nro Regio, totum id, quicquid per illos, actum, tractatum et conclusum fuerit, nos ratum, gratum, atq3 firmum perpetuo habituros, non secus q3 si nos ipsi coram ageremus, In cuius rei testimonium, presentes lras manu nra propria subscriptas, sigillo nro communiri fecimus. Datum Crac die quarta Februarii. M°. D.° XXiiij°. Regni nri anno XViij°.

Informatio a Sigismundo primo rege Polonie Data Consiliariis ad paciscendum foedus: inter Regem Polonie: regem Danie: Duces Mekelburgensem et pomeranie.

Consiliarii ac Commissarii nri, cum Nunctiis Serenmi dni Regis Dacie, et Illmorum Mackelburgensis et Pomeranie Ducum, id agent, Exponent in primis. Quod cum Serenmus dns Fridericus. Electus Rex Dacie etc. et ipsi Illmi Mackelburgen et Pomeranie Principes, Consanguinei et affines nri charmi, postularunt à nobis, vetere inter nos coniunctionem et foedera integrari, Nos intelligentes omnem Rempublicam, et omnem Principatum, absq3 vicinis societatibus et confoederationibus, recte subsistere non posse. simul ac ex lris Predecessorum nrorum colligentes, quanta et q3 ex usu fuerit coiunctio Predecessorum nrorum, et predictorum Principum, animum non granatim induximus, ad eandem amiciciam, societatem, et coniunctionem, cum hys ipsis Illmis Principibus inire.

Quamuis aut foedera inter Predecessores nros et Reges Dacie inita fuerint semper per ipsos Predecessores nros inuiolabile obseruata, nosq3 eorum vestigia sequuti, nihil aduersus illa commiserimus, Serenmusq3 Christiernus Rex, illa infregerit, nulla à nobis iniuria prouocatus, adherens hosti nro Mgro Prussie, ac illum gentibus ac comeatu aduersus nos iuuans: tamen aliter nobis de moderno Sermo Rege, ac eius virtute. et affinitatis vinculo, quod nobis intercedit, persuadentes, meliori spe, et alacriori animo ad ipsa foedera sancieda sumus propensi.

Igitur antiquis foederibus inherentes, volumus ut Comißarii

nostri, id cum predictorum Principum Oratoribus agant, et, si fieri poterit, concludant, vt inprimis fiat inter nos, heredesque et successores meos Polonie Reges, Regnaque Ducatus, terras, et Dominia, Ciuitates meas, ac vtriusque status homines vniuersos, et inter prefatos Serenissimum Regem Dacie, et Illustrissimos dominos, Mackelburgenses, et Pomeranie Duces, successoresque et heredes illorum, et item Regna, Ducatus, terras, et Dominia, Ciuitates, ac vtriusque Status homines vniuersos, pax firma, concordia vera. Justicie administratio, vicinitas tranquilla, foedus, vnio, et amicicia perpetua, et que communi Statui nostro conducere videbuntur.

Item, quod subditi, tam nostri, quam predictorum, Regis, et Principum, habeant liberam terra, atque mari mercandi atque negociandi facultatem, in Regnis et Dominiis omnium nostrum, liberaque commercia, solutis tamen debitis de more vectigalibus et theloneis, liberamque mansionem in Ciuitatibus, villis, quoad voluerint, demum liberum regressum, negociationem et transitum in perpetuum.

Quamuis autem credamus Ciuitates maritimas de Hensa, ita iam cum moderno Serenissimo Rege Dacie, cui coniuncte et confoederate sunt, conuenisse, vt fiat vltro citroque libera, per portus illius in Flandriam, Angliam, et alias remotiores Prouincias, more antiquo cum mercibus, nauigatio; tamen volumus idem inter foedera mea cum illius Serenitate, expressum fieri, propter portum Gdanensem, qui portus est Regni, et terrarum nostrarum Prussie.

Item vnusquisque nostrum, alter alteri, consilio, fauore, assistencia et auxilio pro posse, aduersus quemlibet hostem, et in quocunque euentu, adesse debeat.

Praeterea, vt nullus ex nobis, gentes aduersus alterum per loca et Dominia sua, transire, et redire permittat, neqz illas quoquo modo, occulte vel manifeste adiuuet.

Si agetur aliquid de certo subsidio à nobis praestando, quia tot hostibus, scismaticis, et Infidelibus circumsepti sumus, multuqz laboris continue cum subditis nrîs sustinemus, in arcendis ysdem hostibus, tam à nobis, qz eciam ab aliis vicinis Dominiis, citra vllius Principis adminiculum, nô possumus ad vllum certum modum suppeciarum nos astringere, tamen ad hoc nos obligari paciemur, vt liberum fiat vnicuiqz ex supradictis Principibus Confoederatis nrîs, gentes in Regno et Dominiis nrîs suo aere conducere, et vt ibidem nos in necessitate nostra, possemus ex illorum Regnis et Dominiys, homines aere nostro, educere, contra hostes nrôs.

Quia ex lrîs antiquis deprehendimus Duces Pomeraniae, Praedecessoribus nostris homagium fecisse, neqz tamen absqz causa, cum aliquas Arces Regni tenere solebant, nunc vero nescientes, quid aliud possiderent pertinens ad Regnum nrûm, praeter Arces Launbergk et Bithow, de quibus eciam, quibus conditionibus teneantur ab illis, nihil certi et compti habentes, nescimus quid super homagio cum ipsis Ducibq tractari deberet, Verum quia intelleximus lrâs esse apud Gdanenses, in quibus Ius nostrum, et Conditiones, quibus sunt ipsis Ducibus inscriptae, continentur, volumus vt Commissarii nostri, curent eas lrâs Gdani reuidere, et si quid ex illis elicere poterint, quo, de ipso homagio et seruitio praestando, tractare possent cum dignitate et profectu aliquo, id eorum prudenciae et solerciae committimus.

Prruisq3 vero ad consulendum aliquid cum ipsis Oratoribus ventu fuerit, curabunt Commissarii nri, coru mandata et facultatem videre, vt id quicquid vtrinq3 condiceretur, firmum ac solidum fieret. Nam si dns Rex Dacie electus, nondu sit coronatus, et ipsi Oratores facultatem a Regno et terris illius no haberent, firmu esse non posset, quicquid cu illis concluderetur.

Si quid per Oratores predictorum Principum agetur de filio Ducis Pomeranie, ad Aulam nostram suscipiendo, dicent Commissarii nri, se in hac re nihil à nobis in commissis habere. sperare tamen se, q ubi ipsi dni Duces Pomeranie id à nobis postularent, nos eorum votis in hac re non defuturos. Vbi aut ipsi, nihil de hac re mouerent, abstinerent eciam Oratores nostri, ab vlla de hac re mentione facieda.

Et quia nos ipsi in presens venire in Prussia, prout res postulare videtur, nequimus, ad componendos motus et seditiões intestinas, que illic in Ciuitatibus nris inoleuerunt, volumus vt ad hoc munus exequendum nostri Commissarii, omnem curam et industriam adhibeant, presertim in Ciuitate Gedanen, et vt in primis (quod remediu potissimum arbitramur) officiales et Consulatus, in debita, si videbitur opportunu, restituantur auctoritatem, et plebs presertim, ac ea collunies, que ex variis Nationibus confluxit, et censuram sibi supra Consulatu, et religionem vsurpauit, ad pelliculam sua redigatur, vt quemadmodum ipsas Ciuitates per manus à Predecessoribus accepimus, ita illas in suo regimine conseruemus.

Opus tamen erit in eo negotio tractando, vti suma dexteritate

et providentia, ne hulcus asperius tractatu, plus nocumenti afferat, hys præsertim difficillimis, ac turbulentis temporibus. In quibus necesse est hoc in primis curare, vt omnes turbarũ ac seditionum occasiones, et causæ tollantur.

Si itaq3 ipsis Commißarijs nris, nunc vtile et opportunum agere videbitur de ipso Consulatu Gdanensi, in pristinum modum et potestatem reducendo, ac plebecula ad illorum obseruantiã et quietem redigenda, aggredientur id, summa, vt diximus, dexteritate. Sin ea res magis nocere, et crabrones mouere videretur, concedent tempori, non ommittẽtes nihilominus id, quicquid ad tollendos motus et seditiones, opportunũ se offerret. Quod illorũ prudenciæ committimus.

Quod si efficere possent, vt Consulatus auctoritatem suam acciperet, curarent vicissim cum illo ita constituere, vti se erga Plebem, quemadmodum erga Conciues, nõ vt erga subditos suos gereret, seq3 erga illam iuste et æquanimiter conseruaret, resq3 et prouentus Ciuitatis, non arbitrio suo, sed ex vsu Ciuitatis administraret.

Quia Gdani de Ferbero summa est difficultas, et de rebus supradictis agi debite, nihil posse videtur per Commissarios, nisi causa ipsius Ferberi in hoc termino coram nobis diffiniatur, supersedebunt ab agendo aliquid de Statu Gdanensium, donec à nobis, quid in ea ipsa causa factũ fuerit, et quid opportunũ censebimus, edocebuntur.

Quod ad Sectam Lutheranã attinet, quæ fertur indies magis illic in Prussia pullulare, volumus vt Commißarij nri

omnem curã, de extirpanda illa, adhibeant, Sed cum de ipsa tractandũ fuerit in Ciuitatibus, committent vni perito linguę Germanicę, et eloquenti, vt Cemę, aut alicui simili, qui à Commißariis verba faciet, seorsum prius instructus. Vt cum nulla Respublicá regi nequit sine Legibus et Institutis suis, leges aut stare nequeant, vbi cuilibet, quod libet, licet, Religio vero vnicũ sit vinculum in rebus humanis, quo leges, ac Instituta omniũ rerũ publicarũ continẽtur. quo dißoluto, dissolui necesse est vniuersa, Cumq3 non nouum sit, hoc vinculũ à seditiósis et hereticis hominibus impeti, qui semper non secus, q3 pestes aliquę, ab omnibus Imperatoribus, Regibus, ac Principibus opprimebantur, nihil enim in mundo certi, aut firmi, tam in diuinis, q3 humanis rebus haberetur, vbi cuilibet liceret, suo arbitrio, suoq3 sesu, scripturas interpretari, leges praescribere, et noua dogmata instituere, mirari nos vehementer, esse aliquos illic in Ciuitatibus nr̃is Prußię, qui Lutherũ, hereticum ab Ecclá declaratũ, à Caesare, Regibus, et omnibus Christianis Principibus damnatũ, sequantur; Plurisq3 sit apud illos, vnius Apostatę, seditiósa et maledica documẽta, q3 sanctorũ patrũ, tociusq3 Ecclesię anthoritas, et vniuersi orbis Christiani per tot Secula consensus. Et quia hęc nõ ex alio, q3 ex insolencia procedunt, vnde primũ diuina indignatio, posthac rerũ omniũ turbatio, et interitus rerũ publicarum accidere solet, hortari nos Consules in primis, deinde alios Ciues Ciuitatum nostrarũ Prussię, ne se hac labe heretica polluant, et nomen ignominiosum apud reliquos Christianos sibi pariant, ac suę Reipublicę turbas, seditiónes, ac casum aliquẽ, quem Deus auertat, cõparent, sed religiónem vti illam à parentibus suis acceperunt, nos plus sapiẽtes q3 oportet, colant, et obseruent, Quo et diuinum fauorẽ sibi

conciliabunt, res ac Ordinem suum bene stabilient, nomenque bonum apud omnes, et graciam nostram sibi demerebuntur.

Cum superioribus diebus intellexissemus, quasdam dissensiones et motus in Ciuitate nostra Thorunensi fuisse excitatos, et preterea Aulicos nostros, quos paulo ante in Prussiam miseramus, à Thorunensibus non fuisse intromissos, super hac re illis scripsimus, et deinde dnis Prutenis, ex Conuentu Piotrcoviensi proficiscentibus, commisimus, vt nostro nomine cum illis de hac ignominia Aulicis nris illata, expostularent; Vnde nobis Rendus dns Culmensis Epus, suo et Collegarum suorum nomine rescripsit, quod inter reliquas, de hoc delicto, excusaciones, hanc precipuam dixissent, hoc factum fuisse igitur, quod Aulici nostri nullas à nobis significatorias habuissent lras, promisissentque deinceps, maiorem fidei erga nos sue saepe racionem se habituros. Quare non visum est nobis conueniens, vt Commissarii nri, quicque hac de re, hoc presertim tempore cum Thorunensibus agerent. Si aut intelligerent, quod heresis Lutherana illic inualesceret, iuxta articulum supra descriptum, nullam ommitterent operam, vt tandem haec lues è medio tolleretur. Quod eciam illorum sit prudencie commissum.

Fœdus cum ducibus Mekelburgen. Et Pomeraniæ.

IN nomine Domini Amen. Ad futuram rei memoriam, Nos Joannes Dei et Apostolicæ Sedis gratia, sanctæ Gnesnen Eccl[esi]æ Archiepiscopus et Primas, Legatusq[ue] natus. Mathias Cuiavien. et Pomeranien, ac Joannes Culmen, eadem gracia Eccl[esi]arum Episcopi. Stanislaus de Koszielecz, Palatinus Calissien, Marienburgen, Bidgostien, et Stumen Capitaneus, Georgius de Baysen, Palatinus Marienburgen, et Capitaneus Gnesnen, Achacius Czema, Succamerarius Pomeraniæ, et Capitaneus Schlochonien. Ser[enissi]mi Principis, et d[omi]ni d[omi]ni Sigismundi, Dei gracia Regis Poloniæ, Magni Ducis Lithwaniæ, Russiæ, Prussiæq[ue] etc. Domini et hæredis, Domini n[ost]ri graciosissimi, nomine Sacræ M[aies]t[a]tis suæ, inclytiq[ue] Regni Poloniæ, parte ex vna: et nos Georgius Comes de Eberstein, et d[omi]n[u]s in Nangarten, nosq[ue] vtriusq[ue] Iuris Doctores, Nicolaus Marsalci, ac Valentinus de Stogentin, Capitaneusq[ue] in Lozie, nomine Ill[ustrissi]morum Principum, et D[omi]nor[um] n[ost]ror[um], d[omi]ni Henrici, Dei gracia Megapolensis Principis Vandalorum, et Comitis Swerinen, terrarumq[ue] Rostochij, et Stargardiæ d[omi]ni, ac D[omi]nor[um], Georgii Barnimi, eadem gracia, Ducum Stetinen, Pomeraniæ, Cassubiæ, Sclavoniæ, et Rugiæ, ac Comitum in Guszkaw etc. Consiliarii et Oratores, proq[ue] Ill[ustrissimi]s t[ua]tis suarum, parte altera, ad faciendas et innouandas vltra naturalis et sanguinis vinculi neceßitudinem, foederis et amiciciæ Inscriptiones, inter eandem Sacram Regiam M[aies]t[a]tem, et Ill[ustrissi]mos p[re]fatos

Principes, eorumq terras in hac Ciuitate Gedanen, ex speciali commißione prefatorum, ex vtraq parte Dnorum nostrorum, foeliciter congregati.

Significamus tenore presentium, quibus expedit vniuersis, pre: sentibus et futuris harum noticiam habituris, Quia prefati Domini nri partis vtriusq, intelligentes rebus publicis quo: rumlibet Dominiorum societatum et amiciciarum vicinarum, coniunctiones. Confoederationesq non parum conducere. Quasquidem coniunctiones amiciciarum, et vicine societa: tis Confoederationes, diue foelicisq memorie, prefatorum dnorum nostrorum Predecessores, inter se et eorum Dominia inscribere firmareq consueuerunt, prout id ex monumentis litteratorijs in thesauris parcium ipsarum vtrarumq; Do: minorum eorundem nrorum existentibus, euidenter cōstat, ad hmoi coniunctionis et innouationis amicicie, presen: temq Confoederationem, animis bene deliberatis, facile accesserunt, Icirco nos vigore Mandatorum scriptorum. subappensis sigillis, nobis partis vtriusq Oratoribus da: torum et concessorum, premissis et habitis inter nos, mutuis consilijs, deliberationibus, et tractatibus amicabilibus, tandem deuenimus ad Conditiones et articulos, per pre: fatos Dominos nros, hinc inde firmandos et obseruādos, inferius descriptos.

In primis, vt vnusquisq prefatorum Dominorum nrorum, eorumq successores sint et esse debeant in amicicia per: petua, harum vigore lrarum coniuncti et confoederati eui: terne, sic quod vnus alteri assistat consilijs presidijsq opportunis, fauore et auxilijs, quilibet pro posse suo, ad: versus quemlibet hostem, Regno, Ducatibus, et terris

eorundem Dominorum nrorum, propinquius adiacentem, in omni euentu. Et specialiter si dns mgr Prussie, cum Ordine suo, aut Illris dns Joachimus Marchio Brandemburgensis, Elector Imperii, vel eorum successores heredes, Complices, fautores, auxiliatores, et adherentes, aliquem ex prefatis dnis Confoederatis, aut eorum terras et Dominia impeteret, aut alia quacumque via hostiliter inuadere, seu molestare simul vel diuisim voluerint, molestauerintque aut inuaserint in effectu. Contra Paganos aut hereticos, et scismaticos, et in remotoribus agentes, pro virtutis sue arbitrio et beneplacito, prefati dni Confoederati Principes Sermo dno nro Regi Polonie assistent, et opitulabuntur. et econtra.

Que quidem presidia et auxilia, et reliqua assistencie officia quisque confoederatorum, Confoederato suo expensis propriys prestabit, Et cum Exercitus eorundem presidiorum auxiliatorumque, limites terrarum, ac Dominiorum ipsius Confoederati, in cuius fauorem hunc suum ducit Exercitum, progressuie attigerit, extunc Dns terre illius, cui presidium sit mißum, eosdem Auxiliatores suos in Confinibus terre sue, per certum Conductorem suum excipiet, qui eis in progrediendo de pacifico transitu, habendoque commeatu, iusto auxiliatorum precio, ereque ipsorum proprio comparando, consulet et aßistet.

Item si quis in prelio, aut extra illud, modo predicto militando contra hostem alterius, captus vel detentus, aut als in obligatione receptus fuerit, illi per partem ad quam presidium fuerit mißum consuletur, et suffragabitur. Et econtra omnes et singuli captiui ex hostibus, quacumque

ratione capti, in potestate et manu istius dni, cui presidiu latum est, vicißim esse debent.

Caeterum Deo optimo maximo, expugnationem arciu, Castrorum, Ciuitatu, Opidorum, et quorumuis aliorum locorum concedente, ea omnia et singula illi, ad quem ex Confoederatis quondam pertinebant, venient restituenda, Casu vero quo nulli confoederatoru ea prius pertinuissent, tunc nihilominus illi Confoederatoru cedent, in cuius favorem presidium hoc fuerit missum.

Preterea, quia Confoederatoru interest, vt vnus alterius rerum cura habeat; quapropter ordinauimus inter nos, et presentibus ordinamus, q nunq3 deinceps aliquis Confoederatoru predictoru bellum cuiq3 hosti suo indicet, insciis et inconsultis confoederatis suis supra expressis, Fortasses enim modi et vie per Confoederatos, communicato adinvicem consilio inueniri possent, quibus mediantibus, absq3 bello, iniuria affecti Confoederati, poterint emendari, nisi tunc aliquis Confoederatoru inopinate inuaderetur.

Item vt nullus Confoederatoru, gentes siue suas, siue alienas aduersus aliquem Confoederatoru, per loca Dominiorum suoru, hostili molimine proficisci conantes, transire redireq3 permittat, pro viriu suaru possibilitate, neq3 illas quoquo modo occulte vel manifeste adiuuet, vt hosti ad vsum, et Confoederato ad damnu puenirent.

Et quonia iacula preuisa minus feriunt, statutum est inter Confoederatos prefatos hincinde, pro vero Q

indubitato foedere obseruandum, vt quociens aliquis Con-
foederatorum persentiret aliquas insidias parari contra ali-
quem ex Confoederatis, vel Dominia illius, extunc quilibet Co-
foederatorum iuxta posse suum se opponet, vt id industria,
vel viribus auertat, Et nihilominus alter alterum, quanto-
cius poterit, premoneat, quatinus rebus suis tempestiue
prouideret.

Item, liberum esse debebit, vt quilibet Confoederatorum predi-
ctorum aere suo proprio in Dominijs alterius, ad suam ne-
cessitatem Gentes, tociens quociens volet, conducere valeat.
vltra debitum Confoederationis subsidium supra expressum,
Cum sciencia tamen, prescripto, et ordinatione eius Prin-
cipis, ex cuius Dominio Gentes conducende erunt.

Item quilibet Confoederatorum, prouidebit in Confinibus Do-
miniorum suorum, ne latrocinia, cedes, spolia, inuasiones,
excursiones, detentiones, et depactationes alter vtrius sub-
ditorum subditorum fierent, et q pro commissis damnis, in-
iurijs, et excessibus, Iudices Commissarii vtrinque delegati,
rebus vtrorumque Dominiorum exposcentibus, omni triennio,
in Opido Choynitze, simul conuenient, pro die sancti Galli
proxime futuro incohoando, et sic consequenter pro eodem
die de triennio in triennium oppressis, iniuriatis, et dampnifi-
catis cum plena potestate, tam in Criminalibus, quam in Ciui-
libus iusticiam indilatam ministraturi.

Vt aut expediciuis partes Iusticie sue remedium assequantur,
idcirco de quolibet Dominio, querele iudicialiter definien-
de hincinde modo infrascripto, mittende sunt. vt pote

si quis subditorum Serenissimi domini nostri Regis a quopiam ex subditis Illustrissimorum Principum predictorum iniuria afficitur, is querelam suam in manus domini Palatini Pomeranie pro tempore existentis tempestiue mittet, et curabit dictus dominus Palatinus huiusmodi libellos querellarum in manus domini Prefecti Stolpensis destinare, et in hoc per Quartale vnius anni diem Conuentionis predicte, preueniet.

Similiter facturi sunt Subditi Illustrissimorum dominorum Principum Pomeranie, qui querelas suas contra Subditos Serenissimi domini nostri Regis Polonie, ad dominum Prefectum Stolpensem deferent, qui huiusmodi libellos subditorum, dominorum suorum, ad Palatinum Pomeranie, tempore prescripto mittere curabit.

Qui quidem duo Officiales predicti, tandem Dominorum suorum subditos, tam Actores quam reos, ad locum et diem Conuentionis predicte, iudicialiter comparere iubebunt. Qui si comparere noluerint, extunc in contumaciam non comparentium, nihilominus Judices Comissarii, parti conquerenti iustitiam ministrabunt, secundum quod Jus et aequitas dictauerit, Similiter de Actoribus non comparentibus est intelligendum.

Itidem obseruandum erit, vt si quis de terris Polonie, aut ex Ducatu Pomeranie, cum alterutris subditis in dicto Conuentu Jure experiri vellet, querelas suas in manus Capitanei Posnaniensis, pro tempore existentis mittat, vt in omnibus formula suprascripta, ab vtraque parte obseruetur, Similiter à dominis Confoederatis, prouideri debet, vt in manutenendis limitibus, vtraque Dominia concernentibus, aequitas obseruetur, nec vnus alium de possessione vetusta, et vsu aliquorum bonorum, vel aliquarum pertinentiarum eiiciat, nisi authoritate

Principijs loci adhibita, in cuius scilicet Dominio ea bona fuerint situata.

Item licet Domini Confoederationis predicte, ex innata sua virtute, necessitudine, et affinitate hincinde habita, vnus alterius comodis cauere soleat, tamen cupien ex hac noua confoederatione, et amicicie vinculo, quo sibi vtrinque iam tandem magis ac magis affici delegerunt, commodum et incrementum reportare; Statutum est vtrinque deinde ob:seruandum, vt subditi ipsorum Confoederatorum, successorumque eorundem, mutua et libera ac secura hincinde comercia, in Dominijs, Districtibus, atque locis Confoederatorum pre:dictorum, terra, marique querere et exercere valeant, quoli:bet impedimento remoto, tociens quociens subditis, et mer:catoribus ipsorum Dominorum Confoederatorum expedire, et conuenire videbitur, salvis tamen Iuribus Palue, se:cundum quod in aliquo Dominiorum dictorum dominorum Confoedera:torum hactenus fuit obseruatum.

Et quia ex profugis Colonis, inter vtrinque subditos diffe:rencia, atque controuersia, plerumque oriri solet. statutum est, vt quicumque ab hoc Confoederationis tempore, infra quinque annos Iure repetitus fuerit, ipsi repetenti; quantum Ius de ipso profugo sibi competierit, sine qualibet renitencia re:stituatur, Elapso vero huiusmodi quinquennio, à tempore scien:cie computando, quam scienciam is qui repetitionem facit. medio suo iuramento probabit, pro prescripto habeatur, si sic, vt prefertur, minime probauerit.

Reliquum est, quod Transgressoribus, et quibuscumque alijs.

quocunq facinore, excessu, siue cominationibus, atq inimicitiarum denunciationibus, aut alia quavis suspitione notatis, non est dandus Saluus Conductus per aliquem Confoederatorum, nisi cautione prius recepta, de stando et parendo Juri in loco delicti; vbi eidem venturo dns loci, nouo Saluo conductu suo illum prouidebit. Et si talis Juri, vel rei Judicatae parere, satisfacereq noluerit, extunc talis tanq proscriptus, apud Confoederatos, eorumq subditos no est deinceps fouendus, et contra ipsum capiendum, puniendumq, auxilium sit praestandum.

Quos foederis, coniunctionis, et amicitiae modos, conditiones et articulos suprascriptos sic concorditer conclusos, et pro commodo Dominorum nrorum suprascriptorum stabilitos, specialr Sermus dns nr Rex supranominatus per lras patentes perpetuas sigillo Regni sui munitas, approbare, cofirmare, acceptare, et ad perpetuam rei memoriam inscribere dignabitur, duplicatas concedendo, vnas per suam Sertem ad praefatum dnm Megapolensem, alteras ad praefatos dnos Pomeraniae Duces dirigendas. Specialiter etiam praefati dni Duces, vzt Megapolen suas, et Pomeranien praefati suas, sub ipsorum Ducalibus sigillis subappesis, eidem Sermo dno nro Regi Poloniae dabunt, et mittent.

Quae quidem lrae, pro vtraq parte, et perquemlibet dnorum Confoederatorum scribendae, dandae et mittendae, scribi debebut de consilio et assensu Prelatorum status vtriusq Consiliariorum et Baronum, Dni Confoederati tales lras scribentis, dantisq subditorum, Quodq eiusmodi lrae foederum et societatum perpetuarum, no solum ad praesentes foeliciter regnantes Se

Dominantes dños Confoederatos, sed eciam ad successores eorundem perpetuos referantur, scribantur, et intelligantur.

In quorum omnium suprascriptorum, sigilla mea tam ex parte mea, Oratorum Sacre Mtis Regie, quam ex parte Oratorum dnorum Ducum suprascriptorum, presentibus sunt appensa. Actum et Datum in Ciuitate Gedanensi feria quarta post Dnica Letare proxima Anno dni M° D.° XXiiij°.

Sigismundus primus Rex Polonie
Henrico Mekelbergen: Georgio &
Bermino Pomeranie Ducibus.

Litteras Illustrium vestrarum accepimus. quibus omne foederum seriem, que proxime in Ciuitate nostra Gdanen, à nostris Consiliarijs, cum earum Oratoribus et Consiliarijs, facta sunt, probant et commendant, nobis quoque singula, que hijsdem foederibus continentur aeque placent, nullaque in re ab eis dissencientes omnia, probamus, et rata habemus; quandoquidem omnibus rebus nostris et subditorum nostrorum non parum adiumenti allatura esse videmus. Cum igitur vestre Illustritates, quas promittunt, eiusmodi foederum litteras ad nos mittere volent, gratum erit nobis, et per quos allate fuerint, per eosdem eciam nostre vicissim eodem tenore omnia continentes, ad eas referentur. Si quid item amplius est, vel erit, in quo nos sibi vestre Illustritates gratificari posse videbunt, facile videbunt et experientur, nos sua causa omnia facturos, que commodo et ornamento suo aliquam accessionem sint allatura. Et bene valeant vestre Illustritates.

SIgismundus primus Rex Poloniȩ Cardinali de Grassis.

Commiseramus dudum defuncto Oratori nr̃o Episcopo Plocensi, vt cum negotium nostrum in arbitralem cognitionẽ deuenit, curaret isthic in Vrbe consilia in ipso negotio ab Aduocatis, et vnum Doctorem Iuriscõsultum doctum, eloquẽtem, et super omnia fidum, nobis ordinare, et quod ad id impendere debuit, illi miseramus. Qui paulo ante obitum suum nobis scripsit ita curasse, vt vnus iam Aduocatus cõsilium cõfecerit, cui precium persolutum est, reliqui etiã breui essent confecturi, Doctorem vero à vr̃a Rma D. ordinari debuisse, Itaqȝ rogans illam plurimum, vt congestis ab ipsis Advocatis consilijs eorum, et Doctore, vt diximus, docto, eloquente, et super omnia fido, nobis ordinato; qui hec suo tempore, recte eloqui, et obiectis respondere possit, hec omnia cum ipso Doctore ad nos mittat.

Cæterum, scripsit nobis ipse defunctus Epũs Orator nr̃, multa se impetrasse à diuę memorię Leone Pontifice p nobis, et Regno nr̃o, de quibus adhuc compertum nõ habemus, tamẽ quãdo illius serui isthic redibunt, exploratis ab illis omnibus, scribemus posthac vr̃ę Rmę D. et petemus illa per modernum Sctmum Dnm nr̃um rata haberi. Commẽdamus nos, et negotia nr̃a eidem vestrę Rmę D. Quam foelicissime valere desyderamus. Crac.

Legatio a Sigismundo primo rege Poloniae Ad ~~Leon~~ Papam data Hieronymo Laski Palat° Siradiensi

Clemente Septimum.

SAnctissime et beatissime Pater Serenissimus et Potentissimus Princeps et dominus dominus Sigismundus Poloniae Rex. Magnus Lithuaniae Dux Russiae, Prussiaeque dominus, dominus meus clementissimus, mittere me dignatus est ad vestram Sanctitatem, Cui in primis deuotionem suam dicit, et perpetuam optat foelicitatem,

Commisit praeterea mihi illius Maiestas, quaedam referre et agere apud S. vestram, quibus vt fides haberetur, has ad illam literas dari fecit.

Anteque vero ea, quae mihi iniuncta sunt ordiar, supplico vestrae Sanctitati, boni consulere dignetur, si ego homo Militaris, et modice literatus, non eo ornatu et arte dicendi vtar, quam tanta Sanctitatis vestrae, et huius Sacri Ordinis et Collegii Maiestas exposcit, Ne tamen fastidio sim, nudis et breuissimis verbis, Mandata Serenissimi domini mei exponam.

CLementissime Pater, ab eo tempore quo Reges et Principes Poloni, fidem Christi susceperunt, summo studio et obseruantia, Sedem Apostolicam coluerunt, quos vicissim Summi Pontifices omni Paterno offitio sunt prosequuti, multisque Priuilegiis et immunitatibus condonauerunt.

Maiestas Serenissima domini mei, vestigia Maiorum suorum sequuta, quantum ipsam Sedem venerata sit semper, quantumque de illa et vniuersa re Christiana meruerit, iam pene vniuerso orbi satis constat. vt quae non solum sustineat assidue immensam vim Infidelium, arceatque viriliter solis viribus suis, sed eciam inualescentes nunc circunquaque

tumultus et seditiones, in rem et ptatem Ecclam, et presertim aduersus auctoritatem huius Sedis, comprimat domi sedulo, et foris Episcopis et Monasteriis que violantur, et que ad opem Mtis sue confugiunt, pro viribus opitulatur.

Experta est vicissim Mtas sua, singularem in se fauorem et pena, benignitate Predecessorum Sctis vre, presertim duorum Julii et Leois, Quorum nunc demum non potest Mtas sua, sine magno dolore suo reminisci.

Sperabat vero tanto magis, eundem fauorem à Sctte vra experiri, quo de illius prudencia et studio erga Rem Christiana multa predicari audiebat, sciebatq3 qui nexus inter illam, et Cesaream Mtem intercederent, cum qua et illius Mti Regiae, arctissima esset amoris et necessitudinis coniunctio.

Et proinde comiserat eius Mtas dno olim Episcopo Plocen, apud hanc Sedem Oratori suo, vt cum primum Sctitas vra in vrbem hac applicuisset, illi nomine suo, quantu posset gratularetur, omneq3 illi honorem et reuerecia exhiberet, quod et ipsa per lras suas fecit, et facere vberius per alios oratores suos Insignes destinarat.

Veru cum videat Mtas sua, rem longe aliter q3 sperabat succedere, videat iustissimas preces suas obaudiri, et Jura sua nunq3 ante per vllum Pontificem violata infringi, prorsus ab omni spe concepta de fauore Sctis vre, et animo rei benegerede pro publica vtilitate, quem habuit, decidit,

Intellexit enim ex ternis lris Sctis vre sibi nuper redditis, q3 parui momenti fuerint apud illa postulata sua, cum de rebus alys satis leuibus, tum precipue de Confirmando Epo Plocensi à se, designato. Quod tanto maiori admiratione et molestia fert Mtas sua, quo dispositio Sctitatis vre de ipso Epatu sit ex nullo comodo Sedis Aptice, cedat vero in maximu Regni sui detrimetu.

Quod si maxime ea ipsa dispositio esset ex vsu S. vre, si Jura

huius Curie, nō Epōs, quod plerisq; in dubium reuocant, nō Orato: res, qui vbiq; gencium exempti sunt, immunes habet, quominus quicquid hic mors offerat, corripiant, Non exposcebant tamē hoc, tanta illius Mtatis erga rem Christianā merita, et tanta in hanc Sedem obseruancia, quæ nihil tale suspicans tam Insigne Oratorem apud illam habuit, vt Sctitas vrā, contra voluntatem et Jura illius Mtis, et in perturbatione Regni et Dominiorum eius, tociusq; rei Christianæ ingerere conaretur in consiliu, in viscera Regni Mtis sue Regie, nō externū solum, quod apud oēs Nationes est intollerabile, sed eciā fratrem maiorꝫ hostis, q; sit vllius Ethnicus et Infidelis.

Jam eīm satis abunde Mtās illius declarauit vrē Sctitati nō predēlrīs suis, omnem rei et hostilitatis seriem, que inter se, et Mgrum Prussie intercedit, declarauit quanti momēti sint Sedes Epāles Regni sui, qdq; perturbationis oriri posset in Statu Ecclesiastico, et tota re Christiana, vbi ea dispositio Sctitatis vrē, inuita illius Mte et Regnicolarū eius ad effectū venire deberet, tantum abest, vt tali medio pax celerius conficeretur.

Ad quasquidem lrās, licet eius Mtās nondum responsum habuerit, intelligens tamen Rmos dnōs Cardinales, per quos negocia sua agere consueuit, ab Vrbe, ob pestilenciā concessisse, et quid circa illos geratur, qui negocijs expediendis, apud Stē vrām presunt.

Nolens eciā Mtās sua quicq; pretermittere, quo possit cū bona gracia id à Sctitate vrā impetrare, quod Iuris sui est, et quod deserere nullo pacto potest, ne quid eorū temere aggredi videretur, que oportuna essent ad Iura et dignitatem suam conseruādā, et ad que nō solū ꝑ suos, sed eciā vicinos Proceres stimulatur: mittere me dignata est ad vrām Stēm, vt viue vocꝭ oraculo exponerem illi has rationes, et postulata Mtis sue

deq; ipsius Sctitatis vrę in illa voluntate, certior fierem, ac de-
nuum se de omnibus edocerem.

Supplicatq; illius Mtas vrę Sctitati, omni studio et veneratione,
qua potest, dignetur illam eo fauore et benignitate, quo alij Prę:
decessores sui solebant, complecti. Dignetur preces ac postulata
sua iustissima exaudire, ac eos Epos à se designatos citra
vlteriorem moram confirmare.

Quod si vra Sctitas credat, sua priori dispositione, pacem inter
illius Mtem et Mgrum citius coituram, persuasissimu habeat,
hostilitatem acriorem futuram, et ex vna causa huius Tragedię
geminam futuram. si vna coiungi deberent, quo maior esset posthac
difficultas, Imo impossibilitas negocii et differencię huius, quę
pendet componēdę. Quin eciam ex hac vna scintilla, tantum incendium
excitaretur, vt illud demum vra Sctitas, ecia si vellet, nequaq;
extinguere posset, Non vult enim Mtas sua, neq; potest si velit, iu-
ribus et bono Statui Regni sui vllo pacto deesse, nec illi
Regna et Dominia vicina, vti iam significationem habet,
deerunt, Quod q; ex vsu esset Rei Ecclesiasticę, si quę tur-
ba hinc oriretur, demum constaret.

Sperat vero Mtas illius, vram Sctitatem, si is animus eius est,
qui fertur integer, et totus paci et commodo Rei Christianę ad-
dictus, oportunum et pręsens remedium huic vulneri adhibituram,
quod iuribus Mtis suę, ac omnium subditorum suorum ani-
mis immerito est inflictum. Nisi vestra Sctitas de industria
illius Mti, et toti rei Ecclesiasticę, satis alioquin nunc turbatę, pes-
sime consultum iri vellet, Quod ne vra Sctitas faciat Mtas illi-
us etiam atq; eciam humiliter rogat

Postulat ecia eius Mtas à vris D. Rmi dni Cardinales, vosq;
Oratores celeberrimi, dignetur negotium hoc apud eius Sctitatem

promouere, ac agere, vt hęc postulata iustissima Mtis suę nõ reyciantur. Alioquin vult Mtas illius hanc operã et studiũ suũ vt Christiani Principis, in omnẽ euentum omnibus esse testatũ, vt si quid tale accideret, quod Mtas sua nollet, esset q3 ab obseruantiã sua erga Sedem Apticam alienũ, nihil per illam defuisse, quo minus accideret, iudicari poßit.

SIgismundus. I. Rex Polonię Clementi septimo Pont. Max.°

Sctißime etc. Affectus summa molestia ex ternis lris vrę Sctis, quibus intellexi preces nras, cum de rebus alijs satis æquis ac leuibus, tum de confirmãdo Epo Plocensi, à nobis designato, inanes apud S. vrãm extitiße, licet nondum ad eas lrãs, quas de Fratri Jo. Alberto, Marchione et Mgro Prußię, satis diffuse vrę Sctitati scripsimus, responsũ habeamus; suspicantes tamẽ nonnihil, quod veremur, et ne quid intentatũ relinquamus, quo citra turbam, et cũ gratia vrę Sctitatis Jus nrũm asseramq. mitto ad illã hunc Nunctium Generosum ac Nobilem Hiero Laski etc. qui latius nras rationes eidem vrę Sctitati exponeret. Itaq3 supplico, velit illi plenã fidem adhibere, ac vel mea causa, qui vtiq3 id merui, vel si adeo cordi non sim Sctitati vrę, saltim ob bonũ Statũ Ecclę, et totius Christianę Reipublicę, ipsũ Nunctiũ nostrũ, benigne et clemẽter absoluere dignetur. Valeatq3 fęlicissime vrã Sctitas. Cui me iterũ, Regnũ q3 et Dominia mea, ex corde cõmendo. Datũ Crac.

Sigismundus. I. Rex Pol
Cardinalibus

Rx^me etc. Accepimus nuper ternas lras Sctmi dni nostri, ex quibus cognovimus, qz parui momenti fuerint apud eius Sctitatem preces et postulata nostra, cum de rebus alijs satis aequis et levibus, tum precipue de confirmando Epo Plocen. à nobis designato, Preter quem, cu alium quemcumqz admittere neqz volumus, neqz vllo pacto, ecia si vellemus, possumus, Nolentes aut quicqz pretermittere, quo ius nostrum citra motu aliquem perniciosum obtinere valeamus, mittimus ad eius Sctitatem hunc Nunctium nostrum, vt tanto clarius de illius voluntate edoceamur, ne quid per nos, quod ad Jus nostru tuendu, opportunu esset, temere commissu videretur. Rogamus omni studio Rxma D. vram, velit eidem Nunctio nro sic adesse, vt cognoscamus nram de illa fiducia non vana extitisse. Quod illi rursus omnibq amicicie officijs referre curabimus. Valeat optime Rxma D. vestra et nos diligat. Datum

Sigismundus primus Rex Polonie
c. Ill^{ri} ac Mag^{co} Prospero Columnae.

Illris et Magce dne, amice et affinis noster charme. Credimus no ignorare vram D. Epatus Regni nostri, nullius alterius, q3 no: stre Collationis esse. non solum, q Iuris patronatus nostri sint, sed quod habeant eciam munus coniunctum consulendi nobiscu Reipublice, et primas Senatus nri Sedes obtineant. Nuper vero mortuo Rome Oratore nro Rndo olim Epo Plocensi. modernus Sumus Pontifex, no expectata significatione nra, nec habita ratione obseruancie nre erga Sedem Aplica, et meritoru in rem Christiana, sed pretextu cuiusda cosuetu: dinis Romane Curie, contra Ius nostru et immunitatem, apud omnes Gentes Oratoru, contulit ipsu Epatu, no externo solum, quod per se satis esset intollerabile, sed eciam fratri hostis nri Mgri Prussie, eidem Epatui contigui, Quapropter intelligetes eum, quem nos Episcopum delegimus, cofirmationem à sua Sctitate obtinere no potuiße, volentesq3 citra turbam aliqua pniciosa Iuri nro no deesse, misimus in presenciaru Roma ad eius Sctitatem Nunctiu nostru, qui ageret, vt ipse Electus noster, cum bona gracia Sctitatis sue confirmaretur. Rogamusq3 D. vram, vt hoc negociu sicuti melius poterit, per se, vel suos, iuuet Nam nos Ius nostru deserere nequaq3 possumus, pociusq3 qduis, quod nollemus exequemur, q3 illud infringi, et tantam nobis contumelia inferri paciamur, Quod q3 ex vsu esset Ecclesia: stice, et tocius rei Christiane, si eo veniretur, breui constaret. Referremus hanc opera D. vre vicissim, omni officio et gra: tificatione nra. Que optime valeat, et nos diligat.

Sigismundus I. Rex Polonie
Balbo

Rnde sincere nobis dilecte. Mittentes isthuc ad Sedem Aposto:
licam hunc Nunctium nostrum, et te isthic esse ex Magco
Christophoro Palatino Cracoviensi, compertum habentes, pro
nostro in te fanore, et tua erga nos fide, satis explorata, com:
misimus ipsi Nunctio nostro; vt opera et consilio tuo isthic in
omnibus vteretur. Itaqz postulamus à te, velis illi, et hijs ne:
gocijs que acturus est, et que nos valde habent soliciatos, non
dees se. Quod officium tibi vberrima gracia mea referre cu:
rabimus. Datum

Legatio a Sigismundo. I. Rege Polo. ad Carolum. V. Cesarem. data Joanni Dantisco.

Orator noster, apud Cæsarem hec aget, Referet in primis illius Mti plurimam salutem, referet amorem, et obseruanciam nostram erga illius Mtem, verbis qz amplioribus poterit.

Dicet deinde fuisse apud nos oratorem Mtis sue Anthonium de Comitibus Paduanum, ex coqz cognouisse nos, quantam sollicitudinem habeat sua Mtas de rebus Christianis, presertim de nobis et Sermo dno Nepote meo Hungarie et Bohemie Rege, et pariter de bello inter nos, et Ducem Moschouie cōponendo.

Pro quaquidem solicitudine, agere nos immensas gracias, illius Mti, et relaturos nos esse hanc illius beniuolenciam, omnibg officiys fraternis, quibuscumqz poterimus. Verum quia multo maioris momenti, maiorisqz perniciei sit rei Christiane hoc bellum quo illius Mtas distinetur. vt quod vniuersum Statum Christianz distractum habet et perturbatum, videntes nos ruinam omnium que iam nō foris, sed in foribus instat, mittere voluisse ad illius Mtem, ac Sermum Regem Gallie, aliosqz Principes, ne quid in tam afflictis et deploratis rebus pretermitteremus, quo nec et tocius rei Christiane saluti consultum iri posse videretur.

Jam em̄ cōmunem omnium hostem Thurcum, occupatis duabus Reipublice Christiane iannis. verius, qz propugnaculis Rhodo, et Nandoralba, ictoqz cum Zophi Rege Persarum arctissimo foedere, et illo miro quodam iurisiurandi genere, mirisqz imprecationibus aduersus eius violatorem obfirmato, ac sublata ea vnica remora sua, propalam se omni vi et conatu

ad Regnum Hungariæ occupandum accingere.

Cum aut hæc duo Regna Hungariæ et Poloniæ, sint iam in volvendo assidue hoc saxo, adeo fessa et extenuata, vt tantæ hostili potenciæ sola, nequaqz resistere poterunt, perpenderet illius Mtas Cæsarea, vt si, quod absit, hæc ipsa Regna perfringetur. qd proderit tum demum, de extinguendo incendio cogitare, cum ignis ad intima penetrauerit, aut qz commodum habebit eius Mtas, et alij illi Principes suorum certaminum arbitrum et Palemonem, si hac mutua conflictatione potestatem hosti facient, ad penetralia Rei Christianæ perrumpendi.

Quare rogare nos et obtestari eius Mtem, vt sepositis bellis, quibus cum Christianis conflictatur, et concordia, vel Inducijs cum hostibus suis initis, curet nobis, et Sermo Nepoti nostro qz celerius opem ferre, ne tum demum Rei Christianæ consultum iri vellet, cum vniuersa ipsius salus acta et deplorata videbitur, Quæ vbi sub imperio illius Mtis ad ruinam, quæ illi iamiam impendet veniret; quod nomen, et qz famam illius Mtas posteritati de se, et bellis suis relinqueret, ipsa secum expenderet.

De confirmandis Iuribus ad Ducatum Barii, sic agendum erit, vt illic consultum videbitur.

Susceptio R^mi D^ni Petri Tomiczki E^pi Posnamien ad E^patum Cracouien: nomine vniuersi Cleri per R^dum D. Andream Cricium E^pm Premislien et Canonicum Cracouiensem: habita in Templo S. Mariae in Circulo Cracouien. in max^o populi cocursu. sexta Aprilis 1524.

Si vllum vnq3 fuit tempus Excellentissime, quo seniles prudencia, Antistes vt est in Prouerbio, praestare videretur, nūc profecto nulli, non proponenda et suspicienda videri debet, quisquis consiliū R^mi d^ni Joannis Episcopi Crac, cui cōmodum succedis, secū expenderit, Ille eīm cū annos supra viginti huic Sedi praefuisset, in quam potissimū, velut in speculam Regni vniuersi, omnes fluctus, et turbidines aduersitatū Ecclesiasticarū, impelli solent, ac in ea tamen ita se comparasset singulari prudencia et solicitudine Pastorali, singulari eciam benignitate, humilitate, hospitalitate, et beneficencia sua tam erga Ecclesiā, q3 eciam erga plurios alios, vt hactenus contra omnes tempestates, ac contra omnes excessus, quod de bono Pastore dici potest, certamen bonū certauerit, cursum muneris sui cōsumauerit, fidem Dei seruauerit, videns magnitudinem huius sarcinae, videns languidā et decursam aetatem suā, videns mentes hominū depravatas, videns tempora religioni aduersissima, ac intelligens qualē athletam haec arena postularet, volensq3 anteq3 decederet, q3 optime et Reipublicae et Ecclesiae suae consulere, te vnum adeo nō ambientem, cum ambirent pleriq3 alii, vt ne cogitantem aut optantem quidem, iampridem ad hoc munus sponte delegit, inuitauit, solicitauit, et tanq3 pater filiū in hac haereditatem Dei adoptauit, Te, inquam, qui vt genere clarissimus, specie, virtute, et magnitudine animi, conspicuus, ingenio eloquencia, et doctrina admirandus, consilio, anthoritate, et

gracia apud Principem precipuus es, ita in hys angustys nris non inuentus similis tibi, qui conseruaret legem excelsi, qui in vita sua suffulciret domu et in diebus suis corroboraret templu. qui curaret gentem sua, et liberaret illam à pernicie. Nam si vita tua hactenus per omnia inculpatam, si merita tua suma in Rempublica et Ecclesia, si deniq3 integram et laudatiss: mam in omnibus rebus et actionibus tam publicis q3 priuatis functione tua hic recensere deberem, viderer nihilosecius q3 de solis claritate disserere; Cum ea non nobis solum, qui te presentes contuemur, et te fruimur, sed ecia externis, et longinquissimis regionibus nociora, et celebriora sunt, q3 vt vllis verbis exprimi queant. Et proinde, cum recte à Domino factum sit istud, et est laudabile in oculis nris, vt talis nobis esses Pontifex, Prelati et Canci, ac vniuersus huius Vrbis Clerus, te suu Pastorem, suumq3 Pontificem, omni alacritate et veneratione, qua potest, suscipit, ac salutat. te, vt dudum ante optatum, ita tandem sibi concessu ex ani: mo gaudet, et laetatur. tibi se, Ecclesiam, et Iura sua, omni studio, supplicitate commendat. Rogans et obtestans eciam atq3 eciam, vt te talem Pastorem prestare studeas, qualem spes, de te cocepta, locusq3 hic tam sublimis, et tempora hec aduersissima, exposcunt. Vides em Lupum venientem, vi: des turbas, vides insolencias, vides blasphemias, vides ra: pinas, et sacrilegia, vides cedes ministroru Dei, vides vt pro: ximus ardet vcalegon, et tunc tua res agitur, paries cu pro: ximus ardet. Accipe igitur fortitudinem à Domio Deo, et sanctissimis Patronis nostris, et accingere gladium tuum, super femur tuum potentissime, ad perdomandas gentes que fremunt, et populos, qui meditantur inania, et ad cohercedos eos, qui in Ecclesia et Ministros Dei, exacuunt linguas suas sicut serpentes, venenu aspidum sub labyjs eorum, quorum.

os, maledictione, et amaritudine plenu est, qui viā pacis non cognouerunt, nec est timor Dei ante oculos eorū. Quod reliquum est, precamur omnes, vt Deus optimus maximus, qui te fecit excrescere in Plebem suā, et dedit tibi Sacerdocium magnum, idem tibi semper adsit dexter et propicius, vt quemadmodū te Petrū in hac Ecclesia supra firmam et excelsam Petram Edificator constituit, ita te grex tuus Pastorem hoc nomine et auspitio dignū senciat et cognoscat.

Clemens PP. vij

Ven^li fratri Petro Tomicio epo Crac: Regni Polonie Vicecancell.

CLEMENS Papa Septimus. Venblis frater, Salutem & Aplicam ben. Vementi cum nostris lris, ad istum Inclytu Polonie Regem, nostru in Christo filiu charmu, dilecto filio Johanni Antonio ~~Johantonio~~ Pulleoni, Baroni Burgii, Nunctio in Hungaria nro, libenter has ad te lras dedimus, Nam cum de pietate, prudecia, ac virtute tua, quibus te in conspectu Dei omnipotentis, in sancta eius fide isthic tuenda, gratum, et hominibus commedabile reddidisti, indies audiamus; facere no possumus, quin peculiari te amore, et paterno affectu prosequamur, Itaq3 quamq3 tue virtutis debito coacti: tamen q3 libenter nos ob eas res, tibi et nunc debere fatemur, et indies magis debere optamus, Hortantes ftem tua in dno. vt sicut hactenus fecit pro suo Epali offitio, annitatur decetero ad Dei honore, atq3 istius Serenmi Regis commoda procuranda, Quemadmodum super hys latius cu fr^te tua colloquetur idem Nunctius nr. Cui nostra causa, apud tuum Regem opportune aders, et fidem adhibebis. Datu Rome apud sanctu Petrum sub annulo Piscatoris die xx. Februarij. M^o D^o. xxiiij^o. Pontus nri anno primo.

Petrus Tomiczki Eps Cracovien: Vicecancell:
Joanni de Lasko Archiepo Gnesnen: Legato nato:
primati

Rme in Chro pater, et dne maior honoran. Dns Palatinus Siradiensis, Nepos vre Rme Ptis, cum hic esset, lras illius mihi reddidit, quibus comemoras ea, que scripserim de impensa opera mea, in negocijs dni Miskowski Cancellarij enis, qui hic egit, grauare videtur, tanqz aliquid à me sinistre, aduersus illam factum. Ego valde doleo, meum studiu, quod mihi semper erat, gratificandi vestre Rme Pti, aliorsu ab illa, qz sit, accipi, et non succedere, cum tamen non memini, si quam rem mihi committere dignata fuisset, eaqz mihi concredidisset, quin eam non integro et propenso animo, exequutus fuissem, et vt potui, non effectam reddidißem.

Quod aut subiunxit in ipsis lris Vinea mea electa, etc. Mi Rme dne non sum nescius, quo pacto vestra Rma Ptas hanc vinea mea coluerit, et qz sæpe ea cultura, mihi in amaritudinem cesserit. Vteumqz est, ego virtute et industria mea fretus, superaui hactenus aduersos et cuneos et cuniculos, et in posteru Deo bene iuuante superabo, Sed de hijs hactenus.

Ego hijs diebus, diuina benignitate disponente, ac Principe, et Rmo dno Joanne, Episcopo Cracouiensi, sic volente, prouectus sum ad Episcopatum Cracouien. In eaqz prouectione mea, primu Capitulu hoc meu, mihi queri coepit, de euocatione sui post Curia vre Rme Ptis, De qua re, &

plurimi alii, tam Seculares, q3 Spirituales queruntur. Rogo plurimu vrám Rmam Ptem. habere dignetur rationem horum temporu, nobis aduersissimoru, et curare, vt q3 minimum homines à nobis offendantur, ne hic funiculus Iurisditiõnis nrẽ, ita nimium tensus, rumpatur aliquando, vt nunc in vicinia pessime agitur.

De alijs quidem in presens non ago, solum premoneo de hijs que impendent. Pro Capitulo aut hoc meo rogo, vt vra Ptas committat eã causam, in hac Diocesi mea discuciendam, ne quod aliud remedium quęrere cogamur. quod non libens facerem. libenterq3 me cum Clero meo, aduersus Rmam Ptem vram, q3 melius, si fieri posset, conseruarem. Cuius bonę gracię me commendo. Et cupio, vt sit incolumis et foelyx. Datum.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Joanni de Lasko Archiepo Gnesnen: legato
nato: primati.

Rme in Christo Pater, et domine maior honorañ. Accepi lrãs vestrę Ptis, quibus partim doluit ea, quibus me offensum putat, partim me de aliquibus accusat. Non sum Rme dñe tam obtusi ingenij, vt quę commemorat, et alia pleraqȝ, non intelligam, quo animo aduersum me egerit, quę conata sit. Quàm aũt talia molimina congruant ordini et professioni nostrę, et conducant Statui Ecclesiastico, et Reipublicę, ipsa viderit. Mihi satis est, q meam dignitatem, meamqȝ famam hactenus illibatam conseruaui, et cunicularia ista machimenta superaui, quod et in posterum, auxilio Dei, et mea integritate futurũ spero.

Quod vero me de Nepote suo, dño Loboczki accusat, fateor me pro debito meo, et rei decencia, Iuri Regio, aduersus Romanas Impetrationes, non defuisse. Cum et minimus Nobilis, eam iniuriã sibi inferri nõ paciatur. Quicqd autem ego in hac re egi, decencius aliquanto est actum, qȝ in Cancellaria Gnesnensi, et alijs beneficijs, quę aduersus lrãs Aplicas à Scismaticis, et Militibus Gregarijs occupabantur.

Domino eciam Rambieski, nihil vnqȝ nocui, quin iuui illũ in omnibus eius necessitatibus, in quibus ad me cõfugiebat. Accusentur ij, qui illum Campanis, et diris picturis, Romę

et hic celebrem fecerunt, vel ij. qui illu ad eos Labyrinthos induxerant,

Scripsera eciam vestre Pcti de pronectione mea ad Epatum Cracouiensem, Quibus lris videtur fidem non habere, et propterea mitto illi lras Aplicas, vt illis saltem credere dignaretur. Quas dudum misissem, si ita certu et comodu Nunctiu habuissem,

Quod aut Ptas vra subiunxit, eam pronectionem mea celatam fuisse, non soleo ego libenter iactare res, et fortunas meas, Neq3 attinebat quicq3 cum Pte vra de hys agere, que no nisi cum fidis et fauctibus amicis communicantur, De quoru numero, illam hactenus non noui, Foelicissime valeat vra Ptas. Datum.

Sigismundo primo regi Polonie
Stephanus Brodericus. ludouici regis
Vngarie orator apud papam.

SErenissime Princeps, et dne dne mihi clementissime. Post seruitutis mee perpetue, in gracia vre Mtis humilt. comendacon.
Licet satis absurdum esse videatur ab eo Principe, cui quis nihil seruiuerit, quippiam postulare: summa tamen vestre Mtis clemencia, et singularis in omnes liberalitas, et munificencia, spem mihi dat, vram Mtem, preces eciam nihil à se merentis seruitoris non aspernaturam.

Intellexi Rmum dnm meum Archiepiscopum Strigonien. hys diebus vita functum esse. Non dubito, vt in tali casu, plerumque fieri consueuit, nonnullas beneficiorum Ecclesiasticorum mutationes in Hungaria fore. Ego cum à Serenissimo, et clementissimo Domino meo, Nepote vre Mtis, longe nunc absim, et absentes, quocumque officij genere fungantur, vulgato Prouerbio, pro mortuis haberi soleat, mihi ad vre Mtis presidium duxi refugiendum. Cui supplico humillime, dignetur tam ad Mtem Regiam ac Rlem. Dnos meos clementissimos, quam eciam ad Rmum dnm Cancellarium Hungarie, in mei commendatione suas lras dare, et efficere, vt mei, quamuis absentis, diligenter tamen eorum Mtibus seruientis, ratio habeatur, saltem in minoribus beneficiys. Nam maiora sicuti non mereor, ita neque petere ausim, neque sum clementissime Princeps natura adeo ambitiosus, vt patrocinio vre Mtis, quam scio omnia, eciam summa, apud Dominum meum clementissimum, posse, aliud consequi optem, quam vnde possim, commodius et honorificencius vris Mtibus seruire. Scit enim Mtas vra inopiam

ac sordes, cum magnorum Principum Legatione nō bene con-
venire. Itaqȝ rursus supplico vr̄e Mti, dignetur in hoc preces
meas exaudire, Quicquid in me benignitate Mtis vr̄e fuerit
collatū, dabo operā vt id in diligentissimū et gratissimum
Seruitorē vr̄a Mtas contulisse videatur. Me et meā seruitutem perpetuā, rursus in graciā vr̄e Mtis humillime commēdo, Quam Deus foelicissimā, et incolumem conseruet.
Ex vrbe iiij Mày. Mº. Dº. XXiiij.

Noua nō sunt alia. Gallos affirmant Nouarie, à Cæsariams obsideri, et ad exeundū ex Italia vehemeter vrgeri.

Nouum Soltanū, dicunt se contra Thurcas, diligenter munire.
Credo Mtem vr̄am intellexisse de l'ris Zophii, ad Cæsarem, et Serm̄ū Dn̄m meū, In quibus hortatur eos, vt Principes Christianos in Thurcā concitent, Quarū Exemplum ad vr̄am Mtem mittam.

Ven^li fratri Petro Tomicio Epo Crac
R. P. Vicecancellario.

CLEMENS PPa VII^s.

VEnblis frater. Salutem et Apostolicam ben. Egregia virtus singularisq3 fides, dilecti filii Stephani Broderici, charmi in Christo filii nri Ludouici Hungarie et Bohemie Regis Illris, apud nos Oratoris, cum in alijs rebus multis, tum maxime in procuratione illius Regni, perspecta, ita eum nobis carum ptu reddidit, vt non solum à nobis ametur, veru etia alijs commendandus videatur. Quamobrem, cum illu hoc tepore, ad ipsu Regem miserimus, hortamur frtem tua, vt illi tum virtutu, et obseruantie eius erga te, tum plurimu et honoris nri causa, quibuscumq3 rebus licebit, gratificetur, existietq3 in eo, et homini sui studiosissimo officium prestare, et vna nobis rem gratißima facere,

De hijs vero, que tecu nro nomine aget, fidem illi habere poterit. Datum Rome apud sanctum Petru, sub annulo Piscatoris, die XXX May. M^o. D^o. XXiiij^o. Pontus nri anno J^o.

Sigismundus I. Rex Pol.
Clementi septimo Pontifici Max.

Sanctissime etc. Cum superioribus Mensibus, Nunctius Sctis vestre, Paulus Centurio Januen, ad me huc venisset, et se à Scte vestra ad Moschorum Ducem missum declarasset; eum beni-gne excepi, et quo celerius negocia Sctitatis vrę absolueret, Commeatum per Regnum meum simul et equos veredarios, usque ad Moschorum fines illi liberaliter concessi, Is ipse iam tandem rediit, una cum Moschorum Ducis Legato ad Sctitatem vram. Quia vero et vir bonus videtur, et tam longi itineris laborem perferre eum necesse fuit, rogo plurimum vram Sctitem, velit eum commendatum habere, et gracia, ac munificentia sua, qua magnopere, in hac sua ingrauescente ætate in-digere videtur, complecti, et valeat foelicissime vra S. Cui me iterum etc. Crac.

Clemens Papa septimus Basilio Duci Moscouiæ.

Dilecte fili, etc. Locutus est nobis Paulus Centurio Ciuis Genuensis, de Nobilitate tua plurimu, eaqz narrauit, que partim antea noueramus, partim que nosse desyderabamus. Nam eximia virtutem tua, et in omnibus rebus magnitudinem animi, splendoremqz dignu tanti Principis gloria, habebamus nos iam pridem cognitu, Quod vero, vt ipse Paulus nobis retulit, optima mente et voluntate, erga rem publica Christiana, et sancta hanc Sedem Aplica esses, aliquamqz inter nos coniunctionem, arctioris amicicie ac beneuolentie, qua nos omni affectu cupimus, tu quoqz no aspernaturus esses, hoc nobis audire et cognoscere, supra oia fuit iucundissimu, presertim, cum memores apprime simus qz erga te amicam et beneuolam semper gesserimus voluntatem, Nam et tempore fere Alexandri vj. Predecessoris nri, cum tui Legati, componendaru (vt tuc audiebamus) reru causa, in vrbe Roma versaretur, magnu dolorem accepimus, nihil fuisse coclusu. Et deinde pie memorie Leone X° Predecessore et fratre Patruele nro, vniuersalem Ecclesiam regente, cum aliquantum apud illu, auctoritate valeremus, recordamur cum magna spe et lætitia nra, non semel ab eo, ad te, amicissime, atqz humanissime scriptu fuisse. Quo etiam tempore idem Paulus, ipsius Leonis lris, in sui commendationem ad te allatis, multa se à liberalitate tua consecutu fuisse affirmat, Sed hoc sanctu amoris, &

amicitiae foedus, quod tibi cum Apostolica Sede intercedere optamus. semper, si summus et omnipotens Deus tribueret nobis, ut nos ipsi tecum, ad ipsius Dei honorem, et comunem utriusque nostrum voluptatem, faceremus; profecto tanto diuinitus beneficio nos affectos arbitraremur, quo maius ullum vix desyderare possumus; Tibi vero et benignitati tuae, si te nobis promptum et facilem praeberes perpetuam gratiam deberemus. Cum igitur Paulus nobis affirmaret, se iterum ad Nobilitatem tuam velle reuerti, has omnino ad te litteras dare decreuimus. Quas siue per manus ipsius Pauli, siue alterius cuius fuit accepturus esses, quod propter longinquitatem itinerum et viae discrimina, vnius hominis salus saepe periclitari potest, hortamur, et oramus Nobilitatem tuam, ut amico animo, et benigna mente, legas, et percipias, nostrasque preces et promissiones ita ad animum tuum propinare voluntate sinas peruenire, si ex vero amoris affectu, et ex nostra paterna erga te mente et charitate procedere videbuntur. Nos fili charissime ita amauimus semper Nobilitatem tuam, propter virtutis famam, animique praestantiam, ut nihil ardentius optaremus, quam te esse in comuni sententia nobiscum, cum reliquo Christianitatis corpore, et praesertim cum Sede apostolica, omnibus rebus vnanimem, atque coniunctum. Quod adhuc factum non est, superiorum temporum, ut potuimus intelligere, culpa. Nunc vero nobis, diuino admirabili beneficio Sedem Petri obtinentibus, quid causae esse debet, cur tu nobis amicitiam et societatem tuam sitientibus, non pari amoris studio respondeas ‡ Nostra dignitas euiusmodi est, et ita in excelso posita, ut multi pares tui maximum illi honorem habere soliti sint. Sed nos qui vere Christi Vicarii esse cupimus, à quo, humilitatis exemplo in primis sumus eruditi; omnem nostram

‡ ac tanto desyderio nostro humanitate tua accomodes.

dignitatem, nõ in expectando, vt rogemur, sed in rogando et pre-
cando ponimus; si modo nostra deprecatio summo Deo accepta
sit, illis ipsis, quos rogamus, vtilis et honorifica, Hoc igr̃ aniõ
petimus à te fili charme, vt quo nos coniunctionem tuam
appetimus desyderio, simili tu voluntate, te nobis affectũ
prebeas, in foedere et amicitia æqualem, et tanq̃ fratrẽ,
in amore filiũ, sicut nos te paterna charitate desyderãq
complecti, Quod si, Deo mentem tuã recte inspirante, no-
biscũ et cum sancta Sede hac, vnanimis esse institueris, et
siue per Nunctiũ tuũ, hominem à te delectũ, cui cõfidere
poßumus, siue alia quapiã via et ratione, de tua optima
erga nos mente, et parata nostris desyderijs voluntate, nos
certiores effeceris, intelliges, et re ipsa experiere, nos tan-
tam gerere, tui honoris, et tuẽ amplificandẽ dignitatis,
curã, vt nunq̃ te in hoc consiliũ cogitationemq̃, ineũdẽ
nobiscũ amicitiẽ et coniunctionis, venisse poeniteat, Sicut
supra dictus Paulus, aut pro eo aliquis alter, tecũ copiosiq
loquetur, Cui fidem in hijs habere, eumq̃ tua gratia et be-
nignitate prosequi nõ grauaberis. Datum Romẽ die xxv.
May. M.º D.º xxiiij.º Pontus nri anno jº

Bone Sphortie regine Polonie
Albertus Gastolt Palatinus
Vilnensis.
Contra ducem Constantinum de Ostrogk
et contra Radiwilones

legas. miranda leges.

SErenissima Princeps, et Domina domina clementissima, Pro ea, qua me seruulum suum, singulari dignatur Sacra Maiestas vestra prosequi gracia, et benignitate, quas maximas fundo, habeo et ago gratias atque perpetuis et fidelibus obsequiys, me eidem Maiestati vestre, ac Liberis eius Illustrissimis, deditissimum adigo, ceu iam pridem ab initio foelicissime Coronationis, sacre Maiestatis vestre, atque nec minus foelicis sublimationis dilectissimi filii sui, nostri heredis, Illustrissimi Magni Ducis, et domini domini Sigismundi Augusti, adictus sum iure hereditario et sempiterno, Quem sicut omnes nos fideles subiecti, summis precibus dari sacris Maiestatibus vestris precabamur, Vt rem ab origine exordiar, mea fidei et innocencie constancia, in quibus per aduersarium passim accusor expurgando: ita datum ex alto prospere, consilys vtique primum meis sublimari fecimus, Mox enim cum intellexissem tunc ex Reverendissimo domino, Laurentio Miedzileski, Episcopo Camenecensi, amico meo singulari, et nimis fidem prefeferente, voluntatem Sacre Maiestatis vestre, desuper mihi declaratam, omnem operam et summam diligenciam tum adhibui, atque non modo consilium dedi Sacre Maiestati Regie, Domino nostro clementissimo, Qui, vti parens prudentissimus, suo vnigenito, quoslibet ob respectus, id vel intime, tacitus tunc fauebat, quousque a me prius desuper cepisset consilium foelicibus auspiciys, exorsus erat liberius de ea re loqui, et desyderare, vt celerius res ipsa in effectum deduceretur, sed eciam tanto forcius ego apud vniuersos fratres, et amicos meos precipuos, hac in

terra no parui nominis et momēti insteti, et agere coepi, persuadēs eos in rem, vt vnanimiter cōsentirent, pertraxi, et consenserunt, paucis renitentibꝯ, et hoc, auctore aduersario meo, qui tū mihi videbatur esse amicißimus, Iureiurando eciā fidem amiciciē suē mihi obstringens, libere in domū meā, vt crebrius id fa: cere solebat, veniens.

Flectebat ipse genua, et complosis manibus in secreto consilio precabatur vnacū sibi adherētibus, qui et in presenciarū illi adherent, ne tam foelix sublimatio fieret, Quas ob causas id faciebat aliquociens, et quidem instantissime in promptu, et facilis coniectura fieri potest, Non deerat tum, nec quicq̄ detraxit, sicut alijs in rebus, ita et in ea, nature et mori suo Rutheno, Ad extremū Sacra Mtas Regia, ore suo, et quidem prudentissima sentencia, memoratu digna, illorū temeritatē compescuit, Dicens ad illos, vehemēter miramur mutationē votorū vrorū, quia dum herede carebamus, summopere de: syderia vra ostendebatis ab extra, efflagitantes, vt Deus nob eum concederet, At dum modo, ex immensa gracia id largiri nobis dignatus est altißimus ipse, vos nobis et filio nostro, eam foelicitatem videmini non fauere, vt scilicet et nos sup: stites videamus eiusmodi sublimationē filij mei, et ipse in Minorennitate constitutus id aßequatur; Quam rem admodū īgratā nobis esse, intelligere poteritis, Hijs verbis attoniti renitentes obticuere, simulq̄ maiore et nobiliore parte eos vin: cente, consensere victi,

Ex eo imprimis facto, concepit q̄ maximū in me odiū Ru: thenus Ducaculus, et iniuit contra me secreto conspiratiōem, cum domo Radziuilorū, mihi perpetuo, ob virtutes meas, et Maiorū meorū infesta et inimica, Quē non solum me vnicū superstitem et innocentem, bonis meis hereditarijs, sed eciā

vita, et bona fama mea, inique, calumniose et false, priuare, vlla absq3 causa, aliquocies tentabat, et conabatur. eo q illos genere, et vt verum fatear, antiquitate, possessionibusq3 anteibam. Cum illis ab exordio pauca esset suppellex quia viginti duntaxat Cmethones, qui Proauo eorum, ante Centum annos, p magnum Ducem Vithowdum dati, licet eorum rusticitatem, quam prius paulo ante olim Ducissa Masouie Soror eorum, Duci Conrado nupta, nobilitauerat, modernus Serenus Rex noster, et dns graciosissimus, Coniux Sacre Mtis vre, causa deinde intercessionis eiusdem Mulieris, que vtiq3 benignitate nature fauente, non indecora erat, subleuauit, et valde bonis Gonyadz et alijs q3 plurimis, de Mensa Magni Ducatus sui, ad valore Centum Millium Ducatorum ornauit. Sed ne longum faciendo sermone sim tedio, q3 breuissimis rem expediam, vt meam fidem, constanciam, et integritatem, apud Sacram Mtem vram (ex quo me sue Celsitudini intellexi iniquo zelo et falso fuisse delatam) bene expurgatam facerem, et puram.

Hostis vafer, no tantum meus, sed et factorum meorum, que ego pro Sacris Mtibus vris, ac pro Republica facio, et pro virili mea intrepidus exequor, non solum bona fama, honoreq3 naturali, et bonis honestisq3 modis quesito, verum eciam vita, me, artibus suis peruersis priuare contendens, hos qui semper astant ab auribus, sigilla ferentes Regni, auro corrupit, vt sibi et libidini sue assisterent arte vafra, quo liberius in Rempublicam cum Ruthenis, cum quibus in eam conspirat, debacharetur. Cuius vnicum, hac tempestate me, vti Patrium, perspexit, fortem et indefessum custodem et tutorem, more Maiorum meorum, p gracia atq3 salua, foelici, et p tranquilla Sacrarum Mtum vrarum pace et dnatione.

Propter quod me hostis ipse cuperet, veluti olim Radzivil

Palatinus, qui etia se procurauerat per olim Maximilianum Cæsarem creari in Ducem, tollere de via qua tendere cuperet, cum eam videat sibi per me obsessa. quonia dictus olim Radziuil Palatinus Vilnen Prædecessor meus, id in animo, quod hic, (nescio ex qua constellatione fieri assolet.) constituerat vsurpandi sibi Dominiu, sic, quia ex Italia, Anglia, Francia, Polonia, Alemania, et Masouia, clam coduxerat Astrologos, ex quoru practica, habita reuolutione Natiuitatis Serenissimi Regis nri foeliciter moderni, cum illi falso sibi prædixißent Regem nunqz geniturum Masculum et hæredem, ipse primu Sororinum suu, Ducem Masouiæ, tandem cum solus creatus esset in Ducem, iam seipsu ad instar Ducis Michaëlis Hlinski, cui propterea in vxorem procabatur, desponsareqz tentabat Sororem sua Ducissam Masouiæ, miris artibus conabatur facere Magnu Ducem, Cuius rei non est ignarus Serenissimus dns noster Rex.

Quoru exemplo idem hostis meus Dux Constantinus gradiés (vtina similem finem acciperet, qz alter perpetuis captus tenetur vinculis. alter subitanea, inconfessus et intestatus, periyt morte, occumberet.) vellet hoc ipsum Dominiu, hæreditate dni nri clementissimi Sigismundi, vi Ruthenoru occupare. Propter quod, mox cum creatus fuißet in Palatinu Trocen, aperuit abscondita cordis sui, tumqz supremu Ducem Ruthenoru Slutcen (cuius duo simul Pr[a]eani per diuu Cazimiru Regem, atqz Magnu Ducem, moderni Domini nri Serenissimi Genitorem, ob eandem causa, sunt merito detruncatione capitis puniti.) in amicu conciliauit, germana eius sibi in vxorem ducedo, quanqz eu prius pro capitali hoste ducebat, supplicans eu flexis genibus et complosis manibus coram Sacra Mte Regia, et toto Senatu, ante tres annos,

[interlinear: Glinski Michael; Palat. Radziuil; margin: quem]

capite plecti, vel seipsu vnacu filio suo perimi, Nunc aut fanes nos cæcos, et artium suaru perfide conceptaru, quasi ignaros. vnum cor, et anima vna, secum factus est, eaqz causa mihi struunt, per calumnias, miris modis excogitatas, odia, indi; gnationes, accusationes; et dispromotiones, nedu apud vtrasqz Sacras Mtes vras, sed eciam apud omnem statu et plebem, non satis habentes, si me vita priuarent, sed quod vnicu filio; lum meu, sanguinem innocentem absorberent. vt sic obice eis no obstante, facilius potirentur reru, et votis suis.

Propter quod, et anno preterito, ipse hostis meus, diuersis modis, largitionibus, et supplicationibus querebat, nihil ommittens, vadiu quadraginta milliu florenoru, inter me et adherentes mihi ab vna, atqz inter eundem hostem, et Complices suos, partibus ab altera, deponi, cum tamen ego efflagitabam, vt scilicet pro tranquillo statu sacraru Mtatum vrarum, et huius Patrie conseruatione pacifica, non deponeretur. re ipsam ratione moderado, licet multo forcius potuißem hostis comprimere insidias; cui nec vno vngue cederem animo, et gladio, Gloriatur se bene meruisse de Republica homo nouus infime conditionis, et de pauperrimo Ducaculo Ruthenorum natus. At, quid ego reuera audeam dicere de me, tanqz insipiens, si gloriari oportet, non tangendo Maiores meos semper strennos, et optime ab aliquot Centum annis de hac Republica meritos, cum tamen iste hostis meus et Maiores sui, nunqz in consilio sedissent, à quo perpetuo exclusi erant, et vix starent in scabello pedum maiorum meoru; De quo ego primu gras Deo opt. max. qui hec cucta versat, huc humiliado, et huc exaltado, et deinde Sermo Dno meo Regi ac diuis Maioribq gras imortales ago et habeo, acturus ppetuo, et quibusuis seruicijs fidelibq, sibi et posteritati sue

Serenis Sm̃e fideliter famulaturus.

At iste hostis meus, ac pocius Reipublice, tantũ meruit de Republica, uti gloriatur, quantum fuit causa et origo destructionis eius. Nam tempore diui olim Alexandri Regis et magni Ducis, cũ primũ creatus fuisset in Directorem Exercituũ, mox indiscrete et infoelix cum Moschis cõmisit bellum, quod pocius detrahere debuit, propter paucitatem suorũ, quia duntaxat, quatuor millia equitũ erant in Exercitu m̃o Lithuanico, Moschorũ aũt quinquaginta millia. Etibidem solus inprimis ipsemet director captus est, Capti et aliȷ plurimi Primores et Barones, viui abducti in Moschoviam, reliqui cesi. Hec strages ductu hostis mei, facta est, origo et iniciũ calamitatis nostre. Etẽim Moschus capta audacia ex hac victoria, arces et terras, passim libere vagando cum exercitu intercepit, atq3 à Magno Ducatu fere dimidium eius, et quidem vberiorem partem ademit, consilio et opera hostis mei,

Quid deinceps fecit, cũ Deus opt. max. tantã concessisset foelicitatem Sẽmo Regi m̃o, vt non omnino magna manu, ingentem Exercituũ multitudinem hostis Moschi, fudisset, delenissetq3, ipse vti Capitaneus Exercituũ, vbi celeriter debuit persequi hostem victũ, fusũ, et trepidas Exercitus reliquias eius, absq3 respiratione, illic continuit m̃os non longe à Smolenske, quia solum in viginti miliaribus agentes, ne ad illam arcem recuperandã proficiscerentur. Quod penitus factum fuisset, si admisisset Exercitũ nostrũ progredi, quia Dux Moschorũ, vix fuga euaserat, nec cõstitit prius q3 peruenisset ad Album stagnũ, trecentis leucis à Moschouia distans, et tunc arx Smolenske stetit aperta

duabus septimanis, quia sine presidiis erat relicta. At noster Capitaneus Ducaculus fauens Ruthenis plus Ruthenis, quam nobis Catholicis, habens totam sibi datam in campo potestatem, quousque post octo Septimanas direxit Exercitum in Smolensko brumali tempore, quod ex animo expectauit, cum in die Natiuitatis Marie facta sit strages. Quis vel puer vel adeo stupidus, rem studiose per eum esse factam, in fauorem illius peruerse gentis, dubitaret. Ideo enim gentem inimicam nobis, mox facta strage, existentem tunc sine Duce, sine ordine et prouisione, non est persecutus, sed illam respirare, ac prouisionem suam facere, inducias ei contulit, et exercitum nostrum vsque ad hybernum tempus perductum, interemit. Et sic fecit in obsidione Castri hostilis Oposzka, vbi exercitum magnum perdidit tempore brumali, et cui hostis nocere non potuit, ipse nocuit.

Anno preterito, quando Thurci Volhinensem terram deuastauerunt, ipse cum quatuor millibus Equitum quos habuit, bene seruire Reipublice potuit, sed vt duntaxat posset in me reijcere aliquid culpe sue per calumniam, qua assueuit laborare, vti omnes fere natura suapte Rutheni facere sciunt, abnuit, sic ab initio sui Capitaneatus, maiorem semper hec Respublica passa est ruinam, quam defensionem, et vsque modo eius occasione patitur, Quod tamen ipse suis technis et vaframentis didicit tegere, et gloriam pro ignominia de se inanem, vti superbissimus, spargere, adhelans ad altiora.

Quod quidem Rutheni cum suo Ducaculo isto, vel amicius exequi, ad effectumque deducere vellent, quod noscant dominum nostrum Serenissimum Regem, nemini quantumcunque bono vel malo premia iuste reddentem, adeoque pro benignitate sua mensurabilem, vt ne quicquam malo et perfido homini dicere aut facere audeat, vnde summa licencia et audatia in eum nascitur.

Propter quod ipse hostis satagit me semper, ad Conuictu suorw malignantiu educere, vt sic me facilius opprimere et extinguere possit, vt me sic extincto illico Sacre Mti, et filio sue Celsitudinis (quod haud difficulter efficere posset) Dominiu Lithvanorw, pro voto suo Ruthenorw ad quod coniurarunt, occuparent, Qua in re non fabulas, nec falso cogitata dico, sed veritatem, pro qua potius mori vellem, q̃3 illam videre deduci ad effectum, res notißima est ab experiencÿs tocies hac in Patria habitis, quamq3 non dubito aliquos fratres nostros dnos Polonos, qui bona hic Mense Magni Ducis diripuerunt corruptionibus ac vendiderunt, secus somniaße, Quibus Rex Sermus Dns noster, ex virtute sua, credit, perinde ac Euangeliu esset, quicquid illi dicunt, Cum tamen nihil sit facilius, q̃3 credentem decipere, velut et de Duce Michaële, Quorw consilio corrupto per auru, cum magno thesauro à poena criminis lese Mtis, vere commißi, liberatus in Moschovia abiens infinita patrauit mala, sicq, Dux Moschorw et Smolenske Arcem, et terra prope Cetu miliariu, à Magno Ducatu Lithuanie iteru abstulit et Moschovie appropriauit. Nihilominus defensores et auxiliatores sui, vsq3 modo placent, ac viuunt et regnant, eorumq3 omne consilium est veritas et fides, cum tamẽ effectus aliter demonstrat, sicq3 discrimen nullum inter bonu et malum.

Pro quo Proditore Duce Michaële, et ego tunc Ephebum Adolescentem agens, cum tunc vnicus Patricius Remp. seruaueram, omnibus tum Maioribus, quorw intererat ea defendere fugientibus et dispersis, era per Radziwil, tunc Palatinu Trocen calumniose et falso accusatus, q, cum Michaële, qui Ruthenus erat genere similiter Ducaculus. Nam ex hÿs semp oritur in Lithuania omne

malum, licet Palatinus Vilnensis, pater criminantis me, de-
fensor meus erat pro innocencia mea, et pro meritis clarissimis
quę tunc in Rempublicam effeceram, fortissime contra filium
stetit, et invectus est acriter, tutatus veritatem. Intelligebat
namque bonus Pater me iniuste accusari, vt pote per avariciam
filij, qui tum iam rapuerat bona Gonyadz, post fugam Hlinski.
et volens occupare eciam mea hæreditaria Thykozin, dictis
bonis Gonyadz adiacencia, cum adolescens herede carerem, sa-
tagebat varijs cavillationibus mihi vitam eripere, vt sic me
per iniquitatem suam absorpto, ac extincto, clarior. Domus
sua esset, et Nobilitate et Diuicijs, Hijs enim pauperem antiquus
precellebam diuino munere. Hec causa erat mee conspira-
tionis ficte cum Michaële Hlinski, qui nunquam erat in rerum
natura per me tanta, imo contrarium ab effectu verum, Quia
cum primum occiso olim dno Zabrzezinski, et transgresso
vadio quadraginta millium florenorum, ipse Hlinski conflato
ex Ruthenis non paruo Exercitu, grassari per Lithuaniam
coepisset Reliquos duos Consiliarios petens ad interitum,
et subiugare cupiens, totum Magnum Ducatum sue Ditioni,
Et iam habita intelligencia cum Moscho, atque Thartaro, me
tunc cum vxore apud olim dnm Radziwil Joannem, Mar-
schalcum, in Slonym, agente, Et confestim intelligens ego
per Michaëlem talia exerceri, atque cum Ruthenis agere Co-
micia in Nouogrodek, vbi consilia fiebant de inuadenda
Vilna, quoniam illic in Testudinibus Monasterii Bernardinorum
essent tocius terre Thesauri, hoc ego intellecto, ex transfuga,
qui tum aduolauerat ad me, et Marschalcum, vxore relicta
in Slonim, conscenso velociter equo, cucurri Vilnam, et con-
volarunt ad me per duos dies de meis, vltra duo millia ar-
matorum, et indies augebatur numerus exercitus meus, et
ab omnibus qui alicuius ponderis erant, et me sicuti Vilnam

venerant, accepi Juraměta in vim fidelis defensionis contra Proditorem Hlinski, et pro Sermo Rege dno meo Sigismudo, cui non pridem in iniciis foelicis sue sublimationis praestite: ramus Juraměta, sic eo audito Hlinski, consiliu mutauit. et trepidans Vilna non est aggressus, Miserat quidem ille tum lras et Nunciu ad me Vilna, optans, quatimus votis suis non contrauenirem, quas lras ego tandem domino nostro Regi exhibui, et Nuncium ipsius audientibus dominis qui mecu aderant, pro modo rei expediui, Quia non licet nobis Patricijs, patria, pro qua moriendum est, deserere, Dno haereditario fidem violare, sed pocius contra Prodito: res eius arma sumere, et fortiter resistere, Quare certum habeas, si veneris huc, tecu pugnabimus, et certamen com: mittemus. imo te bello prosequemur, Quo audito diuertit ille versus Smolensko et Moschonia, decem tunc millibus Ru: thenoru, ex Moschis ecia conflatis, hec facta sunt Sacra Mte Regia Craconie tunc agente, Hec ne erat cōmunicatio mea cu Hlynski, Cui caeteris dnis timore perculsis, pre: sertim meo tunc accusatore; qui de Sede Palatinatus sui Trocen, terrente eum vmbra homo pusillanimis, et lepori: ni cordis eciam fugerat tunc in Samogitia, inuentus sub feno equoru per Dominu olim Epum, et moderniu Ca: pitaneum Samogitie.

Sic ego adolescens solus defendi patria ab hoste, et vtraqz precipua huius Patrie loca, Vilna et Troki, in absencia non tantu dni mei Regis Sermi, sed ecia omniu tuc sue Mtis vicesgerentiu, tutatus magnanimiter conseruaui, Quod si tuc adhesissem Duci Hlinski, ceu vehementer ipse ambie: bat, prorsus potiretur voto suo, tota Lithuania, sic pre: sertim stantibus rebus tumultuarie, et trepidantibus.

fugientibusq3 omnibus à Sedibus suis, dn̄o etiā Rege absente

Hec itaq3 virtus et firma constantia, ac defensio mea, pepit mihi odiū, et criminationem Radziuil, quia nō dubitaret me sic sibi oppositurū, quemadmodum res demonstrauit me opposuisse fortiter Proditori Hlinski, Id et modernus Ducatus Ruthenus in me timet, timebitq3 perpetuo, Ceu et olim Radziuil vafer timebat semp̄ plurimū, Et quia innocēter eram delatus, sum iustificatus, per dominū meū iustū et prudentem Sérmū Regem, Per quod olim Radziuil agnitus est in suis calumnijs, mea virtute emitente, que sine aduersario marcescit, Quoniā Catho Romanus ille Senator iustus, et verus zelator Patrie, quadragesies ex inuidia apud Senatū accusatus, et totidem vicibus iustificatus.

Viderat eīn dn̄s Rex meus Sérmus ad oculū meā fidem. quia cū primū ex Cracouia, cū armorū gentibq in Lithwaniā foeliciter aduenisset ad profligandū Proditorē Hlinski. et Exercitū Moschorū, qui tū copiosissimus in Lithuaniā in auxiliū Hlinski interuenerat, quia prope ad Centum millia equitum, ego tū accurri sue M̄ti, cū aciebq meis, et conducens suā Sérem exercituatr vsq3 ad smolensko hostibus retrocedentibus, pulsis, et in Moschoniā fugiētibq. vbi sua M̄tas Castra metata est, atq3 cum toto exercitu suo consedit in die sancte Margarethe.

Vbi aliquantisper cunctata sua M̄tas, consilio tandē accepto, me preficiens in Capitaneū Copijs exercitus sui, direxit in hostilem terrā Moschoniā, aduersus Copias Moschi et Hlinski. qui cū fugā petentes euasissent, detrectantes certamen, ego vltra quinquaginta milliaria fugientes, longe lateq3 ferro

et igne terram hostilem sum depopulatus. Vbi eciam Castrum meum, quondam hereditarium, vocatum Drohobuß, quod iam deuenerat in manus hostis, igne consumpsi, sicque exercitum omnistissimum preda hominum, equorum, et pecorum, comitatusque consilio, Deo bene iuuante incolumem et saluum reduxi, ad Dominum meum, bonis seruicijs prestitis, sic, quod tandem hostis coactus est, perpetuas inire pacis Inducias, Quibus demum violatis intercepit Smolensko, consilio Hlinski, Hec ne erat coniuratio mea, qui tociens hostem, et Proditorem Patrie, sum bello persecutus.

At dum sic fideliter in absentia Domini mei, et in presencia, Seruiui, redeuntibus nobis Vilnam, hostis meus Radziwyl, non contentus bonis Gonyadz, que iacens eripuit Regie Mti, in auariciam elatus, adiecit animum et ad bona mea Tikoczin que sunt contigua Gonyadz, vt per mortem, quam mihi parabat, ea occupet, consilium suorum inique conflat, me criminis lese Mtis accusat, quod essem in coniuratione cum Hlinski, Res preter omnem rei veritatem maliciose fabrefacta, presertim cum facta mea, et quidem preclara in defectionem Ducaculi Hlinski secus demonstrabant. Et eciam a ceco, contrarium verum palpari potuit, sic me Deus omnipotens innocentem, et clementissimus Princeps Dominus meus, cui erat in huiusmodi factione agnita fides et probitas mea, liberauit, et iustificatum reddidit, calumniatore in sua calumniatione remanente, et in falsitate ab omnibus agnito.

Et cum tantus calumniator, et impostor ille ab ictu suo, grauiter cecidit, nec pre veritate ipsum suffocante consistere potuit, idem modernus hostis Ducaculus et pernicies

frequentissima nostrae Reipublicae, adhuc no veretur, nec pu-
descit, mihi, licet à tergo et retrorsu obijcere vbiq3 falso de
me structu crimen, quod nunq3 à me cogitatu vel pictu erat.
Imo repertus eram tunc vnicus, vti supra scripsi, verus Pa-
triae, et haereditatis Domini mei, simulq3 meae Conservator,
et acer vindex de hoste. Nec satis habuit laevissimus homo,
me cora dno mo per Nunctios et Legationes, anno preterito,
Cracoviae, cora sacris Mtibus vris, in confusionem ipsius
sempiterna, mille criminibus infamare, visu etiam erat
suo Ruthenico ingenio, ad omnem nequiciae inventione calli-
dissimo, deserendo officiu Campestre Capitaneatus sui, eo
tempore, quo Pagani Lithuania devastabant, quando ar-
moru gentes colligere, et adversus hostes struere debuit.
In Polonia no vocatus sua perniciosa Reipublicae temeritate,
tam ad conspectu Sacrae Mtis vrae, Cracovia, q3 ad Serenmu
Regem Dominu nostru, Sandomiria, et Leopolim, sub spe-
cie ovina et humilitatis, accessit, vbi, me absente, canino
dente corrodere, falsoq3 similiter calumniando, ausus est
publice, et coram plerisq3 fidedignis, Ea forsan cautela,
quia scit se cassuru in presencia mei, nec sibi consilia
Ruthenica proficient, cu dante Deo meu Judiciu ingre-
dietur, cora iustissimo dno mo Rege, veritate suffragate.
Cum nihil aliud factitet, nihil quaerat, cu Ruthenis aliqbq
vagando, loquendo, et discurrendo, clamando, ac vociferado,
ac per varia loca, et ad magnos homines Nuncios et literas
mittens, et recia mihi tendens, quibus me involuat Sicophan-
ciis suis, nisi vt votis suis pociatur, occupando hoc Domini-
vm, Ego aut fixus in Lithuania maneo, rem dni mei
et officiu meum custodiens fideli et exequens, ita q nec
minimu Jota possit mihi obijcere, in quo valeat me cofutare

incipiendo à maioribus, quibus mortuis non parcit, quos coram Sacra M^te v̄ra recensere hic libet, vt veritatem hystorię à me carū rerū habeat, et nō falsitatem calumnię ab hoste meo, vt scilicet colligat mihi innatā à maiorib9 meis omnem fidem et probitatem, hosti vero periciam in calumnijs, recensere, paucis eos oportet, et libet.

Pater meus Gastoldus Martinus. Palatinus Trocen̄, similq3 Kijonien̄, dum adhuc tota terra illa floreret, alteraq3 pars Grecię appellaretur citra vel vltra quadraginta annos. tantę constantię, fidei, et auctoritatis, apud olim diuum Regem Casimirū erat, q̄ Rex sibi in omnibus c̄osilijs et expeditionibus ob eas virtutes deferebat.

Auus meus Joannes Palatinus Vilnen̄, is pręter omnem voluntatem, ipsū Casimirū Regem minorennē, cū plures concurrißent cohęredes, in Soliū Magni Ducatus posuit, et in Vlnis suis conseruauit, obscura tum familia et incognita hostis mei existente.

Proauus meus Petrus, eciā Palatinus Vilnen̄, quātum meruit de Ser^mo. et bellicosißimo Rege Ladislao Jagello, et Magno Duce Alexandro Vithowdo, id clare Historię de magno Pruthenorū conflictu demonstrant, In quo erat Dux belli vir strenuißimus, nec puto opus eße superiores meos amplius hac vice rec̄esere.

Ego de me paucißima quę ommiserā, vera adhuc recitabo, vt aliorū non videar pręclaris gestis et virtutib9 gloriari,

Vno anno, anteq3 Sacra M^tas v̄ra, in oras n̄ras foeliciter,

vti e coelis numine delapsa admigrasset, Palatinus tunc eram Polocen, et subito obsidione Moschorum septuaginta millibus, Arcem et Ciuitatem Pologzko insignem, cingentibus, me Vilnae agente, per medias tum acies Moschorum penetraui inte(r)p(i)dus ac illesus ad Arcem. In qua maxime tumultuantes inueni homines, et pacaui omnia, simulqz nocte ex insidijs quinqz Millia hostium fudi et deleui, Arcemqz non multo post ab obsidione ac expugnatione, cum clade eorum frequenti, animose liberaui.

Mißus ad Imperatorem Thartarorum Precopen, vicinum nostrum, vbi nemo proficisci audebat, quod etiam per hostem meum Radziuil erat comparatum et structum, vt ibi perpetuis sedibus remanerem, dispositis ad amußim recte negocijs, mihi per dominum meum Serenissimum Regem commißis, incolumis redij.

Praetereo caetera Juuentutis meae merita, haec placuit ad noticiam Sacrae Maiestatis vestrae deducere, quia non ambigo meam famam, veluti omnibus in locis, ita praesertim coram Sacra Maiestate vestra Regia. (Cuius celsitudini ego, quoad vixero, seruire fideliter volo.) denigratam esse falso per aduersarium meum. Licet credam firmiter, vestram Sacram Maiestatem non adhibere fidem, tot et tantis eius fictis contra me. Volens tamen, vt aliqua scintila praua de me non remaneret in mente et cogitatione Sacrae Maiestatis vestrae, eam nunc coactus sum, praesentibus de me ipso vere recensere.

At nunc perstrepit inimicus meus. Sacra Maiestas vestra indixit, Conuentum in Nouogrodek, ad quem non venit Palatinus Vilnensis, ego vero veni, vti obediens, et criminatur me arguitqz inobedienciae, Absit a me, absit cor superbum, temerarium, negligens,

et inobediens erga Dominum meum, Et in hocergo, vti in alijs falso me calumniatur q̄m quicquid agunt homines, intentio indicat omnes, O Ser.ma Regina, et D.na mea d.na clementissima, ad cuius M.tem, et prudentissimum Judicium, vti ad Responsum Apollinis confugio, et meum cor detego, Cuius Ser.ti meam innocentiam et fidem cuperem esse pspicue, et absq3 omni macula testatam. Cum presertim M.ti vr̄e, perpetuo me seruire deuoui facto, nō lingua, nec deceptorio gestu Sicophantico modo Ruthenorum, non tantum in hys momentaneis, sed eciam perpetuis in rebus.

Anno preterito instituerat Sacra M.tas in Nouogrodek conventum, anteueni ego omnes ad illum locum, quasi ad scopum.

Instituerat eciam prius sua Ser.tas, alium Conuentum ante duos annos Vilnę, veni ego illuc de edibus hereditarijs ad Sedē Palatinatus mei Venerūt et alii obsequētes, ipse aūt Ducaculus venire noluit, quem vltra duodecim dies post tempus indictum expectauimus, Ille enim tunc contempto Regis sui iussu et imperio, ex intentione et temeritate sua innata et Ruthenica, collectis sibi adherentibus in Throki, ambiebat superbissimus, vt ad eum veniremus. At cum noluimus venire illuc, mouit castra sua campestralē in medio itinere inter Throki et Vilnam, quod quatuor emetitur miliaribus, cōsedit, Ibiq3 Conuentum agere volebat, et vt nos ad eum veniremus, homo pauci cerebri, tribus diebus de loco Conuentus decertabat, Asserens ibi olim consuevisse inter Duces, Vilnen et Throcen, dum erant fratres, ad quos per medium tota Lithuania diuiditur, Conuentum teneri, Componebatur res per medium Nuncii Sacre M.tis Regie, dn̄i moderni Electi Kiiouien, et vix composita

est triduo, ita vt magis mirus, q̃z ratione homo proteruus,
et superbo corde, pertractus fuit ad locu, per Sacram Mtem
Regiam, designatum. In quo expectantes eu, consumpsimus
tres ferme septimanas, venit, et mecu, quasi vulpis sub
dolo corde, de omnibus compositione fecit, non eo sed me
inchoante, causa, et contemplatione Domini mei etc

Hac compositione facta, et Conuentu, vti par erat, absoluto,
misit suu Valach et Ducaculu Swina, ad Sacras Mtes
vestras, me diuersis fabulis infamãdo, ac me, ne eius con-
tumacẽ temeritatemq̃z deferrem, eo q nolnerit venire
ad locu indictu, et sibi aliu delegerit, preueniendo, silui
ego ea in re, et vsq̃z modo pacienter sileo.

At nũc venit ipse in Nouogrodek post tempus designatum,
et duntaxat ibi per vnam noctem perseuerauit, discessit
nullis colloquiis desuper nobiscu habitis, et nihilominus
aëra commouet, accusat, criminatur, et defert falso, ac
calumniose Regiẽ Mti, et multi, quos sua specie simulatio-
nis decipit, credunt ei.

At ego, vt alios ommittã, et non curem, soli Sacrẽ Mti vẽe
rem patefaciã, et vt est, vere gestã, aperiam, vt intelligat,
q res non sit facta ex intentione, q nõ venerim in No-
vogrodek. Incumbente necessitate ardua Reipublicẽ cũ
nondũ puenissent ad nos lrẽ Sacrẽ Mtis Regiẽ, Ego qui an-
te hac longe et prope iterũ itm superioribus diebus vigilan-
tissime scripseram suẽ Sẽti, consulens, vt pro imminentibus
Reipublicẽ necessitatibus Conuentũ nobis Vilnẽ indiceret.
dumq̃z negligi tempus animaduertebam, adhibui diligẽnã
transmissione Nuntiorũ et lrarũ, atq̃z precatibus meis
ad omnes, vt Vilnã conuenirent, pro consultãdis Reipcẽ

in absencia Sacre Mtis Regie negocijs, Conuenerunt ij dni Vilnam, vezt Rmi dni quor Episcopi Vilnen, Luceorien, Samogitie et Kiowien. Item Castellanus Vilnen et Capitaneus Samogitie, Palatinus Vilnen. Palatinus Nouogrodensis, et Magnus Marschalcus. Palatinus Polocen, et Capitaneus Drohicen, Alexander Chozkiewicz Marschalcus. Joannes Hlebowicz Marschalcus, et omnium terrarum dignitarij et offles Marschalci, Capitanei, vexilliferi, Succamerarii, et Tenutarii, totaqz ferme Nobilitas tam Lithuanie, qz Samogitie, et coepimus celebrare, agereqz Vilne Comitia: prius, qz lre sacre Mtis Regie venissent, et reddite fuerit nobis. Cuius rei gracia, pro reliquis tribus absentibus, vezt Ducaculo superbo, Capitaneo Grodnen et Hlynicz, miseraq hortantes, vt onus susceptum pro salute Reipublice, in absencia sue Sertis curent, atqz Vilnam ad consulendum nobiscum negocijs Reipublice impendentibus veniant, spreverunt illi venire ad nos, Superuenere tandem lre Mtis Regie indicentes locum in Nouogrodek pro Conuentu, quem iam coeperamus vltro Vilne tenere, Cuius rei gracia consilia capiebamus, si comode de Nouogrodek transmigrare possemus, multa rationi consentanea, cui quiuis prudens cedere debet, in medium nostri afferebantur, mittebaq ad Nouogrodek ad tres dissidentes à tota multitudine et omni nobilitate, non inuenimus illic, singuli vnanimiter precabantur celerius ceptum absolui Vilne Conuentum, cum ideo, ne aliqua negligencia in Republica comittatur, tum quia hunc commeatum conuexisset, poduodasqz remisissent, nec iam haberent quo illuc necessaria conueherent, tum quia in Nouogrodek, vti tempore caristie penuria esset omnium, Vilne aut abundancia, partim qz illi tres non essent ibi, quibus vti paucioribus, possibilius erat venire ad omnes ad totam terram, qz omnibus et toti

terre ad eos si fuißent illic, prout non erant, solu apparuerat ad calumias struendas, et ad nihil boni aut vtilis edificandu duntaxat ad faciendas in Republica contentiones et dissensiones, in quibus sunt perbelle docti. Propterea cu ego nequiui omniu Dominoru Consiliarioru, et tocius Comitatis, que erat frequentissima, vincere, et consensu eoru, quibus inualescentibus ecia et omnis Princeps et Dominus solet consentire, hac neceßitate coactus consensi vnus in omnes, et peregimus hic Conuentu, vt credo, si executioni haud negligenter dabitur no inutilem, Sermo dno Regi nro, et Reipublice ac Patrimonio sue Sertis.

Non ergo hostis meus, ac pocius Reipublice, paru, aut nihil consilii habens, sola aut temeritate vtens, et Rempublica perdere sciens, vna cu tremulo cecutiente et importunissimo Joanne Radziuil, vestigia patris imitante, me accusent inobediencie ac temeritatis erga Dominu meu, Pro quo ego paratus sum mori si necesse fuerit.

Ponamus ad libram, consilia, actiones, et benemerita nra, et videamus, quis vnqz, omni tempore vite sue, magis melius et fidelius seruiuit, seruitqz Domino suo, Diiudicet Serma Mtas vra sua prudentissima discretione, que omnium actionum debet esse Mater et Gubernatrix, quis magis in hoc percauerit, qui no ad Conuetu, sed ad bellu venerat, Quod si congreßi fuissemus in loco deserto, vti in Nouogrodek ipse decreuerat irruere in me, et priuare me ex insidijs vita, fecereqz vti olim Hlinski fecit Zabrzezinski, quod paratus su cotra eu probare. licet ego omnino no trepidassem ab eo, et forsan Deo adiutore, et iusticia, preueniendo ipsu hostem mactaßem. Sed quid exinde futuru speraretur, presertim in absentia

dni nri, vra Sacra Mtas diiudicet, Ego tamen furori cessi, et cedo, prout quilibet prudens cedere debet; Quamqz et hic Vilne in munitißimo loco nō fuimus tuti à Siccarijs partis aduerse Nam Virschilo structor Regius, adolescens perditissimus, vnu Notabilem dnm Niemyerowicz, per partem aduersa huc mißus, et venire subornatus ad nos, pixide ex insidijs occidit, nobis insuper Consiliarijs aliquibus minatus est, Et propterea instan; tissime eadem pars aduersa laborat, pro eo, vt libere ex fide; iussoria cautione mittatur, Nec magno eget testimonio, sic pro; pria voluntas dominatur et malicia, quia Patronos habet.

Quod si Sertas vra, vtriusqz cor nostru intueretur et cognosceret, vti Deus, qui est scrutator cordiu, Nempe cerneret illud in ad; versario meo Ruteno duplex peruersu, simulatu et non rectu. ac natura et mores Ruthenicos olens, nunqz fidu dno suo, qui aliud promptum in ore, aliud in corde clausu, semper gesta; re solet, Meu aut videret Mtas vra, sinceru, simplex, et rectu, et fidele, et certe tale ab intra, quale ab extra, Nec vlla de me suspitio est habenda, q aliquid vnqz ex inobediencia, aut contempto, quod absit, domini mei facere debea, aut intenda, Pro cuius foelici dominatione, et filii sui Illmi. vtriusqz utum vraru, nri Magni Ducis, cui foelicibus au; spiciis sicut initio bono, ita vsqz ad finem toto corde fauebo et seruia fideliter, ecia si oportuerit me sanguinem fudere. atqz mortem oppetere, contra aduersitatem, temeritatem, et perfidia Ruthenoru, Hac eni vna precipua causa hostis ipse mihi infestu se prebuit, et non tantum per se, sed ecia ali: quos dnos Polonoru, et inuidiam eoru contra me concita: vit, asserens me id effecisse temere absqz consilio eorum, Que me tempestas profecto non deterrebit sugillatione sua

vnq3, modo aßit mihi gratia Sacre Mtis vre, constans, et aequa lance fidem et merita mea refundens, et grato tutas animo, In quo ego minime dubito, nec obsecro, curno meo, imo et Illmi filii intrinseco aduersario, vnq3 fidem adhibeat, eciā si curuus incedat ante conspectū Sacre Mtis vre. Satis me decepit, quem loco patris habebam et venerabar ac plus, q3 aliquis mortalium sibi omnibus in rebus fauebam et Patrocinabar. Qualiter aut mihi id retribuat modo, nulla culpa mea precedente, solum superbia et astutia Ruthenica sibi dominante ex sede, quam suffragio meo, gracia dni nostri adeptus est.

Nunc iuuat reminisci verbi dni Episcopi Camenecen, amici mei singularis, quod vere aureū dicebat, tunc, quando per intercessionem meā laborabat Ruthenus pro Palatinatu Trocen effusum reuera in silice desculpendum celti.

Non licet vobis, inquit, per fractionē sanctionū patrū vrorū atq3 Iuramētorū, Ruthenū, eciā quantumcūq3 meritū in Palatinū eligere, presertim cū Constantinū, cuius tota phizonomia est mihi suspecta, quia et si videatur sue apparenciae inesse vestis ouina, procul tamen dubio intus latet in eo grossicies lupina, multoq3 maiorem secū difficultatem omnibus in actionibus habituri estis, si eum in ea Sede collocaveritis, q3 cūm tota terra, et tibi modo, ad me dicens, denouet Curtom tibi, sed Sacre Mti Regie superbiorem omniū Sathana, habent modū suū Rutheni, quo decipiant homines. Quoniā venient tempora quo iste non saciabitur sanguine tuo, et tibi atq3 Reipublice ex hoc Capitalis hostis erit.

Hec verba fuerunt dni Episcopi, vera sencientis, si nob mens

non leua fuisset, quoniam tunc ego vniuersos alios fratres
meos Lithuanos dereliqui, et Priuilegia antiqua Patriæ, haud
imprudenter desuper confecta ommisi, Et ecce nunc in me
experior iniquitatem hominis machinantẽ mihi mortem,
et qui me vlla absq3 causa persequitur, infama denigrat.
atq3 omni honore dignitate; et bonis, miris et iniquis arti:
bus contendit spoliare, me pacienciam habente, et nullam
vnq3 causã dissensionis prebente, licet crudelis sit, qui ne:
gligat famã suã, et vim vi non defendat, Habet conspi:
rationem cũ Duce Sluzki, cui, vti supra scrpsi, [prius] plus q3
creatus eßet Palatinus Trocẽn, videbatur esse capitalis inimi:
cus, quod tamẽ sub dolo erga Sermum Regem et me seruito:
rem obsequentißimũ, atq3 contra totũ Magnũ Ducatũ Lith:
uaniæ egit, Quoniam cum primũ adeptus est Palatinatũ Trocẽn,
illico secũ Ruthenus, cũ Rutheno, Ducaculus cũ Ducaculo,
ligam iniit, germanã suã in vxorem despondit. mihi am:
bo Capitales in veritate facti hostes.

Efficiet tamen Deus Judex iustus aliquando, vt conspiratio
eorũ detegatur, et merito ac iusto Juditio vita priuentur, ve:
luti duo prãni eiusdem Sluzki Rutheni Duces, eadem de
causa, per diuum Cazimirũ Regem, moderni Sermi Regis
mei Genitorẽ, iudiciatẽ sunt detrucati, quia conspirauerant
in necem Regis ac Magni Ducis, predicti dñi Cazimiri, ex
conducto volentes soli occupare Magnũ Ducatũ; Non sunt
ista noua, quæ scribo, nec fingere oportet, veritas est lucida,
et natura auorũ, descendit in filios filiorũ, Ex meis aut
Predecessoribus, nemo vnq3 condemnatus est, nemo punitus,
aut detrucatus, quia omnes fide, factiuitate, cõstancia, et cõsi:
liorũ prestantia, erga dños suos semp clari fuere repti, et habiti.

Duces Czartorinsczi, fratres ecia ipsius Sluzki, et affines predictoru Conspiratoru Rutheni, magnu Ducem Sigismundu Patruu olim Regis Casimiri in Throki, ex coniuratione simili interferere. Contra quos Conspiratos tota terra tumultuante, vix ipsu Casimiru Minorennem auus meus incolumem conseruauit, et contra eoru voluntatem potenter sublimauit, Cum omnem genelogia nroru Dominorum, tunc ipsi Ruthenorum Duces voluerut delere, et soli ambiebant Dominationem occupare, Quod iteru nuc Rutheni, isto Ducaculo suo, per Palatinu Trocensem exaltato factitare tentant et audent. Propter quod me eis obsistentem, prius de medio viuecin tollere vellent, sed fallentur Dei adiutorio opinionibus suis peruersis. Quibus veris exemplis Sacra Mtes vre commonefacte, plurimu fidem et opera meam iuuare atqz tueri iuste deberent, sue rei, et conseruande inclitißime ac hæreditarie huius Dominii Domus causa.

Hæc ideo supra scripta, placuit Sacre Mti vre ad noticia deducere, vt ex hys veris, et non fictis Ruthenoru historys, quaru antehac sic in longingua regione foeliciter nata, erat ignara, sciret se, et sua prolem charißima conseruare, et mihi fideli omnibus in rebus ecia contra calliditatem et conspirationez hostiu patrocinari, ac me, et filiu meu vnicu, quem trado et dedo vna mecu in perpetuu seruitorem Illmo dno Magno Duci Sigismundo Augusto dno nro, Cuius gracie humillime me commendo. Datu in murata Geranoni, feria sexta ante Penthecosten, Anno Dni M°. D. XXV°.

Sigismundus primus Rex Polonie Maioribus Consiliariis regni.

MAgnifice sincere nobis dilecte. Quamvis in Conventu preterito Piotrcoviensi, nequeuntes cum Consiliariis nostris, ita ut cupiebamus, aliquam aliam defensionem statuere, preter generalem bellicam motionem, omnibus in universum gravem et damnosam; coacti fuerimus, id quod in manu nobis fuit, ipsam motionem bellicam decernere, Quamvis etiam in dies clarius edocemur, de magno Thurcarum et Thartarorum exercitu, iam ad Regnum nostrum tendente: tamen ad enixissimam petitionem Nunciorum terre Posnaniensis et Calisiensis, qui apud nos existentes, summam angustiam et difficultatem expeditionis sue, terrarum predictarum nomine, declaraverunt. Promittentes nobis, quod Nobilitas earundem, et aliarum terrarum Maioris Polonie, de alio modo defensionis, quam expeditione generali, pro rei et temporis necessitate, omnino consulet et constituet, Conventum imprimis particularem in   dehinc generalem in   statuimus. Itaque mandamus tue S. ut ad ipsum Conventum particularem proficiscatur, Illicque cum Nobilitate, de aliquo modo succurrendi, in tanta necessitate Reipublice, preter eandem motionem bellicam, tractet, et constituat, ac Nuncios ad Conventum, ad Concludendum super ea re, cum plena facultate eligat, Demum ad eundem etiam Conventum ipsa tua S. omnino veniat. Ad quem et nos Nuncium nostrum mittemus, per quem, diem universe Nobilitati istarum terrarum

statuendi se campestraliter, in loco prius designato, declarabimus; in casu, quo aliquid aliud in eo ipso Conuetu, in tali subita Reipublice necessitate, pro eius defensione, non fuerit constitutu. Pro officio suo et gracia nra factura. Nam nos no expectato Responso ex dictis Conuentibus, hinc propediem ad Russia descedemus. ne quid in nobis, quod necessitas exigit, defuisse videretur. Datu Crac feria quarta proxima post Dnica Penthecostes M°. D°. XXiiij°. Regni nri. XViij°.

Sigismundus primus Rex Poloniae Minoribus Consiliariis regni sui

Generose fidelis dilecte. Quamvis in Conventu preterito Piothrconiensi nequeuntes cum Consiliarijs meis, ita vt cu: piebamus, aliquã aliã defensione statuere, preter gnalez bellicã motionẽ, omnibus in vniversum grauem et dannosã, coacti fuerig id, quod in manu nobis fuit, ipsã motionem bellicã decernere, Quamuis eã in dies clarius edocemur de magno Thurcarum et Thartarorum Exercitu, iã ad Regnum nrm tendente, tamen ad enixissimã petitioẽz Nuntiorum terre Posnaniensis et Calissien, qui apud nos existentes, summã angustiã et difficultatem expeditio: nis sue, terrarum predictarum nomine declarauerũt, Pro: mittentes nobis q Nobilitas, earundem et aliarum terra: rum Maioris Polonie, de alio modo defensionis, q3 expe: ditione generali, pro rei et temporis necessitate omnino consulet, et cõstituet, Conuetũ in primis particularem in , debine generalem in statuimus. Itaq3 mandamus tue S. vt ad Conuetum parti: cularem proficiscatur, Illicq3 vna cum alijs nobilibus de ali: quo modo succurrendi, in tanta necessitate, Reipublice, preter eandem motionem bellicã, tractet, et consulat. ac Nuntios ad Conuentum ad concludendum super ea re, cum plena facultate eligat, Ad quem et nos Nuntium nostrum mittemus, per quem, diem vniuerse Nobilitati istarum terrarum statuendi se campestraliter

in loco prius designato declarabimus, in casu, quo aliquid aliud in eo ipso Conuentu, in tam subita Reipublice necessitate, pro eius defensione non fuerit constitutum. Pro fide sua, et gracia nostra facturus. Datum Cracouie feria quinta proxima post Dominicam Penthecostes. Anno Domini M°. D°. XXiiij°. Regni nostri XViij°.

Addicio ad instructionem datam ad conuentum Colensem : Cracouie XXX. May 1524

Proponantur tria millia Equitu per tria quartalia anni seruāda in terris Russie, Nam minori numero, nō putat Mtas Regia reprimi posse tantā vim hostium, quanta fertur esse accincta et parata, ad inuadendum Regna et Dominia Mtis Regie.

Ea aūt tria millia Equitu, vix conduci et seruari poterūt si contribuerentur bellicalia ats voienne, exactiones Ciuiles ats Shoßi et Czopone.

Et quia Mtas sua parata peccunia non habet, nec sit vnde ad tam subita necessitatem ea in mutuu recipe possit, neceßariu eße videtur, vt Contributiones predicte persoluantur in tempore, ac in manus Exactoru reponātur. ad feria secūda proxima post diem et festu sancte Margarethe, alioquin ne Respublica sit absq3 presidijs debitis, Mtas sua Regia statuit, iam exnunc diem conueniendi campestraliter, omnibus terris ac subditis Regni sui, circa Kuschew Staw, feria secunda proxima ante festu sancte Margarethe. etc.

Exactores aūt Contributionu si instituetur, sint Capitanei Castroru Regioru, in quibus aguntur Judicia, et quoru Capitanei, mittere solent ad pignorandu. Et si visu fuerit adiungere vnu de Comitate Nobiliu, ad obeundu officiu Exactoriu, ad quemlibet Capitaneu, sit in arbitrio

dnorum Consiliariorum et Nuntiorum, qui erunt in Conuentione Colensi congregati. etc.

Quod si forte decretis bellicalibus et alys Contributionibus predictis petitum fuerit, vt eadem bellicalia dividerentur, ad duas rathas temporum, tollerari possit et admitti, vt medietas eorundem bellicalium, et exactionum Ciuilium, soluere; tur feria secunda post festum sancte Margarethe, Reliqua vero medietas pro die et festo Sancti Michaëlis proximo.

Si nollent ad soluenda bellicalia consentire, admittatur, vt soluantur fertones iuxta antiquas Quittancias, Hoc tamen prouiso, q, Contributio Czopone exigi incipiatur ab eodem tempore, quo fertones exigi incipient.

Nulle aut Conditiones penitus admittantur, quas circa decernendas Contributiones predictas adycere vellet, etc

Litere Restium.

Vniuersis et singulis, Palatinis, Castellanis, et cæteris Dignitarijs et officialibꝫ terrestribus, totiusq3 Nobilitatis ordinibus, de Iure et consuetudine ad bellū obligatis, sincere nobis, et fidelibus nr̃is dilectis. Gratiā nr̃am Regiā, Magnifici, Generosi et Nobiles, sincere nobis, et fideles nr̃i dilecti, Superioribus diebꝫ quasi quodā incerto rumore ad nos delatum erat, Thurcas et Thartaros coniunctis viribus, in terras Regni nr̃i excurrere voluiße, et ob eam causā remissius egimus, ne vos ad arma concitemus ad resistendū hosti, cuius aduentus non satis certꝫ esse ferebatur. Nunc aũt ex eius hominis relatione didicimꝰ, qui quociens à nobis mittitur ad perquirendū de hostilium rerū ordine, nunq3 ad nos redit cum rebus incertis, sed ea semper afferre solet, que neq3q3 à veritate sũt aliena, id esse verißimū, quod antea pro incerto habebamus. Is aũt ad nos nũc detulit Thurcas et Thartaros, eo Duce, qui anno superiore terras Russie depopulatus est, iam iā aduentare transmißoq3 Danubio concitato cursu ad easdem terras Russie progredi, vt sicut anno superiore, nemine resistente, maximā calamitatem hijsdem terris Rußie attulit, ita nunc (quod Deus nomẽ auertat, nisi mature occursum fuerit, voto suo potiatur, ipsasq3 terras deprędetur, et ad extremū discrimen adducat. Nos itaq3 premißo Milite mercenario, qui nũc conscribi potuit, deficiente tanto sumptu, quantus in re tam grandi, tamq3 subita necessarius esset, nihil aliud æque

salutare et præsentaneum inuenire potuimus, quam vt vos ad arma sumenda adhortemur. Et propterea vobis mandamus, vt iam omni dubitatione remota, quæ vobis proficiscendi ad bellum certitudinem auferre posse videretur, mox proficiscamini et conueniatis ad diem etc. in loco, etc. quem hijs literis vobis designamus, illinc demum, Deo bene iuuante, cum Capitaneo Exercituum generali, obuiam hosti imminenti, sicut tempus et necessitas ostendet, progressuri. Qui autem in tanta Reipublicæ necessitate, et imminenti periculo, id facere, quod se decet, et ad quod de Iure communi et consuetudine obligatus est, neglexerit, sciat in se nos ita animaduersuros esse, sicut in eos animaduerti solet, qui temere Leges Regni, de bellica expeditione editas contemnunt. Datum Cracoviæ,

Bestes prime tercie contra Turcos et Tartaros ad regnum aduentan

Sigismundus etc. Vniuersis et singulis Palatinis, Castellanis, Capitaneis, Dignitariis, et officialibus, Burgrabiis, et Nobilitatum Communitatibus. Aduocatis, Sculteteis, cæterisqz subditis nostris, terras Regni nri vbilibet incolentibus, presertim vero terrarum , et districtum, de Iure vel consuetudine ad expeditionem bellicam obligatis, sincere et fidelibus dilectis. Gracia nostra Regia, Magci, Generosi, Nobiles, Famati, et Prouidi, sincere nobis et fideles dilecti. Significarũt nobis exploratores nri, Thurcos et Thartaros magna vi, ad inuadendum Regnum nostrum accinctos et paratos esse, et iam nõ procul à finibus Regni nri distare. nihil aliud qz comoditatem temporis expectare. Ne igitur Respublica, per aliquã negligenciam nram, in casum et discrimen veniret, oportunis presidiis destituta, presentes lrãs in vim terciarum et vltimarum Restium emisimus, Vobisqz oibus, et singulatim vnicuiqz vestrum, bellicam expeditionẽ debentibus, mãdamus, vt qz primum vos moueatis, eoqz ordine proficiscamini, qui ab hostili differat, Prioribus enim temporibus, eiusmodi profectiones ad bellum fuerũt cum maximo detrimẽto, et destructione miserorum colonorum, qui sunt omnium opum et virium, Regni, potißimum fundamẽtum, cumqz prouocatione indignationis diuine, que cum alias semper, tum hoc periculosissimo tpe nobis est vitanda, Et proinde, vt diuina gracia, et subditorum nrorum tranquillitas et immunitas

conseruaretur, neue prius ij pauperes homines, quorum precibus et benedictione fulti, aduersus hostilem potenciam proficisci tucius deberenus, ita exulcerarentur, vt suis questibus et lachrymis vindictam diuinam in nos prouocaret, volumus vt iuxta Constitutionem Conuentus Bidgostien in .X. omnes conueniatis, et ibi de tempore egressus sui de domibus vestris, deqz modo ac ordine proficiscendi, cum suis Castellanis capto consilio, quisqz pro feria secunda intra octaas festi Corporis Christi, proxime futuri, in loco, qui dicitur, Cosschow Staw, inter opida nra Busko, et Glinyani sito, vbi et nos ipsi aderimus, no solum sumptu et labore nrm, sed etiam personam nram Regiam, pro defendendo Regno et subditis nris exhibituri, armatus, instructus, et comitatus, pro sua facultate, sub ammißione omnium bonorum suorum, constituatur, ad Regnum et Patriam suam defendendam, Ac ad eum ipsum locum cum suo Castellano, sine subditorum meorum spualium et secularium iniuria, et incomodo, vti premißum est, proficiscatur. Quandoquidem Castellanus ipse cuiuslibet Districtus, habebit facultatem, quam eciam illi damus pntibz, eos, qui temerarie excessus facerent, et damna hominibus inferrent, ordinationes antiquas in victu comparando, no obseruates puniendi, Quod si Castellani officium suu in hoc exequi neglexerint, et in profectione damna non phibuerint, tunc tenebuntur damna passis, ipsa damna soluere, si reos nob non detulerint, et nobis nihilominus pro poena negligentie, quatuordecim marcas soluent, Palatini vero cum Castellanis ordinabut Districtus, et Castellanis eos ducedos diuident, et deputabut. Dum vero Castellanus cum Districtu suo mouere se voluerit ad bellum, vt vna omnes pergant, debet Castellanus ipse locum suo Districtui deputare, et in loco copetenti tentorium

suum extēdere, et quior, vel ad minus tribus diebus, in codē loco immorari, et tandem progredi sine hominum iniuria, victualia quevis, vt Statuto Piotrconiensi cautum est, soluēdo, Et qui No, biles ad diem illam, ad Castellanum nō conuenerint, aut cum eo pfectionē suam nō cōtinuauerint, soli vero absq3 ipso Castellano suo pficiscentes, si damnum cuipiam fecerint, duplum eiusdem damni, soluere, damnum passis tenebūtur, Ipse aūt Castellanus cum suo Districtu pficiscens statiua faciet cum Nobilibus nō in villis, nec opidis, sed prope illa, iuxta Statuta Regni, Et si rustici, seu Coloni cōmeatum, et alia necessaria ad Exercitum illius conducere noluerint, ipse Castellanus ad vicinas villas familiares suos, vel aliquos pbos nobiles mittet, qui necessaria ipsa omnibus, qui p illis se contulerint, distribuēt, et curabūt vt parata peccunia exoluātur, modo et ordine infra scripto, Vzt fenum, quantum vnus equus portare, seu trahere potest, solua: tur vno grosso, Quod duobus equis afferetur, seu adducetur, duobus grossis, Cassula siliginis vna, tribus grossis, Auenē vnus chorus, vno grosso, Cassula vero auenē, duobus grossis soluetur. Bos, media marca, Iuuenca als Jalowiza, sedecim grossis, Porcus duodecim grossis, Aries, seu Muto, tribus gl. Duē ancē, vno grosso, Sex pulli Gallinacei, vno grosso, Et ne quispiam vestrum, de premissis suam ignoranciam pretendat, vo: lumus, vt vnus ad alium sibi viciniorē, pntes vltimarum Resti: vm lrās, cum illas plegerit, q3 primum transmittat, Vltimus vero easdem Loci Capitaneo reprēsentet, sub ammissione bo: norum suorum omnium, nemo aliter facturus. Datum Crac feria quarta pxima post Dnicam Conductus Pasche. Anno Dni M°. D°. xxiiij°. Regni mei anno xviij°.

Sigismundus primus Rex Polonie Stanislao et Janussio Masouie Ducib9

Illtres dni, sincere nobis dilecti. Non ignorant vre Illtes, nos iam binas Restiun lras, ad vniuersos subditos nros, ad expeditione bellicam obligatos, premisisse, Simul ac easdem Illtes vras admonuisse, vt ad proficiscendum vna nobiscum, ad eam ipsam bellicam expeditionem se prepararet, Quia vero nunc suspectissimum tempus instat, et per Exploratores nros edocemur, Thurcos et Thartaros magna vi, ad inuadendum Regnum nostrum, accinctos et paratos esse. et iam haud procul a finibus ipsius Regni nostri distare, nihilque aliud quam tpis commoditatem expectare, tercias et vltimas Restiun lras, emisimus. et locum gnalem circa Kossow Staw, inter opida nra Buske et Glinyani situm, ad quem vniuersa Nobilitas nostra, pro feria secunda intra octauas Corporis Christi proxime futuri, conuenire debet, in ipsis lris vltimarum Restium designauimus. Hortamur itaque vras Illtes, vt pro eodem die, ad locum predictum Kossow Staw, in eo comitatu, quo debent, veniant. Vbi eciam nos aderimus, non solum sumptum et laborem nostrum, sed eciam personam nostram Regiam, pro defendendo Regno, et subditis nris, exhibituri. Sic facture vre Illtes, pro debito suo et gracia nra, Que bene valeant. Crac die Scti Vitalis. M°. D. XXIIII°.

Andreas Cricius Eps Premislien
Petro Tomiczki Epo Crac et Posn
Regni Polonie vicecancellario
Auunculo suo.

RX

Me in Chro Pater, et dne dne colendissime. Perueni Radimnam, gracia Dei, saluus et incolumis, Inueni locum et peramenum, et ita munitum beneficentia vre Rme D. vt qui me visunt, tucius hic, quam Premislie, me esse dicant. Opida, et villas, hominesque, qua transiui, frequentiores, opulentioresque vidi, quam in tot calamitatibus credibile videri possit, Exceptus sum vbique magno honore et alacritate, precipue vero apud dnm meum dnm Nicol. Pilczki Castell. Belzensem, Cuius mihi Culina et Cella vinaria etiamnum in capite remidet. Proficiscar ad Ecclesiam meam, cum primum mei Canonici conuenient, sic enim à me optant.

Rumores de hostibus increbrescunt quidem, sed à quibus minus, quam à nostratibus timeatur. Expetitur aduentus Regius, ab his presertim, qui ad excipiendam Mtem suam multum insumpserunt. Sed nemo tamen non censet, vel ita veniendum Mti sue, vt fame iam vulgate respondere, hostesque vero et non vmbratili terrore, afficere posset, vel omnino non veniendum, ne hoc illi accideret, quod olim in fabulis notabne fertur accidisse, que omnibus reliquis terribilior visa, et in Regem declarata, dehinc vna atque altera ex omnibus se se propius impune admouente, mox in contemptum, posthac in discrimen Regni deuenit. Supplico Rme D. vre, vt me absentem sua gracia complecti non desinat. et foelicissime valeat. Ex Radimno viij Iunii. M.° D.° XXiiij.°

Sigismundo primo regi Polonie,
Andreas Krzicki Eps Premislien

Sacra Regia Mtas, et dne dne clementissime, Post humillimam mei, mearumqz orationum commendationem, Veniens hesterno die Premisliam inueni totam ferme huius terre Nobilitatem, huc à Magco dno Petro kmita de Visnicze Capitaneo, et Marsalco Mtis vre Serme inuitatam, ludis et symposiis, more optimi Prefecti in hys angustijs refici, et ad comem necessitatem animari, et conciliari. Cum quibus omnibus eius Magcia ingressv meo, pro sua virtute, officiosissime honestato, recensuit, que mala pridie sibi essent, ex Leopoli, et aliunde nunciata, cum quantis copiis Thurci et Thartari, instructi eciam omnibus bellicis Instrumentis, iam no procul abessent. Adorti sunt me omnes magnis precibus, et obortis eciam lachrymis, intercederem ad Mtem vram, vt se in tanto discrimine no desereret, et malo imminenti aliquod remedium, qz primum adhiberet, persuasum habentes me tanti esse, vt efficere id apud Mtem vram valeam. morbumqz Reipublice tam leuem, vt vel à Nundinali Medico succurri illi possit; Ego vero qui recens à Mte vra veni, sciens eam esse rerum omnium difficultatem et confusionez, vt si septem illi Grecorum sapientes, nuc consulere velit Reipublice, qd consulerent non haberet, nescio qd cosulam, aut quid petam à Mte vra, Jam enim certum videtur, motionem bellicam, nullius alioqui suo more ac ordine vtilitatis immutatam. Ad scribendum vero Militem, scio nullum

esse nervum, Venire huc aut Mtem vram cu umbratili solu terrore, et in spem precariorum subsidiorum, et no cu certis ac sufficientibus, ad reprimendu hostem, copiis, nemo sanus cosulit, Id em esset sine pennis volare, et simul omnia in discrimen adducere, hostibusqz in contemptu ppetuu venire, Tantu em abest, vt secretu sit, qcqd secretu esse debeat, vt huc veniens pleraqz vulgo iactari cognouerim, que me isthic apud Mtem vram existente preteribant, Jam vt nuc sunt mores, et reru omnium abusus, videretur omns defensionis Mti vre debitu, in ea ipsa solam recidi, Quod vtiqz, si quid prodesset vre Mti, que sua est excelsa virtus, tollerabilius foret. Sed vtcumqz se res habet, vtcumqz nullus videatur consilij locus. no possu tamc no supplicare Mti vre Sreme, pro mea debita et deditißima fide, vt hijs terris, ne in preceps veniant, quoquomodo prospiciat, quas ego transiens, et inter tot clades et calamitates, tot Opidis, tantis villis, ta generosis hominu animis, tanta reru omniu copia disertas coperiens, non possu, nisi florem et clipeu Regni vniuersi censere, Js si confringetur, quid lethali obstet vulneri, non video. Clementissime Rex, intelligunt omnes summu imminere discrimen, intelligunt sua nimia libertatem, in extrema et turpissima vergere seruitutem, Mtem vraz Legibus et Statutis coarctata, cu hoc Princeps esse debeat in bene instituta Repca, quod anima in sano corpore, vt aeque membris oibq, vel hijs aut illis, put res exigit, mouere possit, cunctaqz vigore suo vegetaret, eam voluntatem habere, vel id posse Mtem vram omnes desyderat, Scientes qz longe absit ab omni Tyrannico affectu. Jd si foret, tum demum in

hys angustijs credunt se servari posse, Alioquin videntes
viventesq3 perire oportere, Supplico humiliter Mti vestre
Serme, vt hunc Nunctium omnium nostrum, clementer audire,
et ea, que presumptuosius fortasse scribo, boni consulere
dignetur, Nam non aliud q3 fides mea, meumq3 in
Mtem vestram, et commune bonum, studium et affectus, ac
huius nobilissime Milicie Mtis vre ingentes preces,
me huc impulerunt;

Dominus Deus servet Mtem vram Sermam diutissime so-
spitem, et foelicem, Cui me et orationes meas, etiam atq3
etiam humillime commendo, Datum Premislie die Nona
Junij, M°. D°. XXiiij°.

Andreas Cricius eps Premislien
Petro Tomicio epo Cracoviensi et
Posnaniensi Regni Pol. Vicecancell.o

R.me in Christo Pater, dne mi colen.me. Veni huc hesterno die, summo honore et conductus à dno Belzen, et à domino Marschalco, ac vniuersa Nobilitate exceptus. Inueni hic cer; ciores de hostibus rumores, quibus adducti omnes mittut hunc Nunctiu ad Mtem Regia, meqz impense rogarunt, vt et Mti sue, et vre R.me D. scriberem, pro eisqz, vt immi; nenti discrimini succurreretur, intercederem, Mi R.me dne, etsi scia nos in hys esse angustiis, vt nullus sit consi; lijs locus, presertim, cu vnicuiqz, quod libet, licet, tame vt petentibus morem gererem, scripsi aliquanto liberius Mti Regie, quod omniu est disyderiu, Et supplico R.me D. vre omniu nomine, opera facere dignetur apud Mtem sua, ne hanc florentissima Regni sui parte, vel scutum potius, tam turpiter periclitari, et hostibus in predam exponi patiatur, Habent hanc omnes confidentia de vra D. R.ma. Cui supplico etia, vt cu aliquando scribe; re dignabitur dno Belzensi, et dno Marschalco, declaret qz illi acceptus sit, is honor, mihi per illos exhibitus. Et comendo me humilr R.me D. vre, vti dno et bene; factori meo ppetuo. Premislie die Veneris decima Junij Anno Dni M.o D.o XXiiij.o

Contributio ad scribendum militem pro defensione regni ab hostibus.

Vniuersis, et singulis Ecclesiasticis et Secularibus Consiliariis Regni nri, cæterisqz subditis nris quibuscumqz tam terrestribus, qz Ciuitatu et Opidoru honoribus et officiys insignitis. ad quoru noticia pntes lre nre peruenerint, et prefertim in Palatinatu Posnamien. et Districtu N consisten. Sincere et fidelibus nobis dilectis, Salutem et gratia nram Regiam.
Rmi, ac Rndi in Chro patres, necno Magci Generosi Nobiles, Famati, et Prouidi, sincere nobis et fideles dilecti,
Licet in Conuetu generali Piotrcomien preterito, nequeutes cu Consiliariis nostris statuere modu et ordine oportunu, ad defensionem Regni nostri, cum à Thurcis et Thartaris, tum ab aliis vicinis hostibus, circumsepti, coacti fuerimus id, quod in manu nobis fuit, bellica motionem decernere, premittiqz fecerius, omnes ternas Restiu lras, et locu ac tempus, vniuersis gentibus nris designauerins: tamen supuenientibus postea ad nos Nunctys terrarum Maioris Polonie, et enixissime supplicantibus, vt eandem bellica motione, omnibus in vniuersu graue et damnosa aliquatulu continerens, et Conuetus in terris, in quibus de alio modo defensionis preter ipsam gnalem motioez cosuli possit, statuere dignareur, Perpendentes damna et grauitatem, eorundem, et aliorum subditoru nroru in illis mouendis, eorumqz preces obaudire nolentes, Conuetus

ipsos particulares, et terrestres, licet cum non mediocri timore tam in Maioris Polonie, quam in Cracovien, Sandomirien. et Lublinen terris, instituerámus, In quibus communi omnium tam spiritualium quam secularium Consiliariorum nostrorum, et Nunciorum terrestrium consilio et voluntate, decrete sunt pro Regni defensione, et seruandis presidijs, in terris Russie Contributiones fertonum, de Mansis, seu laneis agrorum, Exactio Ciuilis, que vulgo Schos dicitur, et Contributio Czopowe. Quequidem Contributiones, modo infra scripto solui et exigi debent. Inprimis Coloni, seu Cmethones tam villarum nostrarum Regalium, quam omnium Spiritualium et Secularium Subditorum nostrorum in terris predictis, de singulo Manso, seu laneo possessionato, vnum fertonem. De medio vero laneo sex grossos. de quarta parte lanei tres grossos, et reliquum de quantitate laneorum, secundum antiquas Quittancias pro festo Natiuitatis Marie proximo soluent. Item aduocati et sculteti Colonos, seu Cmethones non habentes, soluent etiam per vnum fertonem, Et similiter Coloni, seu Cmethones ipsorum Aduocatorum, de quolibet Manso per vnum fertonem soluent, similiter, secundum antiquas Quittancias, ita, vt Cmethones aliorum Dominorum, Ipsi vero Aduocati, Colonos seu Cmethones habentes, nihil soluent.

Item Tabernatores, siue sint Dominorum, siue Aduocatorum, seu Sculteto rum, qui agros habent, ab illis exactionem soluent, secundum antiquas Quittancias iuxta agrorum quantitatem, ad festum Natiuitatis sancte Marie proximum, hoc est de singulo laneo agri, vnum fertonem. De medio laneo sex grossos. vt supra.

Exactionem vero Ducillorum á singulis coctuuis Cerewisie

more consueto soluere nihilominus erunt astricti. Alii aut tabernatores, qui aducticiam propinant Cerevisiam, sex großos soluent, et ii Contributionem Czoponie non soluent, cum non coquant cervisiam, sed aliunde illam ad propinandum adducunt.

Item Molendina predictarum villarum, que Poyrzebne vocantur, manuales, seu anniuersarios Molendinatores habentia, ex singulis rotis sex großos soluent. Hæreditarii vero molendinatores dictarum villarum et Polusche, ex singulis rothis Molendinorum suorum, que valne dicuntur, vnum fertonem persoluent.

Item Molendina Brasealia, et hæreditaria aquatica, et Equestria, in omnibus Ciuitatibus et opidis, more veteri taxata, et secundum antiquas quitancias, Contributionem, que Schoss dicitur, à qualibet marca taxe duos grossos persoluent, pro festo Natiuitatis beate Marie proximo.

Minerarie vero officine, als ferrum facientes, et serre hæreditarie, ex singulis rothis per vnum fertone. Annales aut officine Minerarie, et similiter annales serre, hoc est locate seu conducticie, à qualibet rota sex grossos.

Item Molendina ventilia hereditaria, duodecim großos. Illa enim molendina ventilia, que anniuersarios Molendinatores habent, sex großos soluent, pro festo Natiuitatis Marie proximo.

Item Ciuitates et Opida, tam nostra Regia, quam subditorum nostrorum spiritualium et Secularium, Contributionem Ciuilem,

quam Schoss vocant, ad festū Natiuitatis beatę Marię proximū, iuxta antiquas quitancias soluent. Hoc addito et expreßo, q; Ciues et Suburbani agros habentes, qui vno Jure Ciuili gaudent, et Contributionem Schoss, simul cōtribuunt, Contributione fertonū, de agris suis nō soluāt.

Item Contributio Ceruisię, vini, medonis, Malmatici, Czopowe dicta in ÿsdem Ciuitatibus et opidis, ac eciā tabernis villarū tam nostris, q3 subditorū nrōrū Spūaliū et Secularium, incipiendo à festo sanctę Marię Magdalenę cōputanda, hoc est, vsq3 ad festū sanctę Agnethis proximū, anni proxime futuri, Millesimi quingentesimi vigesimi quinti, à singulis Ceruisię Coctoribus, more solito, solui debet, ex quibuscunq3 brasèis fuerit eadem ipsa Ceruisia cocta, siue brasea ipsa sint Ciuiū et Dn̄orum, siue ex Molēdis pueniencia, et emēsurata, siue domi facta,

Item eciam à Ceruisia, quā Domini et Nobiles ex brasèis suis coquunt, seu braxant, et illam dant ad propināďū suis tabernatoribus, Contributio ipsa Czopowe soluatur.

Item Sacerdotes Rutheni, qui Popones vocantur, ex singulis Ecclesiis et Sinagogis, mediā sexagenā grossorū psoluēt.

Item Valachi, ex singulis laneis integris si illos habēt, vel areis, quę Dworzißza dicūtur, vnū fertonem soluēt, et qui agros nō habent, à singulo Centenario ouium simile vnū fertonem psoluent, pro festo Natiuitatis beatę Marię proximo. Ad quod festum Contributiones Schoßi, et fertoēs solui et contribui debent,

Contributio vero Czopowe incipiet, vt supra dictum est,

à festo sancte Marie Magdalene proximo, et durabit vsqз ad festum sancte Agnethis proximum. anni dni, Millesimi quingentesimi vigesimi quinti, Exigeturqз iuxta antiquum morem et consuetudinem.

Vt aũt supradicta ordinatio in exigendis eisdem Contributionibus facta, debite exequutioni demandetur Generosos etc. ad eas colligendas in Palatinatu Posnan, et Districtibus Costen. et Wschouen, designamimus. et constituimus presentibus lr̃is nr̃is, Mandamusqз vt in manus eorum. designato tempore, easdem Contributiones persoluere curetis. Vobis vero Capitaneis, quorum interest mandamus, vt prefato Exactori nr̃o, pro termino et tempore superius expreßo, sub poenis ad hoc constitutis, absqз cuiusuis more et dilaconis interuentu, de dictis Contributionibus per eos ad quos pertinet responderi faciatis, et vos ipsi respondeatis. Negligentes vero in soluendo, et contumaces, per pignorationes, et alias poenas solitas, ad soluendum easdem Contributiones cõpellatis. Pro offitio vr̃o, et gracia nr̃a facturi. Datum Cracomie feria quinta proxima post festum beatorum Petri et Pauli Apłorum. M°. D°. xxiiij°. Regni nr̃i anno xviij°.

Czopowe

Sigismundus Rex Polonie etc.

Vniuersis et singulis Principibus tam spualibus q3 Secularibg
Rmis et Reueren in Christo Patribus, dnis Archiepis, Epis,
Necno Magcis, Generosis, Nobilibus, Famatis, et Prouidis, Pa:
latinis, Castellanis, Capitaneis, Tenutariis Terrigenis, Nobili:
bus, Offtibus, et eoru Vicesgeren, heredibus, Aduocatis, Soul:
tetis, Ciuitatumq3, et Opidoru tam nroru, q3 quorumcuq3
subditoru nroru, Mgris Ciuiu, Consulibus, Comunitatibg,
et gnaliter omnibus subditis nris Spualibus et secularibus,
cuiuscuq3 Status, conditionis, et preeminencie existentibus,
bona quecumq3 tam Spiritualia q3 Secularia, Ciuitates Opi:
da, villas, tabernas, possessiones, et alia bona, quocumq3
nomine nuncupata, habentibg, et signanter in terra N. et
Districtu N. sincere et fidelibus nris dilectis, Salutem et
graciam nram Regiam, Sincere et fideles nobis dilecti,
Noueritis, coni omniu, tam spualiu q3 Seculariu Consilia:
rioru nroru, et Nunctioru terrestrium, in proxime preteritis
Conuentibus congregatoru, voto et concordi voluntate, exactio:
nem Ducilloru, que Czopowe dicitur, multis et arduis ne:
cessitatibus Reipublice ita exigentibus, decretam esse,
que inchoari debet a festo sancte Marie Magdalene pximo,
et cotinuari vsq3 ad festu sancte Agnethis proximu in:
clusiue, anni millesimi quingentesimi vigesimi quinti,
Exigetur aut, et solui ac exigi debebit eadem ipsa

contributio Dnillorum, secundum antiqua consuetudinem, modo videlicet infrascripto, vt quilibet Cerrusiam coquens venalem ex quibuscumqz braseis fuerit eadem ipsa Cereuisia cocta, hoc est, siue brasea ipsa sint Ciuium et Dnorum, siue ex Molendinis prouenientia, et emensurata, siue domi facta, à quolibet vase singulatim, vel coctura ipsius Cerusie, iuxta locorum consuetudinē, antehac obseruatam, exactionem ipsam Dnillorum, in manus infra scripti Exactoris, fideliter soluat. Ita, vt à maiori coctura ats waru, plures grossi soluantur, et à minori pauciores, iuxta vasorum numerum, et quantitatem, et Exactoris ordinationem, Quam vbi opus est, et quocies expediens erit, nr̃a auctoritate faciet et constituet, Notariosqz et Custodes tam in Ciuitatibus et Opidis, qz ecia in villis, iuxta arbitrium suum, Exactor ecia ipse deputabit, et Juramēto corporali ad fidelitatem illos astriget

Ternarii vero, more vetusto, circa quemlibet grossum soluēdi, pro Ciuitatum, et Opidorum reparatione conseruentur.

Tabernatores vero singuli cerusiam coquētes, vel coctam à dnis tam spualibus qz secularibus ad propinandum recipientes, à quolibet vase, mensure Ciuilis, teneantur per vnū grossum in manus Exactoris soluere.

Item à medio vase Vini ats Polkufek florenus cum triginta quadrantibus soluendus Item à Drailing siue Seremien vase Vini, duo floreni, cum sexaginta quadrantibz, soluēdi. Itē à quolibet Barili Maluatici, vel vini Italici, vnus orth cum septem ternariis soluatur. À Barili vero simplicis vini, duo grossi soluantur, et duo ternarii. À Medonis vase toni, duo grossi cum duobus ternarijs.

A ceruisia aduectiua, siue externa, à quolibet eius vase, duo grossi. Et quicumqȝ non soluta prius exactione praefata Ceruisia, vinu, medonem, maluaticum, et aliu quemcumqȝ potu, ex praedictis vendere, et propinare, in fraudem Reipub.cae praesumpserit, totu illud; in quo fraudem comisit, seu comittere voluit, irremissibiliter ammittet, et ad poena Regalem soluendam, quocies id fecerit, obligatur. Capitaneusqȝ loci, in tales omnes et singulos, fraudem huiusmoi committeu, animaduersionem debita, veritate rei cognita, no habendo respectu ad quempia, irremissibiliter exequatur, Ad quamqȝ exactionem colligendam, diligenterqȝ et fideliter exigenda, in Exactorem Generosu N. constituimus. Vobis igitur omnibus et singulis, quoru interest mandamus Quatinus praefato Exactori, siue ab eo Substitutis, de ipsa exactione ducillorum respondeatis, et responderi faciatis. Vos vero locoru Capitanei, eos, qui rebelles et negligentes erunt, et quos ipse Exactor deferet, per pignorationes solitas, ad solutionem huiusmoi Exactionis compellatis, sub poenis nris contra negligetes Capitaneos, in nouis et antiquis Statutis descriptis, et pro gracia nra aliter no facturi. Datu Crac, die beatorum Petri et Pauli Apostoloru. M.° D.° XXiiij. Regni nri XViij.°

Cohortatio procerum contra Turcos Et Tartaros aduentantes

GEnerose fidelis dilecte. Quamuis ea, que paulo ante ad nos, et lr̃is et Nuncijs perferebantur de periculo, ab hostili excur-sione imminente, pro incertis habuerimus, et ob eam causam subditos nr̃os mouere, et exercitū conflare non properaui-mq, cuius presidio, impetus ipse hostilis imminens reprimi posset: quia tamen nunc certo accepimus, ex eius hominis relatiõe, qui nunq̃, nisi res verißimas afferre solet, Thurcos et Tar-taros, Duce Thessaul, qui anno superiore terras Rußie vastauit, iam iam ad nos aduētare, transmißoq̃ Danubio, ad easdem terras Rußie recte progredi, id quod in re tam subita, tamq̃ periculosa facere potuimus, equitatū et pedi-tatū, quo maiore numero potuimus, suscepimus, et cõscribi iußimus. ac illum cū Aulicis, et tormentis, et omni appa-ratu bellico, ad tantū malū restinguendū, intra paucos dies hinc expedire constituimus, Id eñ contendimus, quod rei bene gerende consentaneū esse existimamus, ne aliqua in parte Reipublice Regni nr̃i deesse videamur. Tuā igr̃ F. hortamur: Mandantes, vt in tanta, tamq̃ ardua necessi-tate, q̃ primū arma capiat, seq̃ moueat, et ad Magnificū Nicolaū de Dambrouiza Castellanū Cxac, et Exercitum Regni nr̃i Capitaneū generalem, atq̃ alios Proceres et subditos nr̃os, sine mora proficiscatur. et quos potest vicinos suos, ad idem cohortetur, et secū ducat, quo hostes ita repri-mi possint, vt votis suis nõ pociantur in hijs, ad que, anni su-perioris negligentia, sibi audaciam parauerunt. Quicquid

aut tua F. faciet, ad conseruandum Reipublice Statum, et
propulsanda pericula ei imminentia, id erit nobis valde
gratum, quod suo tempore illi, et eius Domui, singulari gratia,
et beneficencia nra Regia, compensare curabimus.
Mandamus eciam tue F, vt lras, quas cum presentibus mittimus
inscriptione carentes, intitulari isthic ad eos Nobiles sui
Capitaneatus, quos ad presentem Reipublice vrgentem ne-
cessitatem paratiores et expeditiores esse nouerit, et tam
ad illos, quam eciam ad alios Nobiles, ipsas lras nras, absque
vlla remoratione transmittat. Pro gratia nra non aliter
factura. Datum Crac feria quinta proxima ante festum
sancti Viti, M° D. XXiiij°. Regni nri anno XViij°.

Litere primarum Restium.

Sigismundus etc. Vniversis et singulis, Palatinis, Castellanis, Capitaneis, Dignitariis, Officialibus, Burgrabijs, et Nobilium Communitatibus, Advocatis, et Sculte[t]is, cæterisque subditis nostris, terras Regni nostri vbilibet incolentibus, et præsertim terrarum et Districtuum ... de Iure et consuetudine ad expeditionem bellicam obligatis, sincere nobis, et fidelibus dilectis. Graciam nostram Regiam. Magnifici, Generosi, Nobiles, Famati, et Providi, sincere et fideles dilecti, Significarunt nobis pro re vera, ac certissima, Exploratores nostri, quos semper in excubijs habemus, Thartaros continuos hostes nostros, ingenti vi, Regnum et Dominia nostra, populari statuiße, iamque illos prope fines nostros degere, Et quamuis in Conuentu Crac. preterito, decreta sunt presidia, ad leniores tantum insultus hostium reprimendos, que in terris Rußie tenemus: tamen illa ad tantam potenciam propulsandam, nequaquam sufficiunt, Et proinde ne respublica, grauem aliquam iacturam, quam dominus Deus auertat, accipiat, aut in magnum aliquod discrimen incidat, vobis omnibus in commune, et cuilibet seorsum, qui expeditionem bellicam generalem et seruitium nobis, et Reipublice debetis, in vim primarum Restium notum facimus, et mandamus, vt equos, arma, tela, aliaque omnia ad bellum neceßaria parata et disposita, iuxta debitum et facultatem vestram habeatis, Vt cum primum alijs Restium literis à nobis admoniti fueritis, poßitis citra vllam moram, et tuendam Patriam et hostes propulsandos, accurrere, sub poena

ammißionis bonorum omnium. Volumus autem, vt interim Judicia publica Terrestria et Castrensia, non intermittatur vt Contributiones in Conuentu generali decrete, de quibus dicta presidia seruantur, edantur, et soluantur. et taxatio bonorum ac fundum, iuxta constitutionem eiusdem Conuentus generalis, non impediatur. Et ne quispiam de hoc Mandato nostro, aliquam ignorantiam pretendat, volumus et mandamus. vt vnus ad alium, sibi vicimiorem, presentes literas meas, cum illas perlegerit, transmittat. Vltimus vero eas Loci Capitaneo representet. Pro gratia mea aliter facere non ausuri. Datum Crac: feria secunda in vigilia visitationis sancte Marie, Domine nostre, Anno Domini. M°. D.° XXvij°. Regni mei anno XXj°.

Sigismundus primus Rex Polonie
Joanni Bochotniczki de Olesznicza
Palatino Lublinensi.

Magce nobis sincere dilecte, Cum initio veris certißima assertione illorum cognonißemus, qui res solidas, exploratis hostium consilijs semper afferre ad nos solent, Thurcos et Thartaros, communicatis inter se mutuis consilijs, Dominia mea inuadere et vastare constituiße et decreuisse, mox coepimus id meditari, idque parare, quod in tanta rerum varietate et perturbatione, salutarius videbatur, iussimus literas Restium emitti, quibus iam certißimum bellum ab ijsdem hostibus nobis impendere denunctiauimus, et designato tempore, et loco colligendo ex vniuerso Regno Exercitui, commodo omnes ad arma capienda hortati sumus, ipsique iam iam in procinctu eramus, precessuri exercitum, ad hunc ipsum locum designatum, Interea vero temporis, terrarum Maioris Polonie Nunctij ad nos accurrerunt, petiueruntque á nobis, vt antea S. tue significauimus, vt si fieri posset, modus inueniende facilioris defensionis, que non tam noxia Reipublice videretur, et ad propulsandum hostilem impetum apta et sufficiens, tentaretur in Conuentibus, qui tunc ad querenda eiusmodi consilia indicerentur, Cum autem votis et petitionibus eorundem Nunctiorum annuißemus, et videremus hostem aduentante et ad inuadendas terras nostras appropinquantem, nulla facta mora iussimus conscribi equitatum et peditatum, qui in tam breui temporis spatio haberi potuit, Cum quo et omne robur Curie nostre misimus, adiectis tormentis et omni

alio apparatu, sine quo in preliis non satis tuto concurritur,
Hesterno igr die, ex lris Magci Nicolai de Dambroniza,
Castellani Crac, et Capitanei gnalis Exercituu Regni
nostri, accepimus, quodam in loco, ad flumium Sereth, ab opi-
do Threblonien, duo milliaria distante, cu exercitu hostili
pugnatu esse, eiusqz maiorem partem, Dei omnipotentis,
cuius potissimu res agitur, benignitate et gracia, in festo
Visitationis Sacratissime virginis Marie, fusam, profligata,
fugatam, et debilitatam esse, Na et aliis in locis, alii ab
eodem Capitaneo missi contra hostes palantes et dispersos,
per agros predam hominu et pecoru abigentes, hostes ipsos
profligarunt. De reliqua vero parte hostilis Exercitus,
alios Nuncios ab Illri Duce Constantino inhoras expectaq
Que terras Lithuanie ingressa, oras Volhinien populatur
et vastat. Eam autem Dux ipse Constantinus cum suis
insequitur. et spes est optima, vt qui de altera parte Re-
gnu vastante dedit victoria, de ea, que Lithuania va-
stat, sit daturus. Hec igr S. tue perscribere voluimus,
vt communis nre letitie nobiscu sit particeps, et Deo
omnipotenti, talium reru auctori, gracias agat, Et bene
valeat. Datu Crac feria secunda proxima ante festu
sancte Margarethe. M° D.° XXiiij.° Regni nri XViij.°

Sigismundus primus Rex Polonie
Stanislao et Janussio Ducib. Masouie

Illres Domini, nobis sincere dilecti, Credimus Illtes vestras nō ignorare, nos in Conuentu Piotrcomien̄ nouissimo, bellū generale aduersus Thurcos et Thartaros decreuisse, cū qbus nullū foedus habemus, Quod quidem bellū, quia proximo Vere, ne nos hostes preuenirent, mouere oportebit, prout iam hoc subditis nr̄is, secundis restiū l̄ris denunctiauimus. voluimus eandem motionem Illtbus vestris declarare. Hortamurq; illas, vt ad proficiscendum nobiscū, eo numero, quo tenetur, se accingant,

Preterea, quia nondū Illtes vr̄e homagium nobis debitum prestiterunt, ad quod exigendum nos Consiliarii et Regnicole nr̄i hortantur, curabunt Illtes vr̄e ambe, ad eandem bellicā expeditionem venire, et inibi debitū facere, et demum vter voluerit, discedere poterit. Bene valeat Illtes vr̄e.

Petrus Tomiczki Crac. et Posn. eps. Vicecancell.s
Luce de Gorca Castellano Posnan: et Capit.o
Maioris Polonie generali.

MAgce dne dne et frater honoran. Tanta est apud nos hoc tempore occupatio, propter ea pericula, de quibus quottidie Nuncii et lre afferuntur, q non possu tempus habere vt vre Magcie ita scribam de omnibus rebus, que euenint, sicut velle et sicut amor noster mutuus postulare videtur.

Mtas dni nri hodie hinc se Sandomiria versus recepit, Premisit aut pluribus ante diebus dnos Palatinos Crac. et Sandomirien, et dnm Thesaurariu, vt homines videntes eos ad expeditionem se conuertisse, propensiores essent ad arma sumenda. Constans em opinio est, iteru Thurcoru multo maiorem Exercitu, q ante aduentare, Restes igitur per has terras emisse sunt, vt no solum Nobilitas, sed etia Communitas ex opidis et villis, sumeret arma, et decimum queq hominem expediret, Mtas aut Regia, vt eis pbeat maiorem cupiditatem proficiscendi contra hostem, ipsa ia profecta est, Et ad dnos Lithuanos plures iam scripsit, vt sine omni mora se moueant, ad tantumq malu restinguendu, subito accurrant.

Rußia iam tota igne et ferro vastata est, Terra em Premislien, que adhuc inuiolata fuerat, iam in fauilla conuersa est, per hanc secundam Thartaricam excursionem,

Infinita aut multitudo hominum et pecorum abacta est, Pauciq3 supersunt vbiq3, qui se in quibusdam Opidis munitioribg, et fortaliciis, abdere potuerunt,

Insecuti sunt nri cum Duce Constantino ipsos Thartaros, verum sunt longe impares viribus, et numero, ad confligendum cum eis,

Podolia post Thurcorum discessum, ad Regiam Mtem Nuncios misit, suas calamitates deplorans, et hoc amplius adiiciens, q iam ferre nequit, quin cuiq3 hosti, qui primus ad eos potenter inuaserit, se subiiciant: quoniam ad extremam miseriam sunt penitus redacti.

Voieuoda Moldanie, Nuncium suum huc misit, referens à se profligatos esse Thurcos, qui vltra fluuium Dnieste, Russiam depredata, per suam terram cum preda redibant, qui videtur magis exploratum misisse, q3 aliquid afferat, quod eum declaret contra hostes nobiscum sentire velle.

Mitto vre Magcie lras Consensus Regie Mtis, sup emendo censu Ecclesiastico in vim reemptionis, pro trecentis marcis (dum ceteri pugnāt p patria, Lucas avaritie studet.) peccuniarum, prout optauit, et decisionem Controuersie et cause, que est inter Viganowska, et Choienskie.

Post hac plura scribam, aliam occasionem nactus, ocioq3 aliquo adiutus, qui nuc Mte Regia discedente, ad multas expeditiones sum distractus. Vra aut Magcia, pro suo in me amore et beneuolentia, proq3 item mea, erga se mutua, dignetur in bonam partem accipere.

Filius vre Magcie est adhuc in Russia, De quo id ego

Vsuras cu͠ Judeis: sicut pater egit. regi ac legib[9] inobediens factionum machinator: bibax: fuit. nullo ex vsu Reip[ublicae]:

mihi polliceor, q[uod] is sit, Deo bene volente, futurus, qui Patriae periclitanti, virtute et ingenio suo, sit commodus futurus. et vr͠e Mag͠cie valde iucundus, Tantam indolem sibi ego inesse video, vt ad res futuras agendas, eum creda[m] esse et fore valde idoneum,

Commendo me ex animo vestre Mag͠cie, et opto, vt cum suis omnibus foelicissime valeat, et sit boni animi. Na[m] et d͠na Coniux d͠ni Marschalci, iam, dei gratia, bene valet. Ad quam, cum esset vehementer aegrota, miseram Medicu[m] meu[m]. Datum Crac[oviae].

Petrus Thomiczki Eps Cracouien Et posn. Vicecancell[i]s
Luce de Gorka Castell[an]o Posnan Et Capit[ane]o maioris polonie.

Magce dne, et frater honorandissime, Nihil lrarum dedi diebus exactis ad Magciam vram, certam expectando novitatem ab eo Exercitu, qui in Russiam contra hostem Thurcum, qui Regnum magnis copiis invaserat, profectus erat, Et propterea, q tam diu à me nullas lras recepit Magcia vra, boni consulere velit,

Thurci, qui fuerunt in terris Russie, quamvis atrociter illas populati sunt, et magna damna fecerunt, attamen, Dei benignitate, maior eorum pars cesa, et profligata est, vbi etiam dns Marschalcus Curie, ductu et auspitijs suis, bonam illorum partem fudit, fugavitque, ac diligenciam exactam fecit, quo esset bene servitum Regie Mti, et Regno.

Filius Magcie vre, D. Andreas, tandem à Regia Mte impetraverat, vt sibi contra eum hostem Patrie proficisci liceret. Prohibebam ego hanc rem ei ab initio, postea vero, vbi asseruit id esse ex intentione et voluntate Magcie vre, vtcunque illa mihi de hoc nihil scripserit, egi cum Mte sua et effeci, q illum ad Exercitum ire permisit, non fuit tamen in tpe ad eum conflictum, quo prospere contra hostem depugnatum est, Egimus hic Deo gracias, de hac foelicitate et victoria, quia vtique bene factum est, q hic hostis non discessit ex Regno, sine damno, et insigni clade. Qui quoniam predis nris inescatus, iam toties ferocibus incursionibus consuevit

nos impetere. oportebit melius et diligencius consulere.
de salute Regni, et damnis, que per tam potentem hostem
inferuntur, q̄ȝ hactenus fuit consultum.

Venit huc Sctmi D. n. Pape Nunctius, qui Regiam M^tem ex-
hortatur, vt consulere dignetur, de salute Regni Hungarie,
et Nepotis sui Sermi dni Regis Ludouici, Quod si fecerit,
pollicetur illius Sctitatem, in tuendo eo Regno, assistere M^ti
sue, auxilio et cosilio. Si id facere noluerit, veretur, ne tam
inclytum Regnum, et Nepotem, in aperto relinquat discrimine.
quod Sctitas sua, in integritate incolume conseruari poptat.
Et de hac diligencia sua solenniter protestatur, Non latet
siquidem sua Sctitatem, nullum in Regno illo esse ordinem,
nullum consilium, sed omnia esse confusissima.

Ignoro adhuc de huius Nunctii expeditione, et quid Rcnsi
feret à Regia M^te, Postq̄ȝ expeditus erit alio tpe, id, et res
alias, que occurrent, Magcie vre significare curabo.
Cui me ex animo comendo, et quam valere foelicissime
desydero. Datum Crac Sabbato post festum sancte Margarete
the. Anno Dni. M° D° XXiiij°.

Petrus Tomiczki eps Crac et Posn Vicecancell
Lucē de Gorca Castell° Posn: Capit° maioris polo.e

MAgće dnē, Ea que hys tpibus, et hic et in Russia acta sunt, ex hys lrīs, quas paulo ante, Lyß. Cubicularius eig reddidit, vra Magcia probe cognouit, Nūc nihil aliud habemus, q3 q3 post Thurchorū ex Rußia disceßū, Tartari ingenti preda hominū et peccorū miserabile abacta, incolumes discesserūt, Quorū tam numerosus fuit Exercitus, vt nri, cū dno Duce Constantino iuncti, nō ausi sint cū eis dimicare; exiguis suis viribq, in comparatione hostilis Exercitus diffisi, Qui instructis ordinibus, nullaq3 re pretermissa, ad sui custodiā et securitatem pertinente. nec pugnā detrectantes, passibus equis processerunt,

Quantā aūt calamitatem, non solum illis terris Russie sed toti Regno hi duo Exercitus attulerint, vra Mgcia facile intelligit, que fortaße, si Decretū Conuētus Piotrcouien de bello mouendo executioni demandatū fuisset, vitari et prohiberi potuisset. Sed cū preterita magis reprehendi possint q3 corrigi, nō video, quid de hoc dicam, nisi vt cogiteūs, quibus modis Regnū ab interitu iam impendente, seruari possit.

Mtas Regia Sandomirie agens colligit exercitū, proficiscitur Nobilitas harū terrarū ad bellū, facto Plebis delectu. vt quolibet ex loco, decimus quisq3 sumptis armis suā Mtē3 sequatur.

Ferunt hunc Thurcū, qui et nunc et anno superiore Rußiā

vastauit, ex hac parte Danubij se continere, vt iterum conflato alio nouo Exercitu, Russiam ipsam inuadere, et debellare posset, Posthac quicquid erit, per alios Nuncios faciam vt vra Magcia sciat.

Ex hoc aut inclusa exemplo Rnsionis Moldauice, quam dedit dno Capitaneo Exercitus, cum alijs dnis qui cum eo erant, vra Magcia facile cognoscet, quo in precio apud ipsum Moldauum simus, ob ignauiam nostram, que modu et facultatem defensionis, nobis ademit. Opto vram Magciam bene et foeliciter valere. Cui me commendo. Crac xxij die Augusti.

Andreas Cricius eps Premisliensis / Petro Tomiczki epo Crac et Posnanien & Regni Polonie Vicecancellario

Rme in Chro pater et dne dne benefactor grome, Hactenus post exortam hic turbatione, nihil scripsi vre D. Rx me. partim q horu Nunctioru, qui isthinc veniebant, et hac revertebantur, nemo ad me descendere fuit dignatus, partim q omnis reru nraru actio, mihi ab initio, neutiq3 probabatur, parumq3 sperabam res bene successuras, Hi em, qui primi ad locum designatu venire, et alios ad veniendu solicitare, et cofirmare debuerant, hi ipsi, et paululo hostes Leopolim precesserunt, et anteq3 ipsi hostes applicuissent Civitati, Proceres absentes, quasi adhuc de incertis rebus a festinando dehortabantur. Habebant em multi apud illos suos nunctios, per quos resolutionem sue profectionis expectabant, donec hoste, cursum celerius opinione pmovente, et consilia, et itinera omnia essent impedita et neglecta. ac tum demu ita scribebatur his, qui modis omnibus alliciendi, et animandi erant, vt magis cuiq3 liberet domi rebus suis prospicere, q3 ad extinguendu commune incendiu succurrere, Habeo eiusmodi plerasq3 lras, que mihi a Patricijs nris, qui a me continuo sollicitabatur, mitti solebant, proripuerunt se tamen omnes, audita necessitate cu summo discrimine, varijs itineribg, et rerum omniu incertitudine, tam de hostili numero, q3 etia presu, tam sagaces et diligentes sunt hij, quibus summa huius rei credita est,

Ego rogatu, dni Curiæ Marschalci, deliberaueram ire in terra Sanocensem, et illam nobilitatem ad communem necessitatem excitare, sed non nisi pacto prius apud Ecclaz mea festo die Patroni S. Joannis. Quo quidem die, dum rem diuina facerem, nunctiatu fuit, Thurcos duobq duntaxat miliaribus à Ciuitate abesse, eoqz intellecto mei sacristi, me hortabantur, vt re diuina compendio facta, discederem, et neqz Ciuitati, neqz arci, vllo pacto, vt munitiom vaste et debili, solisqz rusticis, et his paucis prouise, fidere, mihi no visu fuit, vel detrahere quicqz diuinis officijs, vel vt à Grege, tanqz mercenarius fugerem, sed sermone et omnibus peractis, rogatus à Burgrabio, vti me hominibus exhiberem, qui omnes ad me spectarent, fugamqz post me adornarent, conscendi equum, et Ciuitatem multis vicibus omni die lustraui, ostentando me hominibus, et illos, quantu potui, confirmando, nihil minus, qz de salute propria cogitans, Misi etiam ad terra Sannocensem ad solicitandam Nobilitatem, alios quidem prece, alios precio, nemo non adesse festinauit, et conuenit quidem tanta hominu et non vulgariu copia, vt cum tex tantu hostiu congredi potuisset, sed non nisi iam ingenti damno ab hostibus perpetrato, Nouit vra Rcma D. senes consilio valere, sed duntaxat consilio, neqz omnes tamen, Nam plerique deliri sunt, pleriqz bis pueri. Cæteru ad res gerendas, præsertim vero bellicas, nihil illis ineptius: cum ob alia multa incomoda, tum, q, res omnes, vt de Sene inquit Horacius, timide gelideqz ministrat dilator spe longus, iners, auidusqz etc.

Hec res ab initio, malam spem prebebat multis, qui mecu de hac re conferebant, et presertim comemoratis hys, que ante hac parw foeliciter sunt acta, et fortuna inter dotes Imperatorias no postremw sibi locw vendicat. Tamen vtrunqz est actw, vtcumqz nri cw summa difficultate hostes insequu=tur, tamen res ad foelicem tendit exitw, fusis die Lune preterito excubiis hostiw, iamqz heri, vel fusi sunt reliqui, vel hodie, Deo bene iuuante, fundentur. Cum qua Noui=tate, expecto illinc in horas mew Nunciw, Me interim gra=cie vre Rme D. humilr comedo. Ex Radymno vij Julij. M°. D.° xxiiij°.

Cricius . D. Tomicio :

Rme in Chro pater, et dne dne benefactor gratiosissime. Hesterno die scripsi Rme D. vre, per dnm Gracz Ciue Crac. de fusis excubiis hostiu, sperans hoc exordio letum aliquem exitum, sed nunctius ab Exercitu ad me rediens nunctiauit, nros, cesis aliquibus domu reuerti et hostes ingenti preda onustos abijsse, Idq3 ea negligencia et socordia factu, de qua iam ab initio mala fuit spes omnibus, vt prius scripsi.

Mi Rme dne, nemo no augurabitur, hostes, paulo post, et maiori vi redituros, postq3 ita illis successit, et exercitus nr dissipabitur, Sciunt enim melius omnia, que apud nos geruntur, q3 nosmetipsi, in tanta cum facinoru omniu, tum proditionu impunitate. De qua, et aliis, quid hic propalam vociferari audiam non a vulgaribus, malo cora, vre Rme D. referre, q3 scribere, Non ab re mihi videretur Aulicos adhuc Leopoli relinquere, vt saltem hoc terriculamentum, misere arbori nre, tantis predis et calamitatibus exposite, affigatur, Na et leniori illic manere poterut, q3 Cracouie, et homines no ita prorsus desperatos reddent. Alioquin ruent he terre mea sententia, precipua pars Regni vniuersi, in qua, terra Premislien duntaxat adhuc subsistit, reliqua iam fatiscunt.

Hactenus nihil audiui, quid decretu sit in Conuentibus, terrestribus, super contributione, vt si fieri posset,

angeretur Miles mercenarius. Sin hec decreta non fit, me: lius esset motionem generalem, qualis qualis est prosequi, quam ita permittere hostibus libere debachari, qui tot predis iam inescati, et semel nullo modo à continuis incursio: nibus continebunt, et alios successu suo accendent. Vnde indies difficilior erit defensio.

Ego exessis hic, que habui in Brzozow me conferam, illic tam diu moraturus, donec loculos aliquantum reficiam, vel quo: vsque erit voluntas Rmae D. vrae, Ex qua vna rationes omnes mee dependent.

Cupiebam me presente, visitari omnem Diocesim, et Syno: dum celebrare, sed in hoc turbulento, et suspectissimo tempore, non videtur mihi congruum, neque tutum,
Interim me gracie vrae Rmae D. ex corde commendo.
Quam dns Deus seruet sospitem semper, et foelicem.
Ex Radimno die octaua Julii. M°. D°. XXiiij°.

Sigismundo primo regi Polonie
Andreas Cricius eps Premislien

SAcra Regia Mtas, et dñe dñe clementissime, Post humillimã mei, seruiciiq3, et orationum mearum commendationem. Hactenus post irruptionem hostium, nihil scripsi Mti vrẽ Sermẽ de his, que agebantur; propterea, q non solum mihi, qui vtiq3 longius aliquanto aberam, sed et his, quorum maxime intererat, nihil non scire, prorsus incerta et confusa erant omnia. Post actam vero eam tragediam, malui, et decencius putaui, vt Mtas vrã Serma, pocius ab ipsis actoribus, rem, vti cessit, q3 à me auditore, cognouisset. Prout iam factum nõ dubito. Restat de futuro prouisio, hec nullum hic non habet sollicitum. Ego quid in hys rerum turbinibus egerim, quantum hortatibus, supplicationibus, et sumptu incubuerim, reclamantibus eciam acriter tenuibus meis loculis, non commemorabo, cum omnia Mti vrẽ Sermẽ debeam, neq3 adhuc, quicquid erit opis, et virium mearum, ad obuiandum periculis, que non foris solum, sed et domi imminent, pretermittam. Me Sacrẽ Mti vrẽ, humillime commendo. Ex Radimno die sancte Margarete virginis. Anno Domini M°. D°. XXiiij°.

Andreas Cricius Eps Premisliensis
Petro Tomiczki Epo Crac et Posnanien
& Regni Poloniae Cancellario.

Rme in Christo pater, et dne dne benefactor gratiosme.
Ea ferme hora, qua Nunctius iste preteribat, et vix paulu:
lum contineri se paciebatur, reddite sunt mihi lre vre
D. Rme, quibus scribit, de significata istuc victoria ex
hostibus, Quod ita factu, presente Oratore Pontificis, gau:
deo, veru, q3 ea certissima victoria elapsa sit e mani:
bus, vel ita nos elabi illam voluerimus, intelliget post:
hac Rma D. vra, lugendu acriter esset, non ouandu,
damnu est ingens factu, homines innumeri abacti, ho:
stibus additi animi, cu sciant summu Imperatore Re:
gni, sciant tot Proceres, atq3 Aulicos Regios se sequutos.
nec prelium committere ausos, Nostris vero primariys Ju:
venibus conciderunt prorsus animi, opera et impensa
summa perdita, summoq3 dispendio in equis, et rebus
alus accepto. Visunt me hic plerig3 Primates, partim
ipsi, partim per Nunctios, nemo non queritur, nemo no
frendet, de tanta victorie occasione amißa, et hostibus
animatis, frustra est de successu illoru, amplius sperare,
quisq3 de laribus suis tuendis cogitat, sed et alii propala
defectionem meditantur. Hec dns Tharnonien mihi signifi:
cauit. Cuius lras mitto Rme D. vre, quas oro no grauetur
mittere, dno Decano Crac, vt intelligat in quo cardine

versetur illa causa, qua putabat dnm Capitaneu Drohobicen, facile sibi succubituru, In qua pro eo, et eius Nepote facturus sum libens, omnem operam.

Elogia, que Rma D. vra, fieri mandat, per primu Nunctium mittam. Constitui hinc ad Brzozow soluere die lune proximo, nisi forte dns Tharnowski, dns Marschalcus Curie, et dns Belzen, me continerent, Quos intellexi statuisse inter se ad me conuenire, et alios plerosque, nescio qua causa, quamuis eam duntaxat, vt me viserent, pretexant. Est mihi quidem animus in Brzozow aliquadiu immorandi, sed quandocumque iusserit D. vra Rma, nihil moratus, istuc accurera.

Plura me non sinit scribere, Nunctius iste festinabundus, Me Rme D. vre humiliter commendo. Ex Radimna die sancte Margarethe M°. D. XXiiij°.

Andreas Cricius Eps Premislien Petro Tomiczki Crac et Posn Epo Regni Cancell^o

Rme mi dne, dne et benefactor graciosissime, Cum alium Nunctium habere non potuerim, hac duntaxat causa, meum mitto, vt Rmam D. vram inuiserem, et Elogia, que mandauit mitterem. Ea forte excedunt, prescriptum lrarum numerum, verum vsqz adeo breuibus nihil exprimi potest. et presertim in statua. si duntaxat xxiiij lre ponende essent, quibus ne nomina quidem occisi et occisoris comprehendi possent, | De occiso Grabski a Mieleczki sub Castro Crac. rege ex arce spectante.

Mi Rme dne, anteqz e Radimna discessi, habui apud me in vigilia Diuisionis Apostolorum, plerosqz ex Proceribus, Inter quos dnm Belzensem, et dnm Marschalcum Curie. Quorum occultas quasdam simultates, modis omnibus. causa Reipublice componere curaui, sed non successit. Destinauerat eciam venire dns Tharnomien, sed illum diucius expectare nequiui.

Inualuit hic, nescio quo malo fato, quedam inter summates emulatio et inuidia, cum foris summum immineat discrimen. Quo eciam inter alia factum est, vt nobis tanta, tamqz certa victoria elaberetur, hoc malum si durabit, actum erit de nobis.

Quod summus ille ardelio, tantum de Coadiutore,

tamq3 indigne egerit; neq3 mirum, neq3 nouum facit. sit superis gracia, q̄ et apud Mtem Regiam, et apud omnes ita valere incipiat, vt meretur.

Q ecia Briareus noster, illis clam patrocinatus sit, quos palam semper vituperauit, more suo gentili facit, adigit hominem ad hec officia obeunda, magna quedam de se ꝑsuasio, et spes alcius prouehendi: sic et mihi inuito, vt fassus est, patrocinatur.

Consecraui, Dnico preterito in Jaroslaw Ecclesiam. Feci eodem die Accolitos XXiiij. et confirmaui vna sessione post prandium hominum. M D. Xiiij. quos piso signari feci. Sic quacumq3 transeo innumeros confirmo

Mi Rme dne, Ego quidem hic iam, nullum habeo cuiusmodi negocium, quod moram meam exigat, preter rem Crumenariam. Euis causa vellem saltem ad nonas fruges hic subsistere, Audio enim summam isthic omnium rerum caritatem. Id tamen totum, arbitrii Rme D. vre esto. rogoq3 mihi significare dignetur, quando me venire iubet. Commendo me humiliter Rme D. vre. Ex Brzozow XXI Julii. M°. D. XXiiij°.

Joannes de Ludbrancz Epus Posnaniensis, diuinis et hu=
manis l'ris, Juribusq ac singulari prudencia, ingenio, et magni=
tudine animi, preditus, de Republica, de Ecclesia sua, deq
pauperibus et studiosis omnibus, q optime meritus, decessit, an=
no ætatis sue 64. salutis M°. D°. XX°. Petrus de Thomicze.
Crac et Posnan Epus, ac R. P vicecacell[ri] successor, posuit.

Joanni Grabski, hoc in loco, fatali, et indigno casu, occiso.
Mieleczki, hoc inter alia, doloris et pœnitencie sue, fecit monumetum.

Sigismundo primo regi Polonie
Andreas Cricius eps Premisliensis

SAcra Regia Mtas, et dne dne clementissime, Nudius tercius accepi lras Mtis vre Serme, quibus satis copiose declarare dignetur, que agat apud se orator Summi Pontificis, quatum instet, et quibus rationibus vrgeat, vt Mtas vra, cu Sermo Nepote suo, dno Hungarie et Bohemie Rege, qz primu coveniret, vram vero Mtem pmota quidem ipsis rationibus, sed non minus sollicita, de ptvrbatis rebus domesticis, prorsus ancipitem esse, quid primu exequi debeat, domi ne prius Coventu agat, vel illi profectione in Hungaria, anteuertat.

Clementissime Rex, tametsi persuasu habea, hostes iterum populantes, eum nodu iam Mti vre dissoluisse, neminemqz esse, qui consulat, domo sua, in medio incendio relicta, alteri succurrendum: tamen iussv Mtis vre, que mea sit, de profectione illius in Hungaria, et Conuentv meo, sententia, brevibus; vt possu, explicabo.

Profectio Mtis vre in Hungaria, requirit pacem domestica, que ante hyemem, vel non erit, vel erit timor continuus. requirit preterea sumptu no vulgarem, Qui si eo fieret, omnem opinionem de indigentia Mtis vre, apud subditos eius adimeret, hominumqz animos, iam alioquin satis exulceratos. vel eo ad seditionem concitaret, q ad alia suppetere sumptus Mti vre, ad defensionem deesse videretur, Requirit postremo ipsa profectio. certam aliqua notam,

vel spem profectus; Non enim verisimile videtur, vt cum Maiestas vestra, domi inter subditos suos, vtique ducibiliores, obsequentioresque semper domino suo, quam sint Hungari, non possit ordine aliquem bonum et concordiam facere, posset apud alienos, iam alioquin in errore, et simultatibus intestinis inueteratos. Scio quidem Serenissime Rex, expetere illic plerosque aduentum Maiestatis vestre, polliceri fidem, et obedienciam non minus quam domino suo: sed tamen istorum nemo volet, ab auctoritate et comodis suis decedere, que potissima est dissensionis causa. Qui apud illam item preualent, suam auctoritatem sub vmbra Maiestatis vestre firmare student, et agentes vt suo Principi debita potestas, et regimen tradatur, hoc agunt, vt ipsi liberius regant, et imperent, Qui vero his aduersi sunt, id ne fiat, modis omnibus cauent, curantque, vt quod illi sunt, ipsi esse poßent,

Inter quas Scyllas et Charybdes, quo pacto Maiestas vestra nauigaret, ne oleum et operam perderet, ego prorsus non intelligo. Non solum itaque sub hac domestica calamitate, que Maiestatem vestram distinet, sed eciam si maxime ocium esset, nescio ad quid sumptus hic esset Maiestati vestre faciendus; priusquam intelligeret, quid illic ex re agere et efficere posset.

Conuentus vero noster celeritate indiget, propterea, quod et producetur haud dubie, more et ordine solito, Et quicquid in eo decernetur, opus erit exequutione tempestiua, Non dubium est enim Thurcos, nos post ea preludia, anno futuro acrius inuasuros.

Porro cum Ordine Prutenico, vel noui tractatus, vel arma

erunt resumenda. Hec quante molis sint negocia, qz vrgencia ad Conuetum celerius statuendum. Mtas vestra melius intelligit, qz exprimi queat. Quibus primu absolutis, demum de profectione in Hungaria consiliu capi poterit.

Oratorem vero Aplicum, in eum sensum absoluendu censeo, Mirari Mtem vram Serma, Sctissimu Dominu nostru ignorare, quantis hostibus no solum Thurcis et Thartaris, sed et Scysmaticis, Moschis et Valachis, quin et Christianis etia aliqmbus, Mtas vra et Regnu suu premantur, putareqz Sctitatem sua, tantu esse ocii et pacis vre Mti domi, vt ad ea, que foris sunt curada, illa cohortetur. Scire quidem Mtem vram commune esse suu, et Regni Hungarie, periculu, scire item debitu et officiu suu, erga Nepotem, Illudqz à Mte vra nunqz ptermißum, quacunqz ex parte illo opus esse videbatur. neqz et in posteru pretermißum iri. Veru rem eo esse deducta, vt iam neuter alteri commode adesse, et consulere possit, hoste vtrumqz ex æquo infestante, et domi sue distinente. Premonuiße Mtem vram sæpius, per Nunctios et lras, cum Predecessores illius Sctis, tum etia ipsam Sctitatem sua, vt dissidentes Christianos Principes componi, et his Regnis laborantibus, ac diuturnis et continuis bellis attritis et exhaustis, qz primu auxiliu prestare curarent, hactenus vero nihil esse factum, quod expediret, hecqz sola duo Regna, Hungarie et Polonie, reiecta, hortante Leone Pontifice, pace à Thurco oblata, omnem illius impetum in se deriuaße, et spe

generalis expeditionis hactenus absq; ullius auxilio sustinuisse. Quare cum eo difficultatis res deuenerit, ut neq; consilia, neq; Conuentus Mtum urarum quicq; prodesse possint, absq; præsentißimo ipsius Sctmi dni nri et aliorum Principum Christianorum auxilio, cum iam hæc duo sola Regna, nequaq; sufficere possint, ad tantam vim reprimendam, supplicare Mtem uram illius Sctitati, ut quo solo est opus, curaret, ipsis Regnis, q; celerimis, opportunis subsidijs, adesse. Alioquin Mtem uram testatum esse velle uniuersæ Christianitati à se nihil prætermissum, tam in commonendo alios ad concordiam, et succurrendum comuni neceßitati, q; etiam in sustinenda, cum summo suo, et Nepotis sui discrimine, hac calamitatis mole, oporteréq; tandem Mtem uram, cum ita sit ab alijs destituta, cogitare aliter de sua, et Nepotis sui, coniugq; Regnorum salute, deq; hac tempestate, qua Mtes uræ premuntur, aliorsum diuertenda.

Habet Mtas ura Serma, meam sententiam tumultuariam in his turbis, non ex more fortaßis huius seculi, quod totum est in fuco verborum constitutum, sed ex rei neceßitate et euentu. Nam ni tale aliquod calcar addet Mtas ura, his qui verbis duntaxat curam suam ostendunt erga Mtes uras, nihil efficiet oportunum, et se, Nepotemq; et Regna sua in discrimen, quod dns Deus auertat, adducet. Commendo meam humillimam seruitutem Mti uræ Serme, Quam dns Deus seruet diutißime sospitem et fœlicem. Ex Brzozow die xxvij Julij . M°. D°. xxiiij°.

Andreas Crizki Eps Premislien
Petro Tomicio epo Crac et Posnamien
& Regni Polonie Vicecancellario.

Rme in Christo pater, et dne dne benefactor graciosissime. Credo iam vram D. Rmam non ignorare, quantu hic sit incendiu, In quo ego iam Opidum Radimno, et villas plerasq3 amisi, De reliquis adhuc quid fiet nescio, nemo id non presagiebat futuru, priore hoste sic turpiter dimisso, vt prius scripsi. Nunc omnes, qua quisq3 potest, diffugiunt, et latitant, nec spes est vlla, vt coeant aliqui tam ex Infimis, q3 summatibus, eritq3 nunc, et ad hyemem vsq3 liberu hostibus, quidlibet patrandi, Qui ecia si nuc discedent, haud dubie paulo post reuertentur, Actu igitur est de his terris, et hoc vnico Regni vniuersi scuto.

Quanta aut sit hic perturbatio, quantus fletus, quata imprecatio, scribere no sufficio, Ego ad claudendam hanc terra Sanocen, me cum multis accinxeram, habuiq3 hominu meoru duntaxat, circiter duo millia. feciq3 vno die incidi syluas, et fossas fieri tales, vt ia bini hostiu sulci, ad eas venientes, non sint ausi vlterius progredi, Sic fecerunt dni, Sobyenski, et Bal, in parte sua, speroq3 q adhuc nos hic, et homines meos conseruabimus, Et si esset cuius ductu, hec et alia necessaria, hic facta fuissent, nihil laboraremus.

In hoc ecia Opidum Crosnense, cum plerisq3 nobilibus

veniens, et illud quasi in media pace dispositum reperiens, ita ad defensionem excitauimus, vt plura iam in tribus diebus tumultuarie sint disposita, quam alias, vt ipsi fatentur, in annis triginta, Sum hic igitur, vt puto, extra periculum. Sed tabescit animus spectaculo huius tragedie, et miserorum hominum fletu, cuius plena sunt omnia.

Multa essent scribenda, de sermonibus pernitiosissimis nostre effrenate Nobilitatis, sed pocius coram enarrabo, Credo quod iam tempus instat ruine nostre, Cui quidem solus Princeps, si ferocior esse voluerit, et nos vsque adeo ex arbitrio nostro non pendere constituerit, poterit obsistere, alioquin nulla est spes salutis.

Miror quod meus Jarosch tamdiu ad me non redeat. Commendo me humiliter R.me d. vestre, Quam dominus Deus seruet sospitem.

Rescribo M.ti Regie, super profectione hungarica meam sentenciam, et ipse, cum per hostes licebit, istuc reuertar. Iterum me humillime commendo. Ex Crosno, sabbato penultima July. M°. D°. XXiiij°.

Andreas Cricius eps Premislien
Petro Tomicio epo Crac et Posnanien
R. P. Vicecancellario

Rme in Christo pater, et dne dne benefactor graciosissie. Quantu hic damnu perpetratu sit, quantus luctus et moeror, vniuersam hanc ora occupat scribi no potest. In terra Premisliensi, exusta et abacta sunt omnia, Opidis aliquot munitioribus relictis, inter que, meu Radimnen, ter incensum iamqz ardens, nunctio, qui primu ad me accurrerat, videte, magno miraculo, et non nisi ope sancti Laurencii est seruatum. Occisi tame pleriqz mei homines, et armeta abducta, Huius eciam terre Sannocen, bona pars est deuastata. De alijs locis nondum mihi recte constat.

Hostes Dnico preterito vltimi Premislia reliquerut, eos, vel alios paulopost, nemo non predicit venturos, neqz cessaturos iam donec tempus suppetet, Hoc totu peperit pugna, cu prioribus neglecta, et commissa inconsultissime Exercitus administratio, quam, et alia consimilia, non aliter hic interpretantur, nisi eo fieri, vt hi, qui etate, opibus, industria, et fauore hominu, digni videntur, excludantur ab omni fortune processu. Hoc malu quantu ferueat sub hac calamitate, qz in priuate rei cura clametur vbiqz, vt ecia eius causa bellu dissutu credatur, scribere non suffitio.

Accedit ad hoc, q hec seditio Patriciorum, et Nobilitatis, que

aßidue gliscit in Senatores, permanavit ad rusticos, ita ut longe deteriora ipsi meditentur dnis suis, q3 illi maioribus suis machinatur, iamq3 haud dißimulanter hec fiunt paßim in his regionibus, Juxta est igitur dies pdictus, et adeße festinant tempora, Neq3 em desidia, et luxus noster, ambitio et cupiditas nra, licencia malorum et facinorum omnium, intestinaq3 discordia et emulatio, alium exitum habere possunt, q3 eum, quem videmus.

Ego die Lune proximo, Deo auspice, hinc solvere costitui, et recta ad Rmam D. vram proficisci, Fecißem id ocius, nisi die crastina convenire cum hac Nobilitate deberem, et de claudenda hac terra, et hominibus ad defensione disponendis, modum statui cuperem, anteq3 discedam. Jd nescio, si perficiam. Interim me gracie Rme D. vre humilr commendo. Ex Crossno die quarta Augusti. Anno Domini. Mo. Do. XXiiij.

Petrus Tomiczki Eps et Vicecancellarius
Sigismundo primo Regi Poloniae.

Rex ad Russiam contra Tartaros illam vastantes. tunc profectus fuit

ex Cracovia

Post discessum vrae Mtis, Nuncii terrae Samogitiae, ad me venientes, illorum nomine, a quibus missi sunt, summa contentione a me petiuerunt, vt eos apud vram Mtem precibus iuuem, in impetranda prorogatione eius causae, quae de donatione bonorum agitur, Rmo dno Vilnen Epo facta: quoad vra Mtas, curis huius temporis liberata et absoluta, in Lithuaniam se recipere dignaretur. Excusaui ego me quibus verbis potui ab hac, eiusce causae, actione. eosque dimisi spe vacuos, qui, vt vidi, satis aequo animo ferebant, id se apud me non obtinuisse, quod cupiebant, tamen post hac ad me delatum est, quandam perturbationem, et quasi quandam tumultuationem, ob eam causam, ibi exortam esse: Quae, his turbulentis temporibus, ne quid grauioris vrae Mtis actionibus afferat, et pariat, summa ope niti decet. Et praesertim cum talis sit, de qua nihil detrahi, vel diminui, siue immutari posse videtur, praeter hanc paruam moram, quae erit inter aduentum vrae Mtis in Lithuanicas oras. Sed tamen id, quod semel vra Mtas deliberauit et decreuit, post hanc ipsam moram, ad vitandum aliquod malum, inde exoriturum, interponendam, vt fiat, necesse est. Hac itaque re permotus, volui ad vram Mtem perscribere, ratus id mei officii esse, vt quod precibus illorum adactus, ab ea petiturus eram, nunc sponte orem, ea scilicet re adductus, ne

quid inde eueniat, quod sit, vt dixi, vr̃e M̃tis actionibus, aliquid difficultatis pariturum. Quod vt propterea facere dignetur, eciã atq3 eciã oro

Scribitur item à quibusdã amicis mihi, magnas isthic Tragedias contra me in populo, per quosdam excitatas esse, quasi suasu meo factum sit, ne Decretũ Concilii Piotrconien. de bello mouendo, executioni demandetur. atq3 inde tot mala, que hac tempestate Regnũ pertulit, nata esse, Ego Deum imprimis, ac vr̃am M̃tem, et item consciencia testor meã, me nullius vnq3 rei, que è re publica futura fuißet, dißuasorem, omniumq3 bonarũ rerum, que vnq3, me in his locis, Dei omnipotentis, et vr̃e M̃tis gracia, constituto et posito, acte sunt, pro captu ingenii suasorem et adiutorem fuiße, Et propterea, fretus innocencia mea, que me docet, nil conscire sibi, nullaq3 pallescere culpa, vr̃am M̃tem Dñum suũ clemẽtißimũ, summaq3 et perpetua veneratione obseruandũ, oro et obsecro, dignetur, tanq3 innocencie mee testis primarius, me auctoritate sua, ab hac iniuria tueri, et defendere, ne Maleuolorũ callide ꝑsuasiones, ad inflammandum contra me multitudinis odiũ conficte, tantũ valere possint, vt is esse existimer, eaq3 culpa notatus, que Reipublice detrimẽtũ afferat, à qua sum penitus alienus. Gracia vr̃e M̃tis, tantũ, in hac re ꝑficienda, valebit, vt nihil sit mihi metuendũ, quod innoxio officere possit. Cui me comendo, et opto, vt viuat foelix et incolumis,

Petrus Tomicki Eps. et Vicecancellarius Christophoro Szidlovietio Palat. et Capit. Crac. Regni Poloniae Cancell.

MAgce dne, dne et amice honorandme. Valde male libenter audivi Thartaros, tam magna preda, vt dicitur, onustos, incolumes euasisse, Quamquidem incolumitatem, vt audio, paucitas nrorum eis peperit, qui credentes dnm Duce Constantinum secum ducere tantum exercitum, qui cum nostris coniunctus, tuto cum hoste dimicare potuisset, ipse quoque dns Dux Constantinus, de nris, ea spe fretus, alacri animo ad rem gerendam profectus est. Cum aut ad rem ventum est, et Copie vltro citroque conuenientes, perlustrare tur oculis, multoque pauciores, quam opinio ferebat, inuente, omnem spem, rei bene gerende, ademerunt, hostemque cum maximo nro detrimento redeuntem, omni metu liberum dimittere sunt coacte, De futuro aut vitando periculo, si ita est, quod hostis iterum instauratis et auctis viribus, Regnum inuadere molitur, nihil dubito vras D. cum Mte dni mei, et modum et consilium inuenturas esse, quo eius impetus reprimi posset. Nos aut qui domi sumus, sedulo id agimus, orantes, vt Deus optimus maximus, Mtis Regie, et vrarum D. actiones et vota ita prosperet, quod post ammissam bellice laudis famam, et post eas calamitates, quas Regnum accepit, et famam et gloriam, cum spe futuri premii coelestis, recuperare valeant, et in domos suas redeant cum Thriumpho.

Quod ad profectionem plebis cum Nobilitate attinet, ego in ea essem sententia, vt plebs ipsa domi contineatur, donec Maiestas Regia certo didicerit de reditu hostili. Si enim hostis non imminet, et hij relictis Domibus profecturi sint, et sibi ipsis valde incomodabunt, et hijs per quorum bona profecturi sunt. Rogo tamen cum primum vestra Maiestas pro certo cognouerit hostem aduentare, dignetur me literis suis facere certiorem. Ego vero omni mora posthabita, et ex villis et opidis meis, et Cleri mei homines iam paratos et designatos, mox ire iubebo. Me vestre Maiestati ex animo comendo, et cupio illam foelicissime valere. Datum.

Lucę de Gorka Castellano Posn.
et Capit. Maioris polo. generali
Petrus Tomicius Eps Crac. et posn.
et Regni poloniae vicecancell.

MAgce dne, dne et frater honorandissime. Post has prius scriptas
lras, quas cum presentibus vra Magcia accepit, nihil ab Re-
gia Mte, ad nos allatum est, hoc tamen certum est, Mtem
suam, postquam Leopolim venit, constituisse, vt exercitum vltra
Leopolim aliquot miliaribus promoveret. et ita factum
est. Illic enim Mtas sua, et hosti formidolosior est, et faci-
lius Exercitum instructum et ordinatum, intra vallum, siue
intra currus, claudere potest, et à damnis patrandis
arcere, et ad obedienciam redigere, omni licencia repulsa,
que andaciam rapine exercende, insolentibus hominibus
prebet.

Dns Palatinus Siradiensis Nudius tercius huc veniens,
omnia hec mihi exposuit: que vra quoque Magcia relatione
Andree Zakrzewski accepit, hoc solum aliter narravit
de Rege Galliarum Christianissimo, quod nihil minus cogitat,
quam vt hanc perniciosam Lutheranam sectam sectetur.
Vult autem hunc rumorem passim, dedita opera, circum-
ferri, quasi velit eius Sectator esse, vt hosti suo Caesari
Carolo, incuciat terrorem, qui multo magis diffidere co-
geretur Germanie erranti, postquam crederet eam, tantum,
tamque potentem asseclam in hys Lutheranis erroribus
habere. Sed re vera, sicut nomine, ita et re ipsa, vt
dicit dns Palatinus Siradiensis, est Rex Christianissimus.

De filia aut Regia natu maiore id refert, q Rex ipse Galliae, vellet eam despondere Scotorum Regi, quem ait in sua esse potestate.

De aliis quoque Matrimoniis, vltro citroque contrahendis refert, illius Mtem Christianissimam, in ea sententia esse vt perficiantur.

Quod ad eum articulum attinet, de quo vra Matia scribit. Multos scilicet nostrates id moliri, idque cupere, vt bona Ecclesiastica adempta, ad vsum defensionis conuertantur. Illos aut id potissimum conari scribit, quibus Luterani errores sunt cordi, Ego vero super hiis rebus cogitando, nihil aliud assequi possum, nisi vel eos id meditari et parare, qui decoxerunt, bonaque sua obligauerunt, vel qui inexplebili cupiditate torquentur, aliena rapiendi et depredandi: sorte sua, ob immoderatam vim auariciae, non contenti, vel qui sunt, et semper fuerunt, egestate et inopia constricti, eamque iam tandem pertesi, cogitant quibus modis, quibusque artibus; nulla salutis et honestatis ratione habita, ab hac ipsa perpetua inopia, se, se vindicare possint, et qui nunquam Reipublicae vsui fuerunt, nec esse possunt, Tamen ego in ea sum sententia, q religione Christi in hoc Regno vigente, per quam stat, et stabit, nihil vnquam nequitia horum poterit, qui sub praetexto defensionis id cogitant, quod sine controuersia Rem ipsam publicam funditus esset subuersurum, Quorum malicia, et hic et in futuro vindictam non euadet; quae quanto diucius differtur, ob id differtur, vt resipiscant, et in meliorem se frugem recipiant: quando quidem tarditas vindictae

supplicii granitate, compensari solet.

Quod aut vra Magcia meminit amoris mei, erga se, et liberos suos, ostenditq3 id sibi pergratu, et per q3 iucu-dum esse; nihil vnq3 de me, vram Magciam in hoc opi-nio fallet. Cum enim in eo statu sim, vt propriis li-beris caream, natura ipsa Mater omniu reru ad hoc me impellit, cum sit amor omnibus hominibus à na-tura inditus, vt alienos saltem amem, ppriis carens. Pocius aut ii amandi sunt à me, quibus debeo amo-rem, iure sanguinis id suadente, quoru mores et probi-tas id postulat, et requirit, vt non solu à Consangui-neis suis, sed ecia ab extraneis, qui virtute pre'stant, amentur. Bene valeat Magcia vra, et me habeat sibi charu et commendatum. Datu Crac.

Petrus Tomiczki Eps Vicecancellarius Luce de gorca Castell° Posn: Capit° maioris polonie generali.

MAgce dne, dne et frater honorandme. Post discessum à nobis vre Magcie, Tabellarii, allate sunt ab Regia Mte lre, quibus scribitur suam Mtem relicta Javorow, cum Exercitu, Leopolim se recepisse, obruitur sua Mtas infinitis querelis Incolarum illius terre, quibus reliqua pars victus, que post predam, per Thartaros abactam, superat, ab his eripitur, qui illuc ad defensionem eorum conuenerunt. Qui igitur a vi tutatum venerunt, ipsi vim tam copiosam afferunt. vt maluissent Mtem Regiam non venisse, qz se defensorum rapacitati obnoxios esse.

Fuerunt inter Nobilitatem, per vicos dispersam, varie consultationes, vel cetus potius, ad, nescio quas res, aggrediendas, quibus, hac, Leopolim versus, profectione, facultas prerepta est. Mtas enim Regia decreuit in Colle vicino Ciuitati Castra metari, quibus clausis no erit tanta audacia, ad tractatus noxios publice conueniendi, qui non nisi clam agi consueuerunt.

Agitur aut inter eos, vt iam ibi constituatur, et decernatur, qualis, et quibus modis, instituenda sit futura defensio, vt omnibus rebus determinatis, designentur aliquot ex omnibus, ad futurum Conuentum mittendi, Qui exposita

rerum eiusmodi serie apud illos, qui ex terris Maioris Polonie conventuri sunt, tandem consentientibus animis, concludant id, quod paci et tranquillitati, ac imprimis prohibendis, futuris periculis, à tanta potencia hostili imminentibus, de qua iam omnes non dubitamus, videbiter expedire.

DE Thurcis et Tartaris varie sunt sentencie, Scribunt alii Thurcas, traiecto Danubio iam ad ea loca pervenisse, ex quibus facile in terras Regni, vel Lithuanie, irrumpere possent, Alii ferunt eos ad ripas Danubii, ab illa parte manere. Tamen, utcunque est, non est dubium, eos validum ducere exercitum, sed tamen ad occasionem rei gerende respectum habere.

Idipsum quoque de Thartaris affertur, quos alii propius, alii vero longius distare ferunt, et numerosum exercitum habere. Non est quidem verisimile Thurcas, sub hoc hyemis tempus in exercitu, diu posse manere, Sed de Thartaris maior timor ingeritur, quos constat plerumque sevissima hyeme, in armis versari solitos esse.

Non est eciam verisimile Exercitum nostrum diu in illis oris teneri posse, partim propter inopiam victus, partim vero propter querelas eorum, quibus future hyemis aufertur victus, quo et suam, et pecorum famem per hyemem eximere possint.

Allate sunt eciam littere Summi Pontificis, quibus in tanto rerum Christianarum discrimine, denunciat se velle id agere,

quod ipsis pacandis conducere posse videatur, hortaturq3 Mtem Regiam, vt aliquos ex Prelatis Regni illuc mittere dignetur, qui ad consultandum his de rebus idonei essent viri, graues, docti, et bene morati.

Scribitur item ex Italia, Imperialem exercitum in Galliam, vsq3 Massiliam versus penetraße, Cui obuiam Regem illum, cum ingenti exercitu venire ferunt, et ita constituiße, vt illo profligato Genuam petat, Qui si ibi rerum potietur, toti reliquae Italiae, hunc metum incussurum esse, vt eam sit peruasurus et in suam Ditionem redacturus. Cuius aduentum, et Regnum Neapolitanum, ob violentam Hispanorum dominationem, magnopere cupere dicitur. Rex autem ipse Galliae, quia vxore orbatus est, multo erit propensior ad bella illa gerenda, ex quibus sperat se omnia impendia, et presencia et futura, quae in bellis fecit, recuperaturum esse.

Haec sunt, quae hoc tempore vrae Mateti perscribenda visa sunt, vt, quoad fieri poßet, molestias praesentis temporis, ea reuoluendo, lenire posset. Posthac quoq3, quicquid erit scriptu dignum, faciam vt sine mora sciat, Et interim bene ac foeliciter valeat, ac me more solito, fraterno amore prosequatur. Ex Cracouia.

Petrus Tomicius Eps Cracovien et Posn
Luce de Gorca Castellno Posnamien Et
Capitaneo maioris Polonie generali.

Mage dne, dne et frater honorande literas vre Magcie plenas iustissimi desiderii, in eum Reipublice statu, qui sine vlla controuersia legitimus esse deberet accepi, Fatetur vra Magcia id, quod ego quoqz semper sensi, q Status nre Reipublice, nulli hostium excursioni obnoxius esset, nisi domestice discordie, vel pocius tumultuationes eßent impedimento; que omnium malorum que fiunt, causam prebent, Noui ego semper talibus in rebg vre Magcie animu et consiliu, q ab illoru consiliis nuqz abhorrebat, qui futura incommoda preuidentes, ad eas res omnes, neruos ingenii sui intendere no dubitabant. vt ea ipsa mala impendencia prohibere, et propulsare possemus. Dabit fortaße dns Deus salubrius consiliu, quo post tot calamitates consencientibus ia animis, omnes id statuere et decernere valeamus, quod sit vtile et honestu futuru, qui propter peccata nra pmittit, vt Infideles et hostes, eius sæuicia et crudelitatem, in nos exercere posset. semperqz vult misereri, si eius auxiliu supplices orare et implorare no desinamus.

Quod ad istam inuasionem hostilem attinet, de qua nunc timor est, graciaqz cuius probibende Mtas dni nri in Rußiam se recepit, nihil certi habeo, quod sim vre Mgcie

scripturus. Non est quidem dubium Exercitum Thurcorum non longe à Danubio ex vtraqz parte abesse, Qui etiam senciens de hac Mtis Regie profectione substitit, expectans occasionem id quod proposuit exequendi; Tamen si hoc Mense se continebit ab inuasione, non est verisimile, postea numerosum exercitum in Russiam excursurum esse. Continebit tamen Mtas Regia omnem hunc exercitum, quem et ex equitatu, et ex peditatu collegit, donec omne tempus suspectum preteribit;

Quod vra Magcia mihi gracias agit, q no defuerim filie eius in necessitate, non oportet proinde mihi gracias agere, nam id agens, videor facere officium meum, qui et filie, et filio vre Magcie, cum ex debito ac vinculo sanguinis, tum ob eorum dotes et virtutes, vbi et quociens opus erit, paratus sum omnia facere, que ab amico iure prestari debent.

Nihil nunc preterea habeo, quod vre Magcie scribere possim. Si quid aut postea venerit, quod sit scripto dignum, faciam mox vram Magciam de omnibus certiorem. Cui me ex animo comendo, et opto, Vt eum suis omnibus, bene et foeliciter valeat. Datum.

Petrus Tomiczki eps: Vicecancellarius Sigismundo primo regi Polonie.

SErme Princeps, et dne dne clementissime, Milites mei Mercenarii, quos cum vra Mte ad bellu misi, ad me intimarunt, sibi esse Mandatu vre Mtis nomine, vt singuli eoru in propria persona starent inter ordines terrestres in suo loco, qui eis designaretur ab eo, qui exercitui preerit. Credunt aut si ita fieret, id eis valde graue, valdeq3 difficile fore, nec posse vtriq3 rei satisfacere. Cum aut ego quoq3 intelligam non sine magna grauitate id esse futuru, si cogerentur ad hanc bipartita expeditionem, supplico humilr Mti vre, dignetur ea gracia ipsis impartiri in hac ipsa expeditione, qua vel aulicis, vel aliis suis Mercenariis facere solet, vt milicia ex bonis suis debitam, simul cu ea milicia, ad qua stipe conducti sunt, implere et exercere possint. Si em hac spe frustrabuntur, quam se me petente consequi credunt, et ego frustra pecuniam impenderem, et Mtas vra tot se seruitoribus, vtriq3 necessariis, in pnti publica calamitate priuaret. Gracie vre Mtis me commedo, pro cuius foelici et incolumi statu, cum toto Clero, Deum omnipotentem, sedulo oro. Datu.

Petrus Tomiczki Eps. Vicecancell.s
Andree Cricio Epo Premisliensi.

Rx Me. etc. Ago vre Pti gracias, q ea, que vel fiut istic, vel aliunde afferuntur, mihi significare dignatur. Na prope omnes, qui domi sunt ad me recurrunt. ac de successibus reru moderni temporis a me petunt, quibus et aduersa molestia pariunt et prospera laeticia.

Quod attinet ad eas querelas hominu, qui nescio, quo spiritu inflati de me queruntur. quasi ego causa essem, vt Decretu Conuetus Piotrcomien, de bello mouendo rescinderetur, et irritaretur. Ego quid dicam, quidue agam nescio, cu intelligam rem non esse facilem, imperitam multitudinem ab his querelis prohibere, quas in omni infoelici Reipce euentu, ita inuenire antiquitus consueuit. vt post hominum memoria nihil vnqz acciderit, qd no alicui hom, qui Reipublice presunt, ascribatur, vel no in quempia eoru reiiciatur. Ego non possum cogitatione assequi, quid de his rebus sencia aliud, qz ea, que fiunt, temporu culpa agi, que semper alternis vicibus succedunt, modo secunda, modo vero aduersa vbiqz afferendo.

Ista mea Milicia, quam misi cum Regia Mte, ad me questu misit, q iussa sit stare inter ordines terrestres, cu eo numero equitu, cu quo ex bonis suis inerunt. Hunc aut equitatum, qui est mercenarius ibi esse velint, vbi Prefecti Exercitus eum collocarint. Scripsi ego Mti

Regie id intollerabile esse, nec eos vtrique rei, vllo parto
satisfacere posse, et rogari, vt ita cum eis agatur, sicuti cum
his agitur, qui vel aulici sunt, vel simili aere merent.
Vestra vero pietas, dignetur apud suam Maiestatem eos iuuare
vt sint voti compotes, qui alioquin referunt in omni sua
necessitate ab ea se auxilium, et defensionem implorare.
nec se spe sua frustrari solere. Ego vero Procuratori
meo iniungam, vt in bonis meis sinat eos viuere, qui si
sine alieno incomodo viuere non possunt, vt potius mihi
et meis incomodent, quam aliis, qui de me posthac inde sume-
rent querendi occasionem. Bene valere opto vestram Pietatem.

Rex cohortatur Regnicolas ad sumenda arma contra Tartaros: qui abeuntib[us] e regno Turcis Russiam inuaserant.

Sigismundus etc. Vniuersis et singulis Palatinis, Castellanis, Capitaneis, et quibuslibet aliis, terrestribus dignitatibus et officiis insignitis, nobilitatisq[ue] primoribus, et aliis omnibus subditis meis, in terra et Districtu vbilibet consisten, ad quorum noticiam p[rese]ntes l[itte]re mee p[er]uenerint. sincere et fidelibus meis dilectis. Graciam meam Regiam. Magci, Generosi, et Nobiles, sincere et fideles mei dilecti. Jam manifestum est vobis, q[uod] afflicta sit hoc tempore Respub[li]ca n[ost]ra. et quo in periculo versatur, Duo potentissimi exercitus Thurcorum et Thartarorum pagrarunt, easq[ue] ferro et igni crudelissime vastarunt, edoceurq[ue] ab Exploratoribus meis, q[uod] tercius exercitus hostium p[ro]pediem fines Regni mei sit ingressurus. et simile Dnia n[ost]ra deuastaturus. Co[n]stat vobis, vt con[tra] impetu[m] primi exercitus hostilis, mutuo recepta peccunia, eu[m] numeru[m] Militu[m] mercenarior[um], que[m] maiore[m] illo t[em]p[or]e potuimus, co[n]duxis, et cu[m] eo Aulicos n[ost]ros, aulasq[ue] nonullorum Dnorum expediuis. Nu[n]c tanta necessitate nos, Regnumq[ue] n[ost]rum obueniente, hinc versus Sandomiriam, in Dei no[m]i[n]e, cum his q[uo]s habere poteris, egrediemur. p[er]sona[m] meaq[ue] Regiam, et o[mn]es vires meas con[tra] eos hostes exposituri, daturiq[ue] op[er]am, vt nos Regnumq[ue] n[ost]rum tueamur. Quapropter vos hortamur, postula[n]tes, vt mox visis p[rese]ntib[us], arma capiatis, et equos co[n]scedatis, et ad Mag[nifi]cum Nicolaum de Dambroniza Castellanum Crac, et Exercituum Regni mei Capit[aneum] g[e]n[er]alem, aliasq[ue] Gentes meas, Leopolim versus p[ro]ficiscamini, vt Regno periclitanti subuenire, et vim hostium reprimere, eosq[ue] cum Dei o[mn]ip[otent]is, qui suos nunq[uam] deserit, auxilio,

profligare vna nobiscu possitis. Facturi pro virtute vra, proq3 patrie salute, et gracia nra. Datum Cracouie, die Dnico proximo, ante festu Sancti Laurencii. Anno Dni. M.º D.º xxiiij.º Regni nri xviij.º

Edictum: vt Nobilitas: decimum quemq: ex colonis: ad bellum expediant.

Sigismundus, etc. Vniuersis et singulis Proconsulibus. Consulibus, et Comitatibus Ciuitatum et opidoru, ta nrorum Regaliu; q3 ecia subditoru nroru in Regno nro, et presertim in terra et Districtu vbilibet existenciu, fidelibus dilectis, gracia nram Regia. Fideles dilecti. Ja non est vobis incognitu, q3 afflicta sit hoc tempore Respublica nra, et quo in periculo versatur. Duo em potentissimi Exercitus, Thurcoru et Thartaroru, terras Russie pagrarunt. ferroq3 et igni crudelissime vastarunt, edocemurq3 ab Exploratoribus nris, q tercius exercitus hostiu, propediem fines Regni nri, sit ingressurus, et similiter Dominia nra denastaturus. Quapropter nos nolentes pro debito officii nri, saluti ac defensioni Regni, et subditoru nroru deesse, omne Miliciam et Nobilitatem monimus, ad occurrendu et arcendu impetu hostiu aduenienciu. Insup decimu quemq3 homine magis valentem et robustu, ex omnibus villis tam nris, q3 subditoru nroru expedire iussimus, ad hanc comunem

necessitatem, Nos ipsi eciam hinc egredimur, persona nostra Regiam, omnesq3 vires et facultates nr̃as, pro salute et conseruatione Reipublice exposituri, daturiq3 opera, vt nos Regnumq3 meum, cum Dei auxilio tueamur. Vobis vero mandamus et seuerissime precipimus, vt mox visis p̃ntibus, decimum quemq3 hominem peditem valentem, et armis necessariis instructum, de Ciuitatibus, opidis, et bonis in Iure vr̃o Ciuili consistentibus, omnino expediatis. vel adhuc in maiori numero hominum, si potestis, presentissimo Regni periculo alacriter subueniatis, et eosdem vr̃os homines ac gentes, apud   pro feria secunda ante festum sancti Bartholomei proxima statuere, et representare curetis: Ita expensis necessariis et viatico prouisos, vt inde quo necessitas postulauerit, vlterius absq3 damno et incommodo subditorum meorum proficisci, et hostibus se viriliter opponere possint. Et ne aliqua Ciuitas vel opidum de premissis sua ignorancia pretendat, volumus et mandamus, vt vna Ciuitas ad aliam sibi viciniorem, et vnum opidum ad aliud sibi vicinius, p̃ntes meas lr̃as, post earum lecturam q3 primum transmittat, vltima vero Ciuitas vel opidum illas loci Capitaneo representet. sub omnium bonorum suorum ammissione non aliter facturi, Datum Cracouie die sancti Laurencii M°. D.° XXiiij°. Regni vero mei anno Xviij°.

Responsum Dnorum Lituanorum regi datum De mittendo nuncio ad Cesarem Precopensem cum muneribus.

SErme Rex, dne nr clemetissime. Quod sacra vra Mtas respondere nobis dignata est super lras meas, quod, quantum attinet amiciciam Mtis vre cum Imperatore Precopien, visum est Mti vre, cum eo in amicicia esse, ac munuscula illi transmittere, eo modo, quo pacto tempore olim patris Mtis vre Cazimiri Regis, Imperatori olim Mingirei Menkyrey, mittebatur. Et visum est Mti vre, vt mittatur ad eum in legatione cum munusculis predictis, Notarius vre Mtis Andreas Mazkowicz. Que vero munuscula mittenda sint, hec nobis in Regestro scripta Sacra Mtas vra nobis transmisit, Domino quoque Thesaurario mandauit vra Mtas, vt munuscula eiusmodi compararet. Cum hoc denique scribere nobis dignata est vra Mtas, scripsisse vre Mti dnm Eustachium Daschcowicz Capitaneum in Czerkaßii et Canyow, quod Nuncius Imperatoris Thurcarum in Castris Pierecop et Ozakow. Oslam sultanum locauit, visum est itaque Mti vre, ad ipsum Oslam soltan, specialem Nuncium cum munusculis delegare, ad salutandum eum in eo loco, atque ad adhortandum eum, vt ipse recordatus gracie vre Mtis, in necessitate sua sibi prestite et ostense, Mti vre amicus sit, Munuscula aut, que illi mittenda essent, similiter in Regestro descripta, misit nobis Mtas vra, atque madauit, vt cum eis, ad eum, aliquem dignum ex Curiensibus Mtis vre, per nuncio trasmitteremus.

Visum est itaq3 nobis Servitoribus Mtis vrę, q ad obeundum hoc vrę Mtis obsequium, mittendus est Curiensis Mtis vrę Nobilis Hleb Jasman, Nam is et antehac istic in Thartaria à Sacra Mte vra pro Nuncio fuit, et mores gentis illius iam non ignorat. Nihilominus intelleximus ex hijs Regestris, quę ad nos Mtas vra transmittere dignata est, q minora munuscula Oslamsoltano descripta et nominata sunt, q3 huic alteri, puta Sabath kirio Impatori, Reneva ipse, et Nuncium Mtis vrę, ad ipsum Sabatkirei Impatorem non pmitteret, et munuscula ipsa ab eo adimeret, quia ipse degit in hostio vz in Castro Pierecop, per quod omnes transitus occupauit, q nedum homo, verum et canis Ordam, sine terra illius preterire non potest: sed cogitur vnusquisq3 per Castrum Pierecop, idq3 sub bono testimonio transire. Inde igr Mtas vra manis damnum susciperet, et ad inimicicia prouocare eum posset, à Satbkirerio vero Impatore amicicia lucrari non posset. Verum nobis seruitoribg Mtis vrę videtur, q cum ipse ęqualis ei Impator factg est, iam et munuscula ęqualia illi mitti deberent,

Ne itaq3 res ipsa mora paciatur, mandauimus dno Thesaurario, q ipse ęqualia munuscula pararet, et hos Nuncios delegatos, quam cicius poßit, expediret, Cum hoc Sérme Rex visum est nobis Seruitoribus Mtis vrę, q propter pacem Dominiorum Mtis vrę, per predictos Nuncios, alloquédi essent prefati Impatores, si ipsi voluerint cum vra Mte in amicicia esse, et contra vnumquemq3 hostem vrę Mtis, auxilio vrę Mti eße; promittendum erit eis vtrisq3, idq3 secrete singulis annis dandum fore, per duo millia Duratorum. si puta hoc vrę Mti, ac Magcis dnis Consiliariis Mtis vrę

Regni Polonie videretur, dare propter pacem eorum à Regno duo Millia Ducatorum, hinc vero è Dominio vestre Maiestatis Magno Ducatu Lithuanie eciam duo millia Ducatorum in pannis.

Et cum iam ipsi Imperatores cum vestra Maiestate ita stare, et componere vellent, quod iam eciam ipsi Iuramentum corporale prestent, quod debent vestre Maiestati, ac Dominiys Maiestatis vestre amici esse, et contra vnumquemque vestre Maiestatis hostem, cum vestra Maiestate vno et eodem animo vniri, super quod, et inscripciones suas faciant, et Nuncios suos, cum Iuramentis suis huc ad Maiestatem vestram, eodem, quo, et Maiestas vestra, modo, fecit, transmittant.

Preterea eciam si ex se amiciciam aliquam erga Maiestatem vestram, ostendissent, alloquendi sunt, quod eciam inimiciciam in hostibus Maiestatis vestre, framea sua exerceant, et tandem post talia facta seruicia sua super hostibus vestre Maiestatis, rogent pro aliquibus munusculis Maiestatem vestram, puta, pro vestibus, vel aliquot centis florenis, Maiestas vestra visis eorum eiusmodi seruiciis, eiusmodi eciam munuscula eis recusare non dignabitur.

Visum est vero nobis Seruitoribus vestre Maiestatis hec munera tam parua eis vtrisque debere promittere, ea de causa, quia nunc ipsi sunt duo Imperatores, et fieri non poterit, quod vnus alterum, vel non expellat, aut non occidat. Si itaque vestra Maiestas vtrisque eis promittere deberet maiores summas, extunc, cum posthac vnus eorum in tota illa orda Imperator efficietur, solicitabit quod illi vno ea munera ex integro semper tribuantur, que dabantur duobus Imperatoribus. Sed cum ita parua munera Maiestas vestra eis vtrisque Imperatoribus dare promittere

dignabitur. tunc licet posthac. vtraqз hec munera illi vni, qui remaneret, Mtas vra tribuet, paru damni vre Mti efficeretur, è Regno Poloniae dare duo millia Ducatoru in auro, et ex altero Dnio Mtis vre, hoc vzt Magno Ducatu duo millia Ducatoru in pannis,

Si itaqз sacre Mti vre hoc ita consultu esse videbitur, dignetur Nuncijs suis Sacra Mtas vra informatione sua prebere, q iam ipsi, cu predictis Imperatoribus rem Mtis vre ita componant et tractent, quonia etia estimamus nunc cum ita istic Impatores duo sunt in vna terra, facilius posse negocia sua Mtem vram cu eis pagere, vnus coru ab altero cauens, et timens, ita quilibet coru libetez se se vre Mti acclinabit, vt sint amici Mtis vre, et in hijs paruis muneribus, libenter contenti erunt, Vestra vero Sacra Mtas, de tam frequentibus coru inquietationibg euadet, et difficultates pristinas no habebit

Preterea duximus significandu Mti vre. Dno nro clemetmo. scriptum esse ad nos à dno Eustachio Capitaneo in Czerkaßi et Canyew, q Satkirey Impator, atqз Oslam solthan, scripserunt illi, aggrauates sibi plurimu de Mercatoribus Cafensibus, per Cozakones de Czerkaßi, occisis, et spoliatis. pmittentes ob hoc velle venire ad depopulandu Dominiu Mtis vre, In quo eos dns Deus non iuuabit, Cum hoc deniqз scripsit nobis idem dns Eustachius intimatu sibi esse à quibusda amicis suis, q Impator Exercitu paratu habet, ita q vnusquisqз coru iam insidet equo. Nos itaqз qз primu hijs auditis, eodem tpe significauimus hoc oibg

subditis Mtis vre Magni Ducatus Lithuanie, q paratı sit,
Deputavimusqz eis locu in Pietrzikonize, cu alys lrãs nrãs
requisiti fuerint, q istuc conveniant. Nos quoqz servitores
vre Mtis in hoc sumus, vt cum primu audierig hos Infi;
deles hostes in Dominiu vre Mtis proficisci, tunc ad pre;
fata Pietrzikonize proficiscemur, hosqz hostes reprimere
conabimur, quantu nos dñs Deus iuvare dignabitur,
Nihilominus Sacra Mtas vra dignetur id circumspicere,
q cu olim Dux Constantinus cu exercitu vre Mtis aliquor;
sum proficiscebatur, semper tunc Mtas vra exercitu suu
providebat Curiensibus Mtis vre, qui ab Exercitu ad Custo;
dias mittebantur. qui sub Exercitu hostiu linguas acquire;
bant. Tormeta deniqz bellica in exercitu servabantur, et
Milites Stipendiarii, qui ea ducebant et providebat, Nunc
vero, ne vnusquidem Curien, nec vnu tormetu in exer;
citu erit, Quecumqz eni tormeta sive Machine bellice Mtis
vre Vilne, in Curia dni Episcopi Vilnen fuerut.
(. Hic non complevit sententia Notarius, quid de illis ma;
chinis factu sit, Estimandu est forte, q hoc no errore, sed
studiose factu est, vt subticeret, quis eas accepit .)
Et ita cum fuerimus in exercitu, non habebimus, per
quem custodias facere debeamus, per quem deniqz lingue
hostium aquerende sint, Si ecia hostis venerit contra nos
ad fluviu Priipiecz, difficiliter absqz machinis reprimen;
dus erit.

Retulit cora nobis Thesaurarius Sacre Mtis vre. q ipse
distribuit ex thesauro vre Mtis ad Quitancias citra octo
millia sexagenaru peccunie Curiensibq Mtis vestre.

Eiusmodiq3 Quitanciaru, non paruu cumulu cora nob
ostendebat, nunc vero nullum Curiensem videmus.

SAcra Mtas vra id circumspicere velit, qui fructus Mti
vre exinde est, q non pauca summa ex thesauro Mtis vre
distributa est, ad intercessiones illoru, qui non sunt vtiles
Mti vre, et nullum pro hoc est seruicium factum. Cum
forte iste peccunie nunc in vno loco fuissent, omnes istas
necessitates Sacra Mtas vra nunc adimpleret ex eis.
et nulla tandem difficultatem sola haberet. Tamen et
nunc Sacra Mtas vra, dns nr clementissimus, dignetur
ea in re deliberare, q Mtas vra dnm Capitaneu exercitu
gnalem, atq3 exercitu ipsu suu prouideat, tam Curiesibq,
q3 ecia machinis, et militibus stipendiariis tricentis, aut
quatuorcentis, ad ducendas machinas necessarias, vt cotra
hostem vre Mtis securiores esse possemus.

Quod em attinet Machinas leues, que ad ferendu cum
exercitu simul valerent, Mtas vra dns nr clemetissims
cu fuerat in hoc Dominio Mtis sue referre nobis dig-
nata fuit, q Mtas vra, fecit isthic Cracouie parare
Machinas leues Campestres, pro necessitate Dominii
huius, viginti, que solui debebant ex thesauro, huius
Magni Ducatus Lithuanie. Vnde Mtas vra prospiciens
necessitatem huius Dominiy sui, machinas eiusmodi ex
Polonia ad nos misit, et solutionem ex thesauro hoc
pro eis extradere demandauit.

PReterea q attinet Curienses, et Stipendiarios Grega-
rios ad ferendas et prouidendas machinas, si Sacre Mti

vrē dño mō clementißimo videretur, q̄ Mtas vrā non monens Nobiles Drohicen, Bielscen, Mielnicen, de locis eorū, mandaret ab eis Contributionē exigere, quam ipsi soli libenter offerrēt, et prēstabunt, de quolibet manso per decem großos, Pro hys pecunys eorundem, hominū aliquot certa conuenirenus, et Curiēsiū aliquot centū equos expedirenus, qui maius seruiciū Mti vrē facere possent, q̄3 Nobilitas Districtuū illorū.

Casu aut quo necessitas nō fuisset, statim milites gregarios possemus dimittere, Curienses vero transmitterenus in Kiouiam ad dnm Palatinū, Qui multo maius obsequiū ipsi Mti vrē facerent, q̄3 Districtus predicti. Et si eciā opus fuisset nos omnes ad Pietrzicowicze transire, Mtas eciā vrā Exercitū suū his rebus bene confortaret et puideret.

Qua propter si Mti vrē facere videbitur secundū hoc consiliū meū, et dignabitur eciā nobis inde Machinas aliqs transmittere, dignetur mandare scribere Mtas vrā ad dominū Mgrūm Stabuli Mtis suē, q̄ pro ducendis predictis Machinis in exercitu equos det, Et si cū hoc visū fuerit Mti vrē, super hys supra dictis districtibus Drohicen, Bielscen, et Mielnicen, à Nobilitate Contributionē pocius facere accipere et de mansionibus eorū eos nō monere, Mtas vrā, vt res moram non habeat, dignetur mandare dare pecuniā ex thesauro suo, pro quibus possemus Curien, et Milites Gregarios habere, Posthac vero in locū earū contributio illa ad thesaurū vrē Mtis imponeretur,

Hæc tamen omnia committimus, excellenti prouidencie,

atq3 ingenio Mtis vre, Quicquid illi pro meliori suo, ac Reipublice facere visu fuerit, ita Sacra Mtas vra Dnus noster clementissimus, efficere dignabitur.

Scire dignetur demiq3 Sacra Mtas vra, scriptu nobis esse, à Magco dno Palatino Kiouien, q Dux magnus Moschoru, homines Equestres et Pedites, misit nunc ad Castru suu Czernihow, robora quoq3 parat volens edificare, septem miliaribus à Kiouia super fluuio Dziesna, in bonis dni Palatini Vilnen in monte Ostra.

Scripsit insuper Factor dni Palatini Vilnen. de Lubiecz. q venturus est adhuc ad prefatu Castru Czernihow exercitus magnus. Cum quo venturi sunt tres Palatini, vzt Dux Boriis Horbathii. Dux Schzenya Iunenis. et Dux Alexander obolinski.

Adhuc preterea scripsit nobis dns Palatinus Vithebien, q Imperator Thartarorum Cozanski cu Duce Moschorum pacem iniuit. Jam, itaq3 no est illi cu aliquo amplius bellandu, nisi cu Mte vra, cuius multa iam iam signa apparent, quia multe ab eo, subditis vre Mtis in Confinibus illius degentibus, iniurie aguntur. Castra demiq3 sua in Dominio Mtis vre ponere et edificare intendit. Ita q, si Castru hoc prope Kiouiam, quod Deus auertat, edificasset, iam nullam nauim in Kiouia venire pmitteret. Ex eo tandem Castro, aliud Castru in loco dicto Vißehorod construere bene poterit, ex eo nullu hominem, etiam ex Lithuania ad Kiouiam venire pmitteret.

Et ergo Sacra Mtas vra Regia, circumspicere dignet:

q ipse ad annum hunc non alia de re cum vra Mte treugas pacis suscepit, nisi ut in terra Mtis vre Castra sibi edificaret, ex quibus tandem aliqua antiqua posset occupare,

Propter has itaqz causas, nobis servitoribus vre Mtis videret q vra Mtas dignaretur mandare Duci Slucen, Duci Heliae, et dnis Ducibus Luceorien et Volodimirien Capitaneis, aliisqz Ducibus, et dnis terre Volinen, ac Podoliis, istur ad Kioniam ire, et aliquandiu ibi commanere Casu, quo ipse Dux Moschorum vellet Castrum illud suum in illo monte edificare, q ipsi non permittant, et procul eum inde repellat. Dominus vero Palatinus Vilnen, iam eciam paravit Curiam suam, et cum hoc homines Pedites, quos mittere vult, q Castrum illud ipse tanqz in bonis suis construeret. Machinas ad hoc, pulveres et victualia parata habet. Dignetur vero Sacra Mtas vra eam in rem consentire, eo q non parum inde Sacra Mtas vra utilitatis susciperet, Primum quia supradicti Imperatores, audien exercitum vre Mtis in Kionia fore, et Nuncii Mtis vre tunc eciam apud eos fuissent, acclinabunt se se ad amiciciam Mtis vre, ad inferendum demum damna Dominio Mtis vre irruere non audebunt.

Sin aut aliquid eiusmodi et tentare vellent, nobis iam habentibus ante se talem exercitum, securius esset ad locum deputatum contra eos se se congregare.

Dux preterea Moschorum audito exercitu Mtis vre in Kionia non presumeret eatum Castra in Dominio vre Mtis exigere, eciam si vellet, populus iam ille Mtis vre non sineret,

Esto, q̄ eciam ab Imperatore Pierecopiensi, et Duce ipso Moschorum pax sit, vtique Mtas vra non modicum exinde vtilitatis haberet, q̄ Castrum illud dns Palatinus in loco tam nocivo et insecuro construet. Ex quo non parum sub; sidii Castro Mtis vre Kioniensi fuisset in custodia ab ipso hoste Duce Moschorum, et in alijs rebus. Illis vero Ducibus et dnis, parum ex inde difficultatis et more fuisset, quoniam iter non remotum, victualia vero facillime sibi possunt per aquam navigio transmittere in Kioniam, quo istic aliquo tempore existentes vivere possint.

Cum vero id Mti vre secundum consilium nostrum ita fare; re videbitur, dignetur mandare scribere lras suas prefatis Ducibus et Dominis, q̄ ipsi fiant in Kionia post festum Nativitatis Marie, ad summum in vna septimana. Et nos quoque si audierimus impetum à Thartaris et Moschis pro illo termino esse conaremur in Pietegiconize, Vra Mtas dns mr clementissimus id scire dignetur.

Postremo Serme Rex, quod vra Mtas dns mr clementissimus scribere nobis dignata est, si nobis visum esset de iniurijs his, que subditis Mtis vre aguntur, aliquem ad ipsum Ducem Moschorum, levem Nuncium mittere, q̄ vre Mti in hoc responderemus. Notum est Mti vestre, q̄ vra Mtas non semel iam Nuncios suos magnos et leves ad eum transmittebat, q̄ ipse se se erga vram Mtem con; servaret, secundum Inscriptiones treugarum pacis, et in; iurias subditis Mtis vre inferre non faceret, Ipse aut nunquam verbum, ac iuramentum suum Mti vre servavit.

semper maiora et maiora damna subditis vrē Mtis
fecit, Imo verius maiora, duratibq ipsis treugis pacis,
q3 durante bello. Igitur frustra est nüc vrē Mti prē;
fatū leuem Nuncīū ad ipsum mittere, quoniā ipse sup
hac missione nihil faciet, Sed pocius dignetur iā Mtas
vrā mandare tenutariis Mtis vrē confinia habētibus, Si,
casv, quo Moschi spolia aliqua subditis vrē Mtis inferret,
q ipsi vicenersa pro suo simile accipiant, Factoribusq3 ip;
suis Ducis respondeant, id pro suo fecisse, et exinde sibi
res, suic spolia eiusmodi mutuo restituāt, Datū Vilne
die X. Mensis Augusti, 1524

Andreas Kricius Eps Premislien
Petro Tomicio Epo Cracouiensi et
Posnamiensi: Regni Polo^c vicecancell^o

R:me in Chro pater. et dne dne benefactor gracio^me.
Ego vt scripseram R:me D. vre die Lune ex Brzozow egressus, hesterno die huc applicui, Vbi intellecto Regio discessu, plurimum anxius fui, nesciens quo potissimum iter prosequerer, cum à R:ma D. vra, nulla prorsus significationem habuerim, donec dns Zamoszki istinc rediens, dubium animum sua psuasione huc impulerit, vt nuc pocius iitem Reginam sequerer, q3 istuc proficiscerer. vnde post longo cruciatu esset tamen Mtas sua sequeda. Sequutus itaq3 consilium ipsius, vado hinc ad nouam Ciuitatem, bodie illic cum Mte sua conctur.

Habui Nuncium ex Leopoli sabbato pximo egressum, qui refert nros omnes qui illic erant pridie illius diei discessisse, et hostem maiori q3 dici potest preda onustum insequi, conuenireq3 cum Duce Constantino debere, et suppecias item à Moldano sperare. Que si vera sut, spero ex pessimis rebus nonnihil boni exitus.

Mi R:me dne molestissio sum animo, q facultas videndi vram R:am D, quod vnicum erat meum desiderium et solatium, hoc euetu mihi sit intercepta. Spero tame mutato fortune vultu, me breui cum Mte Regia istuc venturum, cuius hec motio, vtinam pficiat aliqd: quod ego diffido, sciens tantam esse insolenciam et vecordiam nre Nobilitatis, vt donec in ordinem et obedienciam debitam non redigatur, nihil prorsus sperare possim, boni aliquid cum illa geri posse. In rebg tame deploratis oia tetare no nocet.

Comendo me gracie Rme D. vre. Quam dns Deus semper seruet sospitem et foelicem. Ex Tharnow die XI Augusti.

Mo. Do. XXiiijo

Cricius Tomicio.

R Me in Chro pater et dne dne benefactor gratiosissime, Veni huc, cum maximo rerum mearum dispendio, Et quamvis Mtas Regia videtur habere non vulgariter gratum meum aduentum, maluissem tamen vel continuisse me adhuc in bonis meis, vel esse cum D. vra Rma; quam in hoc rerum omnium chao et meris fumis versari, nisi heri venisset à dno Marsalco Curie optimus Miles Borowski, vsque huc nihil quid illic agatur scivissemus, Nunc igitur de Thartaris hoc certum est, illos incolumes cum tanta preda, quanta dici et deplorari non potest, abiisse.

De Thurcis, qui aduentare ferebantur hoc vnum scimus, quod nihil scimus, nemo est, qui hoc curet, ex quo et consilia et omnis actio dependet, Indiget Ciuitas Leopoliensis, indiget arx Camenecz presenti et celerrima prouisione, Ea tam nobis cure est, quam olim esse consueuit. Conuocati sunt hic aliqui Nobiles ostentandi duntaxat causa, et hi in villis Sanctuariorum positi, expilant miseros homines, non secus, quam hostes. Quid sequetur nescio, Sed et vtinam hec nescirem. que scio.

Mi Rme dne, significauit mihi dns Marsalcus Curie

quo factum sit, vt nullum bonum seruicium fieri potuerit ex
eorum post hostes profectione, Quod vtique fieri potuisset in
parte; Nam de conflictu, frustra erat quicque tentandum meo;
rum paucitate. Sperabat Dux Constantinus nostrum Impe;
ratorem melius esse comitatum, et noster illum itidem, Vterque
vero longe minus opinione apparuit, Id ego prædicebam
futurum ex priore successu, Nunc in eo sumus, vt hec motio
bellica procedat, duretque per omne tempus suspectum, in
locis designatis, in perniciem hominum, et maiores cla;
mores exaggerados. Quicquid agent describam semper
omnia D. vre Rme, Que optime fecit, quod Militem
suum hic habeat, nam preter rem piam, et ab omnibus
laudabilem, eciam bonis suis tutelam fecit presentissimam.

Commendo me gracie vre D. Rme, Quam dns Deus
seruet semper sospitem et foelicem. Sandomirie XVij
Augusti. M°. D°. XXiiij°.

Scheda inclusa

Rme mi dne. Persuasum habeat Rma D. vra, me illius
honorem et omne bonum, vel meo ipsius habere pociorem.
Et proinde non possum facere, quin ea que sciam illi declare.
Sunt hic perniciosissimi rumores de dissuto bello gnali.
et nunc post damnum, dimidio Regni moto, sero scilicet,
et in perniciem omnium harum parcium, Hec tota culpa deri;
uatur in vram Rmam D. modis et circumitionibus va;
riis et manifestis, tum per se. tum per submissas per;
sonas, per eos qui maxime illi adesse deberet, quando;
quidem communis res vtriusque agitur. Sique hic tatum

cogitaret de conseruanda Camyeniecz quantum in rus
musculis aucupandis, et animis hominum conciliandis,
aliosqz in odium inducendis, non laboraremus. Mira mihi
quotidie nunciantur, que scribi non possunt, quibus ego
eisdem artibus resisto, quantum possum. Nam mi Rme
dne, quid preciosius est, bona fama, et fauore hominum.

Cricius: Tomicio.

Rme in Chro pater, et dne dne benefactor graciosissime.
Venit hesterno die, dns Castellanus Lublinen ab Impe-
ratore exercitus, refert ex Responso Palatini Moldanie,
Thassulam cis Danubium esse, et gentes circum se in ca-
pis suis congregare, ac omnino ad nos irrumpere debere.
Quapropter censuit dns Palatinus pro ipso Imperatore
mittendum, quod non esse illi videtur, cui gentes, que hic
congregantur committi possint, Nemo est aut, qui cum illo
absqz Mte Regia proficisci velit, Et proinde cogemur
fortasse omnes in Campum progredi,

Ego ad quid huc venerim nescio, neqz enim aliquibus sum
satis ex sentencia, Quod non admodum curo. Neqz enim
paruitatem meam, cum illorum amplitudine et existimacoe
comutarim.

Milites vre Rme D. eundem apud illos fauorem, que

ego, experiuntur, Non permittitur illis hoc, quod permitti-
tur alijs, Calumnijs varijs afficiuntur, de quibus se
purgare coguntur assidue. Non dubito si ita cum illis age-
tur, et inhonestos apparituros cum opus fuerit, et in per-
soluendis damnis, damnum ingens Rme D. vre futurũ.

Non potui obtinere, vt tempestiue statueretur, quid de
Duce Masouie, et ruthenis mouendis sit agendum, In vtroqz
adhuc deliberatur, Et proinde nihil eciam certi vre Rme
D. scribere possum, Cui mitto copiam Responsi Molda-
vici superbi quidem, sed ad ignauiam meam appositi. Et
commendo illi ex animo, causam huius iuuenis, meqz
vna et seruitutem meam perpetuam. Faciatqz Dns Deus
vt illam cito videre possim sospitem et foeliciorem. San-
domirie XIX Augusti. M°. D°. XXiiij°.

Responsum a Palatino Valachie super Legationem per Niepelski factam.

ZA nawiedzenye, y zeszie go. w. m. raczili nawyedzicz: za tho dal w. m. dziąkonacz, y za tho isch w. m. raczili ros; kazacz weßelącz ßią isch Thurki porazil, Gdzie mowi pan Voieuoda, isz nyeza ßwą ziemia, ani za ßwe ludzi, bithwą snimi stawil, iedno vchodzancz nyewiernosci v w. m. ktora bi w. m, naprzecziwko iemv mieli miecz, Skand powiada Thurka poruschicz na przecziw sobie, ktorego ßyą nadziena kozdi godzini do siebie.

Panowie czo mią żądaią o pomocz, thv mnie podobniey po; moczi żądacz, nizli ią dacz, Abowiem ia zwadzilem ßią s Tur; kiem o ziemią Krolewska, Gdzie mi zginąli cztirzei pano; wie Radni, y inschich niemalo dobrich, Ich mci dziąkuią. isch mi obieczuią dacz pomocz, niezaluiancz statkow y na; kladow swich, y prączei, y zdrowia swego, Gdzie wiącz iam nyewidal, abi czlowiek tonączi drugiemv pomogl, iedno ßam mußi pirwi viplinącz na brzeg. thakisz panowye obieczuią mi pomocz, a sami ßią niechcza bycz ßwoiemi nyeprziiacielmi, patrzą na nyą, abich ßią ia z nyeprzi; iacielem ich bijl, niechay ßią oni sami pierwi biią swo; iem nyeprziiacielem, tosch sobie, y mnie bądą pomagacz. a ia czim niemogą dacz pomoczi, bo yey mnie potrzeba tak

wiele iako ÿ gim.

Item powiadaią iſch bich nieſlal do nich nowin zadnich, ʒo na koſdi rok dawam ʒnacʒ kilko kroʒ o kaſdim woyſku, a tho ÿ teraſz dawam im ʒnacʒ przes ʒyą o Thaſchubie Thurku. iſch nieſchedl ʒa Dunay, a thu ßią ʒbiera myedʒi Kilią a Biallogrodem na krolewſką ʒiemyą, Wſchak ia nie ßie: dʒą v waß na Strazÿ, anim winien dawacʒ wiedʒenyą: A ʒokolwiek dawam wiedʒiecʒ, tho wſiſtko panowie po: wiadaią iſch bi nyeprawda. A toſch widʒą thą nieprawdą sami przed sobą.

Andreas Cricius Eps Premislien
Petro Tomicio Epo Cracouien et
Posnaniensi. Regni Vicecancell°

R. me in Chro pater. et dne benefactor gratiosissime, Hactenus de hostibus nihil scimus, versamurq3 in hisdem fumis et ostentationibus, in quibus versati fuimus semper,

Ex terra Premisliensi fuerunt hic nunctii, et sua calamitate lamentabili oratione exposuerunt, imprecantes illis, qui motionem bellica, in Conuetu decreta, mutauerunt. De qua Responsione cum in consilio ageretur, ibi dns Palatinus multa dixit, quo pacto reclamauerit, obstiteritq3 ipsi mutationi, vtq3 abfuerit, quando tercie vestre lre fuerunt emisse. Et cu erat facta conclusio cum Nunctys maioris Polonie, et q, si Mtas Regia, vsa fuisset suo consilio, no hec calamitas accidisset, Ego respondi me initio interfuisse his consilys, visumq3 nobis omnibus fuisse de mutanda motione gnali, vt inutili, multis rationibus, et presertim nulla significatione de hostibus existente. soliq3 Mti Regie non vsq3 quaq3 ipsa mutationem cordi fuisse. Quod me non aliter loqui et fateri posse, vt si quid in ea re peccatu sit, qua, vt melius intelligebamus, consuluimus, peccatu esse nostru omniu, Rndit murmure dns Palatinus, Chwala Diablu, ob hec et alia, quibus omnia in vrã3 Rma D. conicere nititur, quasi sine consilio et volutate sua agerentur

q, interdum obsisto; quodam modo in me frontem cotraxit, totusq3 est hijs diebus, in fermeto maximo. Mi Rme Dne huiusmodi studijs nosmet vulgo traducimus, et Rempcam pessundamus.

DE Arce Camenecensi, vbi hostes venerint, actu est. vel tri: duo, Sic em Proconsul cu magna querimonia coram me protestatus est, et proinde doleo impense me hic esse. Omnia em asscribuntur his, qui ad latus sunt Regiu, scientes Principem nihil agere suapte voluntate,

Nunc expectamus, vt prius scripsi dnm Campiductorem, et alios dnos, cu quibus constitui debet, quid potißimu sit agendu, siue hostes venerint, siue no venerint, Quicqd constituetur, no negligam e vestigio Rme D. vre perscribere.

Dns Bothurzinski mortuus est, haud dubie, causa calamitatis Reipublice, De qua, miru est, q ille etate ia decursa, fuerit tantopere solicitus, cu nos, quibus plusculu æui supeße videtur, no secus q3 in media pace, ositeus et que nra sunt duntaxat cogitemus. Quid si ille tanta vim hominu, et armetoru abduci videret, tantumq3 fletu et imprecationem audiret, quibus impoßibile est, Deu immortalem, aduersus nos no commoueri?

Mi Rme dne cu dns Gorzski recusauerit Cancatum hunc vacantem, metu litium, no potuit melius facere vra D. Rma. q3 de illo nro Przeborowski prouidere.

Audio enim illum proficere non vulgariter, [scilicet in kyeponia]

Dnus eciam Grasinzki, acceptabit contentationem aliquam non granatim. Me Rme D. vre humiliter commendo Sandomirie XXij Augusti. M°. D. XXiiij°.

Cricius Tomicio

Rme mi dne, Reddite sunt mihi primum he lre ex Lublino, de illo forte Notariatu, pro quo dns Camerarius et ego, Rme D. vre, in persona patris mei Ozarowski, supplicauimus. Qui cum homo sit puectioris etatis, probus, vt fertur ab omnibus, et minime cupidus, vel ambiciosus. Cum aut iste, pro quo scribitur, et Juuenis sit, et eiusdem terre Judicis, rerum suarum studiosi, filius, credo iustissima ratione, priores meas preces, pociores apud Rmam D vram futuras, que omnia recta lance ppendit, Et que sciat dnm Zamoiski fuisse Lublini bene sanum, feria sexta ante festum sancti Martini, et Cracouiam applicare debuisse, feria secunda sequenti, que dies est hodie octaua.

Andreas Cricius eps Premislien
Petro Tomicio Epo Crac et Posnanien
vicecancellario

Rx Me mi dne, Scripsit mihi dus Vithvienski, mortuum dominum Dunyn, Supplico Rxme D. vre, non id quod illam diligentissime agere persuasum habeo, ac in re mea didici, ne mortuum nendo memorem immemorem facerem, sed vt me spe aliqua de pociundis votis nostris consoletur, idem facere dignetur de patre, mei Ozarowski, Nam me quottidie dus Camerarius munusculis escarijs solicitat, meque quodam modo negligentiorem putat, dum in arce non videat me, ob id satagentem.

Mi Rxme dne, placet mihi dnm Archiepum, processum illum de rapinis, in bonis spualium comissis edidisse, cum ne in tanta aduersum nos insolencia omnino nihil agere videremur, tum vt aculeis illis indecentibus turbator ipse turbas sibi conciat, Neque omnino ab re putarem tales processus non eo tamen exemplo, tam à Rxmo dno Crac, quam eciam ab alijs dnis Episcopis promulgari, Nam qui illatam iniuriam fert, ad inferendum sibi alteram inuitat. Sed hec Rxma D. vra pendenciis discuciet.

Dnm Rambieski ad Archidiaconatum Crac, admittendum censeo, Nam vt ille est tractabilis, facile de ipso Sacerdotio Rxma D. vra, cum dno Crac, vt volent, disponere poterunt. pocius quam aliquis Romanensis inuolare deberet, nisi Rxma D. vra aliter censeat.

Responsum a Sigismundo primo Rege poloniae: datum oratori Ser.mi D. Ludouici regis Vngarie et Bohemie.

Commendat in primis Sacra M.tas Regia, hoc studium et curam Ser.mi dni Hungarie et Bohemie Regis Nepotis sui charmi, quod illius M.tas, de omnibus rebus et actibus suis, reddat M.tem suam; tam crebro et accurate rationem,

Nam M.tas sua, et pro debito consanguinitatis, et summo amore, quo illius M.tem complectitur, non secus habet curae omnes res et statum illius M.tis, quam suum proprium.

Libentissime itaque audiuit M.tas sua, quod Conuentus Regni Hungarie nuper habitus, tanto consensu, tamque ex vsu illius M.tis, et Reipublice sit actus, quodque confinia oportunis presidijs aduersus conatum hostilem sint prouisa.

Mirari vero M.tas sua Ser.ma satis non potest, quid ita non fuerit acceptum Optimatibus et Regnicolis Regni Hungarie, consilium M.tis sue, de pace, seu Inducijs, cum hoste ineundis, presertim ea causa pretensa, quod Principes Christiani inter se dissideant, et nulla ab illis spes suppetiarum prebeatur. Cum tamen ea ipsa causa magis ad hoc facere et vrgere videtur. vt M.tes sue tanto propensiores esse deberent ad ipsas Inducias ineundas.

M.tas enim sua videns hostem potentissimum, tamque ingentem aliquam procellam, hijs Regnis imminere, Videns in re Christiana tumultus, et dissidii plena esse omnia, In Regnis

ecia illius M^tis, no cum esse in presens ordine et disposicoe que ad tanta vim propulsanda oportuna foret, cōsultissimu censebat aliquas Inducias cu hoste inire, Intra quas et daretur liberu spaciu vtriqz M^ti se debito ac oportuno modo disponedi, et illi Principes Christiani, qui inter se digladiantur, et ad discrimina horu Regnoru conniuent, videtes hostem hinc auersu, tanto celerius ad concordia sua, et ad iuuandas has M^tes excitaretur. In qua ratione et sentencia M^tas sua eciamnum perstat, et quid prius sensit, idem et nunc non sentire no potest.

Quod aut D. vra, nomine Ser^mi dn̄i Regis sui postulauit, vti M^tas sua Regia, cu illius M^te, et Ser^mo Rege Ferdinando, qui ad hoc idem se offert, conuenire dignaretur M^tas sua Ser^ma no defuit vnqz, nec deesse vellet p viribz suis vllis postulatis, ac necessitatibus illius M^tis.

Veru quia negociu hoc no vulgaris est momēti, vt pote, quod subito, et apud Chr̄ianos, et eciam apud Infideles late innotesceret, ac omniu oculos in se conuerteret, et proinde maxima deliberatione indiget, quo pacto ex dignitate, et cu profectu aliquo transigeretur, non potest M^tas sua Ser^ma in ea re, suis Consiliarijs et Regnicolis inconsultis, quicqz certi respondere. Sed statuet q̄z celerig Conuētu gnalem, In quo, quicqd tam de Inducijs, q̄z ecia Conuētu ipso decreuerit, reddet illius M^tem e vestigio cerciorem.

Et quia propter hoc tempus, incursionibus Infideliu aptu et suspectissimu, presertim cum Thurcus, nouu

Imperatorem Thartarorum in Thaurica constituerit, et quedam Copie Thurcorum, nunctiantur Mti sue Danubium, versus has oras, traiecisse. Conuentus ipse Regni fieri non poterit, nisi sub bruma. optat Mtas sua Serma, vt illius Mtas eam moram boni consulere velit.

Sed et de re Prutenica, licet Mtas sua Serma, renunciauerat illius Mti per vram D. de mittendis oratoribus ad festum sancti Michaelis, et dns Mgr ad id iam consensit, Quia tamen alia nunc occasio iniecta est, per illius Mtem vgt de Conuentu isto Mtum suarum, In quo eciam negocium ipsum Pruthenicum commodius tractari posset, quam per oratores suos, Censet Mtas sua eciam in hoc negocio Prutenico tantisper supsedendum, donec, quid de congressu vtriusque Mtum suarum in Conuentu Regni sui decreuerit, constabit. Qui quidem Conuentus, quia vt dixi, non potest citra periculum agi nisi sub Bruma. Cupit Mtas sua. vt dns Mgr Prussie per illius Mtem cercior fiat, ne postquam cum illo de mittendis oratoribus ad festum sancti Michaelis sit constitutum, se frustratum Iure queri posset.

Quod ad res Bohemicas attinet, cum Proceres illi exauthorati et nonnulli alii, ea que illic acta sunt in Mtem Regiam retulissent, postulassentque. vt Mtas sua Oratores vna cum Nunctijs ipsorum ad Sermum dnm Hungarie Regem mittere dignaretur, ad id agendum. vt quod per illius Mtem actum videretur aduersus Iura et Immunitates eorum, decenti modo reficeretur. Vt Mtas sua se ab hac missione excusasset. suis impedimentis domesticis, reijciens

id in Oratores, quos mittere destinauerat, ad festu Sancti Michaëlis, Nunc iteru Mti suę significarunt, q Conuentionem quandam inter se habuißent, miseruntq3 Articulos coru, quę à Sermo dno Rege suo; petere vellet, ad reformatione coru, quę viderentur contra Priuilegia coru esse acta. Iteru à Mte sua postulantes, vt citra mora Oratores suos ad illius Mtem mittere dignaretur. Mtas sua vero impedimetis domesticis, vti prius, se excusauit, adhortans illos, vt in hoc negocio ad Conuentu Mtum suaru, quem breui fieri sperat et optat, supersederent, In quo hęc et alia commodius tractari posset. Idq3 agens Mtas sua, vt et dignitas Sermi dni Nepotis sui debitè conseruaretur, et istę dissensiones subditoru Mtis suę vlterius no pullularent. Quę quales quales sunt, ex vsu esse non poßunt hoc presertim tempore. quo maxime et Mtes suas, et subditos coru vnanimes ac vnitos esse expediat.

Ex Valachia, peiora indies nunctiantur, significarut Oratores Mtis suę, Voieuodam illu legationem eius Mtis salubrem et benignissima, nimis proterue ac insolèter accepisse, Et licet nondum illos expedierit: tame quia et minitari illu scribunt, et exercitu no solu ex suis sed ecia ex Thurcis facere, nec vllam mentionem faciunt de Oratore Sermi dni Regis Hungarię, De quo D. vra dixit, Vnde Mtas sua conicit ipsu Vayuodā nolle Oratores Mtum suaru simul commemire. omnia hęc mala et sinistra sunt indicia. Et proinde cu ea Prouincia sit non vulgare scutum horum

Regnorum, censet M^tas sua omni diligencia et celeri:
tate curandum, vt ipse Iuuenis insolens cohercreatur,
et Prouincia ipsa paccari posset, ne his intestinis sedit:
onibus et turbis in potestatem hostis deueniret, vnde
quanta discrimina Regnis his accederent, facile
quiuis intelligere potest.

Andreas Cricius Eps Premisliensis
Petro Tomicio Epo Crac: vicecancell.o

R.me in Chro pater, et dne dne benefactor graciosissime. Allate fuerunt nuper lre à Sermo dno Rege Hungarie, quibus postulat mitti ad Conventum Regni sui Hungarie pro festo Nativitatis sancte Marie designatum, et futurum turbulentum, Oratorem, nominatim dnm Palatinum Crac. vel alium, qui turbas illas, sciret, et posset, nomine huius Mtis componere. Quia vero no visum est Mti sue dimittere nunc à se, aliquem ex Secularibus dominis. me illuc protruserunt, cum Collega dno Vitbnienski. Exeo hinc igitur hodie, et die Veneris proximo isthic apud Rmam D. vram constituar.

Scire aut dignetur, significatum esse de hostibus cum tormentis bellicis venientibus, unde coguntur gentes oes ad locum unum, quo et Mtas Regia proficiscetur, timendumqz est, ne hostes preoccupent, et discrimen aliquod sequatur. De his et alijs coram lacius. Me Rme D. vre humilr commedo. Sandomirie penultima Augusti M°. D°. XXiiij°.

Andreas krzyczki Eps Premislien
Joannes Wietwienski Castells ploc[illegible]
Legati a rege in Vngariam missi. Crac[illegible]
exierunt 13 7bris 1524.

Petrus Tomicius Eps Vicecancellarius
Petro Kmyte de Vissnicze Castellano
Voynicen Marsalco Curie regie: Scep[usiensi]
Colensi Et premisliensi Capitaneo.

MAgce dne, amice et affinis charme ac honoran. Legi et libenter et diligenter vre Magcie lras, quibus mihi ea significauit, que sub hoc aduentu Mtis Regie isthic acta sunt. quidue agatur, et quid denique expectandu sit, vel timendum pocius in hac tanta nrorum hominu licencia, qua subnixi legem sibi quisque, vt libet cuique, prescribit; omni cogitatione futurorum euentuu posthabita. Ad quos no solu oculorum, sed animi pocius vires conuertende sunt, vt possimus in tanto rerum discrimine, rebus nris ita prospicere, ne (quod Deus omen auertat) succumbere cogamur. cum no vnius, sed pluriu potentissimorum hostiu vires imminere ceruicibus nris videamus. De his aut rebus coram, Deo bene volente lacius et melius conferemus.

Posteaque perlegi vre Magcie lras, allate sunt mox ad me alie, ad Reginalem Mtem scripte, ex quibus id, quod Voienoda Moldauie de Thurcis et Thartaris perscripsit, probe cognoui. Et cum in hac nostrorum tumultuatione nihil sit, quod comendare possimus, multa sunt valde improbanda ex aduerso, Suscepta est quidem ista ipsa expeditio ad obsistendu hostibus, qui sub nra proxime estatis ignauia, magnam partem Regni ferro et igni vastando, vires nras labefactarunt, Quid igr sperandu est nobis, si ydem hostes quos in armis esse non est dubiu.

iterum instabunt et vrgebunt nos? Scimus tunc propitia solere esse nobis numina, si bene consulendo, et strenue ac fortiter agendo eorum implorantur auxilia, sed in tanta necessitate, nihil agendo, quo ipsi necessitati subueniatur, quid aliud facere debeamus, quam timere?

Ergo certe non video, attamen non est desperandum de misericordia Dei qui vult orari, et emendationem erratorum in nobis requirit. Suspicor ego Mtem Regiam, auditis hijs rebus aduersis, non posse tam cito sicuti sperauimus, isthinc decedere, donec aliquid melius dabit Deus omnipotens, quod animos nostros anxios et solicitos, aliqua spe futuri boni reficiet, et reddet paccatiores.

Caeterum, quod ad nostram amiciciam, mutuamque beneuolenciam attinet, vestra Magestas id sibi de me firmiter persuadeat, et polliceatur, vt quacumque parte potero eius honori et commodis opem ferre, nihil me vnquam pretermissurum esse, Idque daturum opam, vt non verbis sed factis amorem meum experiatur;

Iterum autem ago et habeo magnas gracias vestre Magestati, quod clementer et benigne agere voluerit cum Seruitoribus meis. qui vtcumque non à proposito, sed casu infortuito contra ea, et seruitores eius ~~suum~~ suus, deliquerunt. Ego tamen faciam cum illis id, quod placitum erit, eidem vestre Magestati, et omnibus meis amicis. Bene valeat Magestas vestra, et me mutuo amet. Datum

Petrus Tomiczki Eps Cracouien Vicecancell
Joanni de Lasko Archiepo Gnesnen legato nato
primati.

Rme in Christo pater, et dne maior honoran, Ex lris vre Rme D. cognoui ea, que de Conuetu futuro indicendo, Mtas Regia per lras, ab ea querere dignata est. Que ecia ab aliis dnis no dissenciens, probat id, quod de ipso Conuetu, deliberatu et decretu est.

Quod aut Rma D. vra, denunciata mihi, sue Mtis, de Synodo futura, voluntate, querit a me, quid sit responsura de ipsa Synodo, quam sua Mtas, volens Conuetu precedere denuctiat, nobilitatem haru terraru, que Leopolim conuenerat, cu quadam asseueratione professam esse. nulla se inire velle consilia, de futura defensione, nisi ipsa Synodus precedens Conuetu, designet ex omnibus Capitulis Nuncios cu plena facultate, vna cu eis de defensione consulturos in ipso Conuetu. Itaqz vt vre Rme D. desyderio, et rei necessitati, quoad possum satisfaciam. dico et censeo, angustiam tempor no passuram esse, vt Synodus mea, ante ipsu Conuetu indici et peragi possit, que de necessitate requirit, vt eam precedant in singulis Diocesibus, particulares congregationes, que nequaqz in tanta temporis breuitate obiri possunt. Hec est igitur mea, et Capituli Eccle mee sententia, vt vra Rma D. declarata sue Mti temporis angustia, petat, vt boni

consulere dignetur, nec succenseat, q̄ iusta de causa suę voluntati satisfieri nō posset, Cum aūt in ipso Conuētu constitutum fuerit, ab his, à quibus tota vis defensionis dependet, id, quod è republica futurum erit, nos etiā dabimus operā, vt Reipublicę laboranti pro virili parte subueniamus. Bene valeat Rma D. vrā, et me habeat commendatum.

Petrus Tomicius eps Crac. vicecancellar
Nicolao Zukowski Pl^to^ Varssouiensi
Et Cancellario Ducatus Masouie etc.

Rnde dne, frater et amice in Chro charme. Dolemus ex animo immaturam mortem Illmi Principis dni Stanislai Ducis Masouie, fuit enim multis egregijs virtutibus, et optimi Principis dotibus singulariter preditus, Quia vero non licet aduersari diuine voluntati, ferre debemus omnes lugubrem illius obitum equo animo, et dnm Deum orare vt animam illius, ad sedes suas sydereas, et sinum Abrahe recipiat,

Quod autem attinet ad nram perpetuam obseruanciam, et animi propensionem erga istam Ducalem domum, hanc nullo vnquam tempore mutare volumus, sed ita vt consueuimus, omni studio et diligencia nra, volumus commendata habere omnia illius negocia Illmo eciam dno Duci Janussio, et charme eius Sorori, curabimus in omnibus actionibus et rebus adesse consilio et Patrocinio nro, modo Illtes sue dignentur, habere nos, et Clerum, ac subditos nros in gracia et protectione sua, commendatos Quod nos illis, omnibus viribus et obsequijs nris referre curabimus.

In rebus priuatis vre D. id quod ad presens potuimus non grauatim prestitimus, Posthac autem, postquam plene edocti fuerimus de rei positione et veritate, fauorem et beniuolenciam meam erga illam abundius declarabimus, Que valeat foelicissime et nos diligat. Datum.

Andreas Cricius eps Premislien
Petro Tomiczki epo Cracovien
Vicecancell°.

Rme in Christo pater, et dne dne benefactor graciosissime, Hodie primu dns Carolus dedit mihi fasciculu lrarum à Rma D. vra, et cu illu resolvissem, no reperi binas Credenciales lras, ad dnm Epum Quinqueecclesiensem et Nunctios Principis Ferdinandi, quas credo vra Rma D. oblita est in illa celeritate mandare scribere. Supplico illi humiliter, eas nobis mittere dignetur, vel per Nunnios dni Michelspis, vel per dnm foelicem Langkinga, qui nos cito sequi debet. Nam dns Castellanus Plocen, dicit eas nobis summe necessarias. Me Rme D. vre humiliter commendo, Quam diutissime sospitem et foelicem valere desydero. Ex Oswyecim die xiiij Septembris. M°. D°. XXiiij°.

Ioannes Zamboczki Aulicus regius
Petro Tomiczki Epo Crac: Vicecancell°

Rx. Me dñe, dñe graciosissime. Post vetusta et nunqz mutata, paratissime servitutis mee comendatione. Offerebat se quidem hic res multe et memorabiles hysce diebq vel Mensibus preteritis, Sed q de eis ne Jota vnu scripserim, causa fuit, quia mihi dubiu no erat Rmc D. vre aures de omnibus tam refertas fuisse, vt interdum sup eis nauseare eam crediderim, Constat em multos multa, cu ad Regia Mtem, tum ad caeteros de eisdem rebus scripsisse, qz sincera fide id factu ab eis fuerit, affirmare non ausim. Illud apparet, eis plus fidei habitu esse, qz mihi habitum fuisset, atqz ita mihi Corno, inter olores obstrepere, impudens videbatur fuisse. Sed et modo, nescio an operpretiu facturus su si scripsero, Sed parua iactura est et temporis et charte. Si em hee mee ineptie fastidio fuerint, prout digne sunt, facile erit eas vel in latrina abycere.

Res nre ita se habent, Post Thartarorum transitu, quos nos (ita vt tum faciendu erat.) testudineo incessu, aliqt diebus insequebamur, Leopolim reuersi, totos hos dies, equos et nos ipsos reficiebamus, Ecce tibi interea sollicitudo quedam, et metus nobis, dietim, ne dica horatim, inculcabatur. nescio per quos Sycophantas, qui in limitibq excubias agere existimantur, cu tame manifeste apparerat, eos quiduis potius agere, qz excubias. Nunciabatur

itaqз ab eisdem pseudo excubatoribus, Thurcorū et Thartarorū, non iam exercitus, sed nubes, Danubiū, et nescio que flumina transisse, Et nos quidem hij rumores non adeo cōmouebant, nō ignorantes, qз peculiare sit in talibus rebus falli, et mentiri. Sed Regia Maiestas apparet eis cōmentis ꝑmota, ita q̄ Cracouia Sandomiriam, et illinc vsqз Janorow, intempestiue satis, se mouit, et conculcata Janorouensi ora, cū vniuersa que sibi adest collunie, huc Leopolim, satis alioqui afflictā, ventura est proximo die Martis.

Armeni Negociatores, qui hijs diebus ex Valachia venerūt, narrant à Thurcis nihil timendū esse, atqз ita in tanta mencientiū impunitate, nescio quid potißimū sequendū est, Mihi verisimile nō videtur, Thurcos magno numero, sub hoc anni tempus huc excurrere, sed in neutram partem, quicqз pronunctio. Illud doleo, q̄ tantū, tamqз magni momenti negociū, vзt aduentū hostiū speculandi et explorandi, tam fluxe fidei, et tam vanis hominibus commißū est, vel committi solet, Quorū vanitate et negligencia, vniuersi in ruinam et precipiciū trahimur. Quamqз id mea parū refert, qui aliorsū respicio, clamitant quidem omnes, confusione rerū et errorem. Sed ego prepostere in Republica Platonis mihi versari videor tantisper, dum nummi suppetunt. Sed vereor aduentare tempus cū deuoratis nummulis (: quos olim defraudans genium corraseram:) etiā ego confusionē omni Babilone cōfusiorem frustra vociferabor. etc.

Sed vt aliquando in causa concludam, sciat certißime

Rma D. vra, mihi nihil aeque in votis esse, q3 vt eand. in hoc amplissimo rerum fastigio (. ad quod virtute duce fortuna Comite, euecta est) optime valentem et diutissime regnantem, aut videam, aut saltem audiam. Nam constitui in angulum me conferre, cum primum licuerit, ne diucius ineptiens, vt senescens equus, peccem, ad extremum ridendus, et Ilia ducam etc. nisi forte fatum meum stabile me aliorsum, q3 destinauerim, reiecerit. Vtrumq3 erit, aueo idoneus fieri seruire Rme D. vre. Cui me humillime comendo. Quamq3 Deus perpetuo seruet. Leopoli sabbato xvij aprilis. M°. D. XXiiij°.

Scheda inclusa

De casu, qui familiaribus Rme D. vre in Jaworow contigit, credo eam aliunde, vel iam certiorem factam esse, vel breui fore, q3diu hic Leopoli mecum erant, modestissime, et sine querela se gerebant. Pyaszegki ad affines suos Camyeniecz profectus est, alios duos nescio que Cupido ad Jaworow proficiscendi, me dissuadente et reclamante, incessit, Quo profectos mox consecutum est infortunium, quod quidem ego cum magno meo dolore audiui. Sed rursum hodie narratum est mihi, sine culpa eos esse. reddituri huc sunt, mihi animus est pro virili mea eis in nulla re deesse, propterea q, et familiares Rme D. vre sunt, et mihi veteri familiaritate et amicicia coniuncti.

Andreas Crziczki eps Premislien.
Petro Tomicio Epo Crac. Vicecancell.o

Rme in Chro pater, et dne dne benefactor graciosissime. Quod Caesaris Orator confessus est cora patre Comissario, id ego prius qz in Moschovia discesserat pro coperto habui, q vzt hec in nro fabricata est machina muros, De hac re ex Buda scribam aliquid Rme D. vre resolucius,

Quod vero in Castris nris turba sit et confusio id fore mecu augurabar, sciens q pnte Principe no minus ex praefectis dependerent omnia qz absente, ac ea causa, nunqz fuit mea sentencia, vt Mtas sua illuc pfecta esset, edoctus ex prioribus bellis, quid presencia Regia prosit, absqz Praefectoru officio et diligencia debita. Quod illi, qui mecu diversu senciebant, et mecu contendebat, aliter res preteritas in Russia succedere oportuisse presencia Regia, nunc fortasse cognoscent, sine bonis Instrumetis, bonu artifice no posse,

Ego gracia Dei salvus hactenus et incolumis proficiscor continuatis itineribus, Ex Hungaria varij varia referunt, Alii Conventu ia agi ceptu, et Palatinatu Regni illi exauthorato restitutu, Alii vero Regnu totum tumultuari, et nolle Regnicolas, nisi septem miliaribus a Buda Conventu agere. De hijs omnibg clariq

perendie Trancinii edocebimur, ac quicquid intellexero, per omnem occasionem Rme D. vre, semper scribere curabo. Cuius gracie me humiliter commendo. Datum in Miedzirzecz die XIX Septembris. M°. D.° XXiiij°.

Andreas Cricius eps Premislien
Petro Tomiczki epo Cracouien
Vicecancellario.

Rme in Chro pater, et dne benefactor graciosissime. Veni huc gracia Dei saluus, et incolumis, inueni tantam rerum omnium confusionem et turbulenciam, vt pre his nre foeliciores videantur, Regnicole tumultuati acriter in Germanos, et malum regimine, confectisque durissimis articulis, discesserunt, quos moderati sunt quidem dni Nunctiis assencientibus, tamen, quia à Mte Regia et Reginali no sunt suscepti, omnia manent infecta, et timetur de alio Conuentu, in motu periciosissimo, Bohemi et Morani scissi in se se totis diebus nos suis alterationibus distinent, interim Thurcus Arces alias capit, alias oppugnat. Mtas Regia et Reginalis solacijs incumbunt, quibus et alijs omibus videor no ingratus. exhibenturque mihi et impense sufficientes, et honor supra alios oratores. quid erit in posterum nescio.

Rmus dns Strigonien, cogitur omnia in his turbis.

per cuniculos agere, nosq; omnibus rebus pretendit. Tanta est em̃ hic auctoritas et gracia Mtis dñi nri, vt nesciam an vllius vnq̃ȝ maior fuerit, Egi priuatim cum ipso dño Stragoniensi sup̱ defensione, vt doceret quo pacto, tot et tanti hostes per sola hec Regna iam attrita propulsari possent, vel constitueret tandem aliquid de conseruandis Regnis ipsis quod oportunum foret, visum est ei, vt publice hanc exhortationẽ facerẽ, cum Mtas Regia super defensione propositionem fieri mandaret. Quod hesterno die feci, Subiunxiq; nolle Mtem dñi nri diucius in hys incertitudinibus et spe vana pendere, Proinde nos cerciores redderent, quo pacto Mtem suam redeuntes; de ipsorum sentencia resoluere possemus, Exit itaqȝ sup̱ hac re consultatio, et vt olfacio, sequentur omnes consilium de Inducijs incũdis. Sed posthac omnia abunde describam, Me interim gracie Rme D. vre ex corde cõmendo, Bude. xvj octobre. M°. D. XXiiij.

Nunctius aplicus hunc fasciculum suum, ad vrãm Rmã D. eo die, quo huc veni mihi dedit, sed nõ erat, per quem mitterem, Suggerat rogo Mti Regie, vt aliquẽ nostratem ad Epatum Prabureñ presentet. Id em̃ Pontifex expectat.

Andreas Criczki Eps Premislien
Petro Tomicio Epo Cracovien Vicecancell

Rme mi dne, tres articuli fuerunt, in quibus commu=
nitas cum Rege et Consiliariis no potuit conuenire.
Primus erat de oratore Caesaris, et externis omnibus,
preter subditos Regios et Polonos excludendis, Secun=
dus de Moneta non cudenda, Tertius de gentibus aequa=
liter seruandis per dnos Seculares à nouis et alys pro=
uentibus, quemadmodum spuales seruant à censibus
et Decimis. Nunc aut intellecta duarum arcium amis=
sione Perz. et Orschana, conuenit in Arcem magna
Comitatis multitudo, exigentes, ut iam re ipsa pro=
uisio fieret, et arx Seuerini que oppugnatur, defen=
deretur. Alioquin se perire nolle, sed velle sibi prouidere,
et de his qui causa sunt malorum supplicium sumere.
et alia multa horrenda protulerunt. Quid adhuc illis
respondebitur, nescio. Dns Strigonien promittit
nos cito absoluere, atque ita coram de omnibus.

Rogo has lras Regias, mittere vra Rma D. quam cele=
rius dignetur, Potest illas aperire, sed hec summa est
omnium, que vre Rme D. scripsi. Simile et aliarum
lras ad Curiam cui attinent, consignare et mittere di=
gnetur.

Andreas Cricius Eps Premislien
Petro Tomiczki Epo Cracovien
Regni Polonie Viceecancellario

Rme in Christo pater, et dne dne benefactor gracio-sissime. Detinemur hic hactenus, nec scimus quo pacto nos hinc evoluere debeamus.

Supervenit huc Mgr Prussie, causamque adventus sui prefatus, vt hec Mtas, cum Sermo Principe Ferdinando, prefigeret terminum sibi, et Mti dni mei, iuxta vim Compromissi. Nescio quid aliud secrecius moliuntur, nos curavimus vt nullus honor illi exhibitus esset, et ne aliqua in re voti compos efficiatur curabimus. Vult quedam nobiscum tractare de concordia. Quod si fiet, dabimus illi pro rei oportunitate Rnsum. Et si intra triduum, vt nobis pro-mittitur, non absolvemur. Scribam omnia in quibus con-stiterimus accurate.

Hesterno die sparsus hic fuit rumor per quendam, qui istinc venit, dnum Palatinum Crac in Castris occisum, et mox is rumor totam vrbem implevit, vixque illum fictis ex Polo-nia lris sedavimus, et magnam nobis profecto nugigerulus iste molestiam attulerat.

Plura per hunc Nuncium non satis certum scribere non est visum. Me Rme D. vre humiliter commendo. Bude feria ter-cia ante Simonis et Jude. Mo. Do. XXiiij.

Cricius Tomicio

Rme in Chro pr, et dne dne benefactor graciosissime.
Redeo tandem gracia Dei salvus et incolumis, Reliqui Hungariam, sedato paululum, vt prius scripsi tumultu populari, quem, cum promissis satisfactum non sit, et hostes ex Severino continuo excurrant, cruatque Croacia, nemo dubitat, rursus brevi erupturum, ingensque aliquod malum pariturum.

Turbas Bohemicas et Moravicas satis ex vsu composuimus. In negocijs vero nris longe diversa fecimus ab his, que prius agebantur, presertim de induciis cum hoste, et convetu Regum, que quorsum, et quibus technis cudebantur, omnia abunde didici; ventitabant enim ad me Summates plerique, ex quibus cum causas eorum malorum de quibus mecum querebantur, et quibus remedijs opus censerent, percontatus essem, plurima, que latebant, secreto comperi. de quibus coram abunde.

In re Prutenica fecimus eciam ea, in quibus erit mature deliberandum. Dns Mgr tametsi spem vultu simulet, premitur tamen summa egestate et ere alieno, speque omni subsidiorum destitutus pacem appetere videtur, quem, cum initio, colloquiumque ipsius negligebamus, ipse nobis blandiri cepit, et se mti Regie commendari postulavit. sicque inter nos quasi amice discessum est. Sed de

his, et aliis coram. Me interim gracie Rme D. vestre humiliter commendo. Ex Ostrowa die sancti Martini Anno dni. M°. D°. XXiiij°.

Ludouicus Rex Vngarie et Bohemie
Sigismundo primo Regi Polonie.

SErenissime Princeps. Patrue nr charissime. Maximis et grauissimis causis adducti, optauimus iam pridem, vt vestra Mtas, aliquo loco idoneo, nobiscu conueniret, non solum vt iucundissimo, et optatissimo eius aspectu frueremur. sed vt de summa reru nraru cu ea consultaremus. atq3 in hac nra adulescentia, omne Regni nri moderandi, tuendi et stabiliendi ratione, sapientissimis consilijs, institutis, ac monitis, vre Mtis, perciperemus, Qua de re, licet vra Mtas, nondu nobis responderit, Speramus tamen pro sua pietate et amore, quo nos ab ipsis incunabulis amplecti ac fouere no destitit, huius quoq3 desiderij, compotes nos indubitanter, suo tempore efficiet;

Cæteru, du essemus in hac spe, et expectatione oportuni congressus nri, generalem Conuentu, qui ex Regni nri consuetudine, pro festo beati Georgii Martyris, celebrari debuit, distulimus. Nunc vero Regnicolis nostris flagitantibus, ad proximu festu Natiuitatis beatissime Marie virginis, indiximus celebrandu. Varios enim motus quorundam quottidie audiebamus, qui ex dilatione Conuentus nri gnalis, arrepta occasione, alijs atq3 alijs in locis, cetus, et conuenticula parcialia facere intendebant. Ex qua quidem sententia nondu oes sunt depulsi.

quamuis de conuentu gñali per nos indicto, facti iã sint cerciores. Quid sibi velint, ad hunc diem, exacte intellige nõ potuimus. intelligere tamẽ non possumus, quid boni vel nobis, vel Regnis nris hec conuenticula afferre possit.

Hec cũ ita se habeant, rogamus Mtem vrãm (: que nullis vnq̃ nostris rebus defuit, non grauetur ad huc Conuentũ Regni mei Hungarie, mittere Oratorem suum, virũ auctoritate et prudencia grauem, qui nomine vre Mtis, res meas, que occurrent, presencia et consilio suo possit adiuuare. Quod si maiora negocia, Magcũ dnm Christophorũ de Schidlowiecz, Capitaneũ Crac, supremũ Regni sui Cancellariũ, ad id tempus domi occupatum, nõ habuerint, ei maxime hanc puinciã optamus demandari. Verũ si ipse abesse tantisper ab latere et negocijs vre Mtis nequiuerit, contenti erimus, vt is, quẽ rogatu meo, vrã Mtas, ad festum beati Bartholomaei Apli, ad nos, pro rebus Morauicis, missura est, vsq̃ ad Conuentum predictũ apud nos se contineat.

Optamus vrãm Mtem valere foelicissimã. Cui nos, et nrã omnia, vti patruo, ac parenti nẽo charmo, etiã atq̃ etiã vnice commendamus. Bude octaua Augusti. Mo. Do. XXiiij.

Sigismundus primus Rex Poloniæ Archiepo Strigoniensi

Rediens istinc ad nos Rndus dns Andreas Cricius Epus Premisliensis, narravit nobis, qz consistat istic tota bona spes, in consilio, et auctoritate vrę Ptis, Quantamqz illa erga nos propensionem animi et fidem exhibeat, ostendit et notulas quasdam, ad ea quę oportuna fuerint secretius vltro citroqz scribenda, nos qui plurimum solliciti sumus, de Statu Serenmi dni Nepotis mei et Regnorum suorum, gavisi sumus, eius autem, talem Consiliarium, et nos amicum, habere, qui et velit et possit labantibus rebus, qz optime consultum iri, nobisqz idem agentibus, pro virili adesse. Rogamus itaqz vram Ptem omni studio, vt eam mentem et benivolentiam in nos perpetuo retinere velit, quodqz ab bonum statum Regis, et Patriæ suę, vna cum alijs fidelibus aggressa est, diligenter et mature exequi curet. Cui nos vlla in parte nolumus deesse.

Poterit aut semper et tuto, omnia ipsi dno Epo Premisliensi scribere, quę oportuna fuerint, qui et aderit semper nobis, et vicissim quę ex nobis vra P. desyderabit, vel nos significari illi voluerimus, ipse perscribet. Valeat foeliciter vra P. et nos diligat.

Sigismundus primus Rex Polonie Ludouico Vngarie et Bohemie regi

SErme, etc. Accepimus hys diebus lras Mtis vre, quibus scribit habuisse se tandem Responsu a Sermo Principe dno Ferdinando Archiduce Austrie, de Conuetu nro mutuo. Ecia ex scheda in lris inclusa, intelleximus causas ob quas, idem Princeps Ferdinandus, Conuetui interesse non potest, tamen Oratores suos, viros insignes, ad eund Conuentu, se missuru pollicetur. Preterea, consilium nobiscu conueniendi, nequaqz se immutaße nobis eisd lris significauit Mtas vra, simulqz nos rogat, vt in voluntate ac proposito simul conueniendi perseueraremus.

SErme Rex, et amantißime Nepos nr, multis ia circumactis annis, omnes conatus, omniaqz studia nra, eo dirigebamus; Idqz omni ope nostra curauimus, vt nobis aliquando cu Mte vra commode congredi liceret. Id enim ambobus nobis, et vtriusqz nostru Regnis et Dominijs no modo comodu, et vtile, veru eciam decoru et honorificu, futuru fore existimabamus. Sed (quod non sine magna animi nri grauitate scribimus) haud scimus, quibus fatis aduersantibus, sors ipsa, votis et optatis nostris hactenus minime respondit, Nam quocienscunqz, rem tentaßemus, eaqz perficere iam iam animo constituissemus, illico fere semper, aut hinc a nobis, aut isthinc a Mte vestra, preter opinionem aliquid interuenit, quod propositum

nostrum, et ardens conueniendi desyderium non sine molestia animi nostri interturbabant.

Fatemur quidem hys proxime preteritis mensibus, paulo ante, priusque posteriores iste litere à Mte vra nobis redderentur, nos satis aptum et commodum tempus cum eadem congrediendi habuisse. Quod profecto sine omni excusatione fecissemus, si paulo tempestiuius super ea re à Mte vra fuissemus admoniti, Verum nunc, quod vehementer dolemus, eius congressus nri, omnem oportunitatem et facultatem, prorsus sublatam esse videmus. Cuius rei, tametsi plurime et maxime, eeque à ratione profecte cause à nobis adduci possent, tamen vel ee sole, quas describimus, iure ac merito satis esse deberent, quo minus id nobis facere conueniebat. Nam sub idem fermè tempus, quo litteras à Mte vra accepimus, Conuentum gnalem Regni nri, dudum subditis nris promissum, iam tum designaueramus, et indixeramus, à quo sine detrimento et iactura rerum nrarum abesse nequaquam possumus.

Nam terre nre Prussie, ob Lutheranam haeresim, nouas res, et noua consilia captare videntur, et rustici earundem terrarum, forte Germanie rusticos emulati, tumultuari incipiunt, et manum cogunt, Quibus rebus omnibus, nisi nos mature prospexerimus, verendum esset, ne res ipse, in id discrimen peruenirent, quod postea haud facile corrigi et emendari posset.

Quamobrem si super hoc nro mutuo Conuentu, vtriusque

nostro desyderio, minus, q̃z voluerimus fuerit in presens satisfactum, rogamus plurimum Mtem vram, boni consulere, et hanc nram excusationem, in eam partem benigne accipere dignetur, Nec tamen dubitet, nos, omnem nram curam, cogitationem, operam, consilium, eo destinatas esse, vt absolutis hys rebus, et negocyjs his, que nos nõ mediocriter vrgent, quasqz modo pre manibus habemus, nulla interposita mora, tractabimus cum Mte vra, super eo ipso negocio conueniendi, et vt primum à nobis, super eadem re, vtrimqz consultum, deliberatum ac constitutum fuerit, dabimus operam, vt per primam quamqz occasionem congredi cum illa possemus, Quando quidem nihil magis cupimus, q̃z dignitati et comodis eius nulla ex parte deesse, Commendamus nos ex animo Mti vre, et cupimus eam foelicissime et diutißime valere. Datum.

Sigismundus . I . Rex Polonie
Anne Archiduci Austrie: sorori regis Lodouici: uxori Ferdinandi.

1522.

SErme Principi dne Anne, eadem gracia Archiduci Austrie, Duci Burgundie, Comiti Flandrie Tyrolis etc. Nepti nre charme, Salutem et omnis boni, ac foelicium successuum, continuum incrementum. Serma Princeps et Dna Neptis nra charma, Accepimus lras vestre Sertis, quibus mirari se scribit, q tanto tempore nihil illi scripserimus, eiusq oblitus esse videamur, Significatq deinde, de sua et Sermi Coniugis sui dni Principis Ferdinandi, prospera valetudine et statu, et idem nobis optat et precatur, Declarat postremo suum desiderium, nos et Sermum dnm Ludouicum Regem videndi, Quod ut fieri posset, rogat, ut nos operam meam impendamus. Agimus vero inprimis gracias vre Serti q lris ipsis visere nos voluerit, et de sua, suiq Sermi Coniugis sanitate, et bono statu, nos cerciores reddiderit. Equidem nunq obliti sumus, nec obliuiscemur vnq vre Sertis, tam arcti sanguinis nri, Cuius status, et rationes omnes, æque nobis sunt cordi, ac filie nre proprie, Verum q illi tamdiu, nihil scripserimus, in causa fuit occupatio nra diutina in gerendis bellis, tam in Prussia, q alijs finibus nris cum Infidelibus. Qui q postea intelligentes pestem in Austria desæuire veriti fuimus mittere per ea loca Nuncium nostrum

in quibus, antequam ad Sertem vram perueniret inficj posset. Quare boni consulat id, quod à nobis officij erga se pretermissum videtur, nec sibi persuadeat, id ulla incuria nra, aut obliuione sui factum esse, Quam uti debemus, mero paterno amore complectimur, et complecti semper volumus, o

Quod aut videre nos, et Sermum dnm Regem Ludouicum, tantopere expetit, quia et nos hic longe absumus, et illmis Mtas summis occupationibus est in rebus suis occupata, integrum non est utrique nostrum id in presens prestare, Verum cum primum oportunitas se nobis obtulerit, operam omnem adhibebimus, quo vre Sertis, et nostris pariter votis satisfiat.

Interim foelicissime valeat Sertas vra et nos diligat. Datum in Grodno die nona Februarij. M°. D. XXII°

Sigismundus primus Rex Poloniae
Bretislao Swehowski Magistro Curiae
Ser^mi D. Ludouici regis Vngarie etc

MAgce sincere nobis dilecte. Reddite sunt nobis lre Sertis tue, quibus nos de multis, ac varijs rebus, cognitu necessarijs, fecit certiores. simul etiam de conatibus Magri Prussie, et de eius, ad Illrem dnm Archiducem Austrie profectione, et quid cum amicis suis contra nos moliatur, fideliter et copiose nobis significauit. Sciat S. tua, se nobis rem gratissimam fecisse, experieturque si se occasio obtulerit, hoc suum in nos officium, non inutiliter collocasse. Nos tametsi nemini nobis insidiandi causam prebeamus, tamen si qui sunt, qui nobis insidias struunt, dabimus operam Deo auspice, vt illorum, erga nos, nepharios conatus, quam cautissime vitemus Illud optamus à S. tua vt cum ad Illmum dnm Archiducem Austrie peruenerit, et mentio alicuius negocij nri illic inciderit, pro illa ipsa nobis iam pridem cognita in nos fide, curet vt oia nra, cum dignitate transigantur. Nos vicissim tue S. erga nos merita volumus omni officio et fauore nro Regio semper referre. Vilne, 1522

Responsum a Sigismundo rege Poloniae datum Acursio Nuntio Joannis Marchionis Brandeburgensis: nominati per Papam ad Epatum Plocen. ei denegatum.

LEgatio vr̃a, et lr̃e S. D. n. quas attulistis, hoc in summa continebant, Incumbere omni studio eius Stem ad Christianos Principes paccandos, et animos omnium contra Infideles inducendos, Ac ea causa contulisse illmus Stitatem Epatum Plocen, Illri dno Joanni Alberto, Marchioni Brandeburgen, vt eius opera pax et concordia inter Sacram Mtem Regiā, et Illrem Mgrum in Prussia coiret, Et proinde vt illū Mtas sua in possessionem eiusdem Epatus admitti faceret.

Mtas sua Serma, commendat in primis hoc studiū et curā Summi Pontificis, quam gerit de pace inter Christianos Principes concludenda, quę cum alias semper, tum maxime nunc est necessaria, cum hostis totos suos conatus, ad rem Christianam opprimendam, conuertit; Quodq3 ea causa et bono proposito Sctitas sua, sic de ipso Epatu Plocensi disposuit, nihil dubitat Mtas sua, ac in eam partem recipit.

VErū quod Illris dns Joannes Albertus Marchio sciens collationem Epatuū huius Regni, non ad aliū, q3 ad Mtem suā pertinere. non modo. q

Iurispatronatus sui sint, quod quamuis habeant Con-
siliarium Senatus Regni coniunctum, Sciens etiam quod
inter Mtem suam, et fratrem suum Ngrum intercedat
causa Iurium Regni, plurimum miratur Mtas sua,
quod se inscia, et contra sua, et Regni sui Iura curauerit Rome ipsum Epatum consequi, nec potest id,
non molestissime ferre animo.

Antequam vero id Mti sue innotuisset, iam ante presentauit, ad eundem Episcopatum, Consiliarium et veterem, ac
benemeritum Seruitorem suum, cui iam est Ius quesitum,
et nihil dubitat Mtas sua, quin illum Summus Pontifex, vel iam confirmauit, vel citra vllam difficultatem sit confirmaturus.

Atque ita mutare voluntatem Mti sue non licet, Quod
Si etiam facere vellet, Regnicole omnes, nullo modo
paterentur, Qui eo grauius hanc rem ferunt, quo videant
illis alter in Prussia, alter vero Rome, Iura Regni
labefactare velle.

Habet Mtas sua, eam, quam debet rationem, necessitudinis, et complecti dignabitur Illm dnm Ioannem Albertum
Nepotem suum, ac fratres illius omni fauore, illisque libenter in omnibus commodabit, dummodo illi se prius
gratos Mti sue, et eius Regno reddere studeant, et se
ita gerant, erga Mtem suam, vti bonos Nepotes, erga
suum pium auunculum gerere decet

Postremo commendat Mtas sua se, Regnum, Dominia.

gentes, et omnẽs facultatesq ac vires suas S. D. N.
Qui ut diutissime presit Sedi Aplicę, et omnibus votis
ac foelicitate sua fruatur, Mtas sua semper audire
ex animo desyderat.

Sigismundus. I. Rex Poloniae
Joanni de Lasko Archiepo Gnesn
Legato nato et primati.

Reuerende in Christo pater, et dne sincere nobis dilecte.
Lras vrae Ptis accepimus, quibus priora sua cosilia
recensendo, iterum suadet, vt dimisso belli gerendi cum
Thurcis consilio, quod nec tempori nec facultati nostrae
conuenire cognoscit, de aliqua saltem temporaria pace,
cum ipsis Thurcis ineunda, consilium capiamus. Tenemus
quidem memoria in proximis Conuentibus hac de re
summa contentione actum esse, et pene ab omnibus Co-
siliariys, consencientibus animis, in eam ventum fuisse
sententiam, vt de ipsa pace constituenda, qui ageret,
Orator mitteretur. Sed cum ad Sermum Nepotem nostrum,
eiusq3 Regni Consiliarios causam hanc retulerimus,
mox a sua Mte, et jsdem Consiliariis ita impugnari
coepta est, vt sit praeclusa via nobis aliquid contra
vim foederum tam recenter factorum de ipsa pace agedi.
Commemorat etiam superioribus lris sibi consulenus vi-
sum fuisse agendum, vt ante Conuentum nostrum in Hun-
gariam iuissemus, misso in terras Russiae exercitu No-
bilitatis cum Campiductore Regni nostri. Non
dissenciebamus nos quidem ab ea proficiscendi volunta-
te, et fecissemus satis, perq3 libenter, illius Ptis deside-
rio, nisi voluntatem nram tanta necessitas Regni
nostri immutare coegisset. Videbamus enim harum

terrarum Nobilitatem, nequaquam voluntati meę, et Reipcę necessitati astipulaturam esse, vt sine nobis ad bellum profecta esset, aut sine nobis in Castris et presidijs terrarum Russię manere voluisset, Et nisi ea ipsa re mea profectio hostilem impetum retardasset, et repressisset, quid inde secutum fuisset, nemo est, qui non intelligat,

De nobis autem diversas Tragedias, a subditis nris excitandi, latus campus fuisset apertus, qui argui potuissemus quasi ab re nra, multum ocii habentes, propriis relictis, aliena curaremus.

Quod autem ad mittendum Nuncium sive Oratorem ad Sedem Apticam attinet, de hijs rebus quę nobis cum Sermo Nepote nro communes sunt, nondum tempus eius rei agendę venisse videmus. Oratores enim nostri, qui in Hungaria sunt missi, inter alia sibi comissa, id etiam à nobis acceperunt in mandatis, vt de hoc bello, sive de hac pace, per Inducias, cum Thurco facienda, aliquid comuni consilio constituatur, quorum in reditu et certius et vberius in Conventu futuro agi poterit. id, quod è republica visum erit agendum. Bene valeat vra Pitas. Datum.

Annus domini. 1525.

Sub finem anni 1524 Statutus fuit generalis Conventus regni Polonie in Pyetrkow ad diem sancti Thome Apostoli Nicolai Epi et Confessoris. Ad quem convocati fuerat Consiliarii et Nobilitas: per l[itte]ras infrascriptas.

Litere Conuentuales.

Sigismundus primus Rex Polonie Consiliariis maioribus regni Polonie

Mag^cé^ Sincere nobis dilecte. Nemo est iam qui nesciat quantum detrimenti Respublica Regni nri proxima esta te acceperit, cum terras nras Russie Exercitus hosti: les potenter inuadentes igneque et ferro longe et late perua: stantes ita depopulati sunt, predam ingentem hominum et peccorum abigentes. vt eam pene desertam et desolatam relinquerint, viresque ipsius Regni magna in parte labe: factarint. Cum autem in re tam subita nullum presencius consilium inueniri et excogitari potuisset hostibus animus ad maiora edenda facinora credentibus impetum suum re: fundi et reprimi non posse. postquam in primo congressu non fuit ventum ad manus iusto prelio conferendas, hoc consilium quod tunc tempus attulit. quodque salutarius videbatur. ce: pimus vt ipsi tanquam ad Nobilitatem et ex plebe decimum, quemque, ad arma capienda commoneremus. hac itaque nra cum hoc subito collecto Exercitu profectione, hostes et Turci et Tartari deposita spe concepta in viscera regni nri profu: sius grassandi, impetum suum continuerunt. Sed cum hostes ipsos magnitudine prede pollectos defuturo bello nobis infe:

vendo consilia capere non ignoremus. Nos etiam tempori seruientes decreuimus interim cum vniuerso Senatu regni nri super his rebus et aliis multis, que instant agere et consultare. et presertim cum videamus Magistrum Prus: sie in suis actionibus vigilanter se gerere Induciis cui eo factis ad finem iam appropinquantibus Ciuitatesq; Prussie Lutheranis erroribus infectas ad summa licen: tiam erectas, Voiewodam etiam Moldauie pene oblitum faederum vltro citroq; pactorum hostili animo clam erga nos esse et propterea Conuentum generalem in Piotrkow ad festum Sancti Thome Apostoli futurum statuendum duximus Statuimusq; et indicimus, ad quem nos nulla mora interposita Deo bene iuuante veniemus. tuam etiam S. hortamur vt ad diem supradictum venire curet. quo tempori id quod restat agendum in nomine domini agere possumus ne mora nra hisdem actionibus afferet vel impe: dimentum vel detrimentum hunc autem generalem Conuen: tum precedet particularis Srzeden.

Quem deinde Colensis terris maioris Polonie communis sequetur quibus tua S. interesse velit vt ibi cum Nobilitate electis. cum plena et non limitata potestate Nunciis, eius: modi rerum agendarum peritis et gnaris qui non ad serendas discordias et tumultus in Republica excitandos. sed ad res tantas tractandas et agendas idonei censerentur ad ipsum demum generalem Conuentum illinc recta proficis: cantur. Facturi pro offitio suo et accessione gratie nostre non vulgari. Que bene valeat Dat Cracouie feria quinta infra octauas festi omnium Sanctorum Anno domini . M. . D . XXiiij Regni nri Anno Decimo octauo

Sigismundus primus Rex Polo(nie)
Minoribus Consiliariis Regni

Generose fidelis dilecte. Credimus iam nemini esse in:
cognitum, quantum detrimenti Respublica regni nri pro:
xima aestate accepit, cum terre nre Russie a Turcis et
Tartaris longe lateque ferro et igne vastate sint, ingensque
in eis damnum factum, et nisi cum eo Exercitu ex Nobili:
tate et plebe terrarum minoris huius Polonie subito col:
lecto accurrissemus multo maiora et peiora hostes ipsi mo:
liebantur. Cupientes igitur futuris periculis occurrere et
Regnum ab extremo interitu seruare indiximus Conuen:
tum generalem in Oppido nro Piotrkow ad festum Sancti
Thome Apostoli futurum, vt cum Vniuerso Senatu Regni,
nri et Nunctys terrarum super his rebus future defensionis
contra eosdem hostes et super alijs multis que instant
agendis, mature consultare possumus. Cum autem genera:
lem Conuentum particularis in N. feria etc et communis
terrestris in N. feria etc precedent. Itaque hortamur F.,
tuam, vt ad ipsum particularem Conuentum et Terrestre
Colensem proficiscatur, auditaque legatione nra et consilat
illic cum alys que opportuna videbuntur, et Nunctios
viros idoneos et ad res tantas tractandas peritos cum
plena facultate ad Conuentum generalem eligat, adque
etiam demum venire ipsa curet nobiscum vna atque alys
Consiliarys nris ac terrarum Nunctys de impedimentibus
periculis et alys necessitatibus Reipublice. Datum feria quinta
proxima post festum omnium Sanctorum Anno domini
M. D. XXiiij Regni nri Anno decimo
octauo

consultura.
Futura pro
officio sup. etc.
Dat. Cracouie

Sigismundus primus Rex Poloniae
Nobilitati regni Poloniae [illegible]

Generose fidelis dilecte. Credimus iam nemini esse incognitum quantum detrimenti Respublica Regni nri proxima Æstate accepit, cum terre nostre Russie à Turcis et Tartaris longe lateqz ferro et igne vastate sint, ingensqz in eis damnum factum, et nisi cum eo Exercitu ex Nobilitate et plebe terrarum minoris huius Polonie subito collecto accurrissemus multo maiora et peiora hostes ipsi moliebantur. Cupientes igr futuris periculis occurrere, et Regnum ab extremo interitu seruare, indiximus Conuentum generalem in Oppido nro Piotrkow ad festum Sancti Thome Apostoli futuru, vt cum vniuerso Senatu regni nri et Nunctys Terrarum super his rebus future defensionis contra eosdem hostes, et super alys multis, que instant agende mature consultare possimus. Cum autem generalem Conuentum particularis in .N. feria etc precedet. Itaqz hortamur tuam F. vt ad ipsum particularem Conuentum proficiscatur, auditaqz legacione nra et consultat illic cum alys, que opportuna videbuntur, et Nunctios viros graues, et ad res tantas tractandas et agendas idoneos cum plena facultate, ad Conuentum generalem eligat pro fide sua et gratia nra
Factura Datu Cracouie etc vt Supra

Sigismundus primus Rex Polonie Capitaneis regni

Generose fidelis dilecte. Exigentibus arduis negocijs et necessitatibus Reipublice instituimus Conuentum generalem Regni in Oppido nro Piotrkow ad festum Sancti Thome Apostoli proxime futurum. quem particularis in N. et communis terrestris in N. de more precedet. Itaqz mandamus tue F. vt istos Conuentus proclamari et publicari faciat, in omnibus foris et congregationibus populi Ciuitatum et Oppidorum, aliorumqz locorum publicorum Capitaneatus sui. litterasqz nras quas ad Officiales et nonnullos Nobiles scripsimus. ad eosdem perferri q primum et diligentissime faciat. sic vt ad omnes deferantur. Que autem superscriptionem non habent, eas his quos insigniores, nouit intitulatas transmittat pro officio suo et gra nra non aliter Factura

Datt vt supra

Sigismundus .I. Rex Polonie
Nunciis ad particulares Conentus designatis cum legatione.

Venerabilis deuote nobis dilecte. Instituimus Conuentum generalem regni pro festo Sancti Thome Apostoli proxime futuro in Oppido Piotrkow. quem de more particularis in N. feria ec precedet. ad quem cognitam habemus tuam industriam et diligentiam te Nuncium designauimus voluimusqz vt illuc proficiscaris et mandata nra. iuxta instructionem nram quam tibi mittimus exponas adnitarisqz omni studio quo Nuncij cum plenaria potestate ad Conuentum generalem eligantur. ita exigentibus summis difficultatibus Reipublice pro gra nra qua hanc operam tibi rependemus

Dat[um] Cracovie feria tercia proxima in octaua festi omnium Sanctorum Anno domini M. D. XXiij.
Regni n[ost]ri Anno xvij.

Legatio a Rege ad Conuentus particulares terrarum regni.

POST dictam et nunciatam graciam Regiam, tam Dignitariis q[uam] Proceribus et oblatas fidei literas dicendum

Quòd M[aies]tas Regia cum in aliquot Superioribus Conuentibus, in quibus varie consultaciones super defensioneq[ue] regni fuerunt habite, nichil tale determinatum esset, quod, Vt firmum et validum censeri posset ad defensionem, tandem in proximo Piotrkouien[si] Conuentu, post multas disceptaciones et differencias cum nullus modus et Ordo oportunus ad reprimendos hostiles impetus instituebatur, consencientibus animis Consiliariorum suorum decreuit et indixit id quod in manu eius erat generalem bellicam motionem

Cum autem instante vere M[aies]tas sua in ea Sentencia esset vt communi decreto satisfaciendo ad bellum proficisceretur missis per vniuersum Regnum terris l[ite]ris Restium vt ad diem et locum determinatum omnes q[ui] de iure et consuetudine ad ipsam bellicam expeditionem sunt obligati conuenirent

INterim Nuncij Terrarum Maioris Polonie ad suam M[aies]tem venientes, exposuerunt difficultates suas quibus impediti non possent ire ad bellum nisi cum summa grauitate et difficultate sua.

PEtiuerunt[que] a sua M[aies]te vt hanc ipsam expeditionem adhuc aliquantulum continere et per singulos Districtus terrarum Conuentus statuere dignaretur in quibus aliquis alter modus defensionis preter ipsam mocionem que non sine maxima turba

et difficultate semper fieri solet inueniri possit

Quia vero sua Maiestas nunquam deesse consueuit precibus subditorum suorum in his que cum aliqua iusta racione peti solet annuit licet cum non mediocri timore votis eorundem Nunciorum Conuentusque non solum in Maiori Polonia sed eciam in terris Cracouien. Sandomirien. et Lublinen. statuit et indixit.

In quibus cum vniuersa Nobilitas vnanimiter et concorditer in contribucionem consensisset, maluissetque peccuniam conferre qua Mercenarius miles in terris Russie ali posset quam difficultates mocionis bellice subire, Maiestas sua communi subditorum suorum voto et consensui aduersari nolens, et cauens ne aliqua in re precibus et racionibus illorum deesse videretur bellicam expedicionem in preterito Piotrkouien. Conuentu decretam intermisit et non est prosequuta

Priusque autem peccunie ex contribucionibus decretis colligerentur quod quidem adeo subito fieri nequaquam potuit ne interim limites Regni et Terre Russie omni presidio nudate quantecunque hostium paucitati exponerentur. Maiestas sua quod in tam subito casu fieri potuit conquisitis non sine Maxima difficultate et in mutuum receptis peccuniis Mille Sexcentos Equites et Quadringentos pedites Militum Mercenariorum conduxit, et in terras Russie cum Quadringentis triginta Equitibus Curie sue et Tormentis bellicis propere misit quod ni factum fuisset, procul dubio hostis ipse et maiorem Calamitatem eisdem terris intulisset et vlterius vsque in intima regni penetrasset.

Cum autem res ipsa defensionis ita esset iam instituta et ordinata, mox Nuncij diuersis ex partibus missi ceperunt afferentes Exercitum terras Russie ingressum omnia ferro et igne vastare, predas hominum et pecorum agere quiquidem exercitus tam validus erat vt non esset possibile illas gentes quas Maiestas sua ad defensionem terrarum Russie miserat, cum hostili exercitu sine metu periculi confligere posse.

Cum autem idem Turcorum Exercitus a regno preda onustus

discessisset mox alius Thartarorum multo potencior Exercitus Russiam ingressus reliquas eius partes quas Exercitus Turcorum intactas reliquit inuadens ita depopulatus est et prouastauit vt non sit verisimile eas plurium annorum spacio vires pristinas recuperaturas esse atque ad sui defensionem idoneas esse posse. Et cum referens tantam prędam è regno discederet idem ipse Thartarorum Exercitus Maiestasque Regia ab exploratoribus edocta, iterum denuo maiores Exercitus et Thurcorum et Thartarorum instauratis viribus minarise velle venire, postquam in priori inuasione paucos sibi obstare viderunt qui eorum conatibus allaturi esset impedimentum

Maiestas sua in tanta Calamitate suorum subditorum reputans quid inde secuturum fuisset nisi aliqua firmior et validior defensio inventa fieret. tandem cum ea deliberatione que in tanta rerum et temporis angustia excogitari potuit, ipsa propria persona Sandomiriam primum, inde Leopolim conferre se dignata est, commota omni Nobilitate terrarum minoris Poloniae ad eam expeditionem que prius ad totum regnum in generali Conuentu erat decreta

Hoc etiam adiuncto pro rei necessitate et vt aliquem timorem hosti incuteret qui visa paucitate defensorum audacior factus omnia sibi pollicebatur pro voto futura que in animo concipiebat iussit ex omnibus Oppidis et Villis talem fieri expeditionem vt ex ordine decimus quisque sumptis armis iret ad bellum Quod nisi singulari Diuina gratia suffragante factum fuisset sine dubio maxima pars regni hoc preterito tempore vastata, desertaque relicta fuisset.

Maiestas itaque sua regia preuidens sua futura pericula atque eis auxilio diuino occurrere cupiens Conuentum generalem in Piotrkow pro festo Sancti Thomę Apostoli Statuit et indixit omnibusque Consiliarijs et alijs ad quos pertinet de necessitatibus regni consultare, edixit vt illuc conueniant de tali defensione cum sua Maiestate consulturi qua posset regnum seruari ab interritu imminenti.

Videt enim sua Maiestas hostes ferociores factos atque ad inuadendum

et debellandum regnum propensiores et audaciores cum vi: deant omnia sibi pro voto succedere. videt sua Mtas et alia multa de quibus si quando necessaria erat consultacio nunc potissimum et necessaria est et maxime Salutaris fu: tura Si pro rei necessitate facta fuerit, et si fuerit negle: cta quod omen deus avertat quanta sit omnibus dein: de calamitas futura quisque apud se cogitans facile potest investigare.

Nam sua Mtas bene scit et novit, quod Mgr Prussie per omnem Germaniam discursans consilia et auxilia querit quibus id quod proposuit agere et perficere possit. novit eciam Mtas sua Civitates Prussie Luterranis erroribus infectas et imbutas ad tantam licenciam devenisse, ut hy qui presunt furorem multitudinis coercere non possint Inducie vero cum ipso Mgro post bellum superioris temporis facte iam ad finem approperant, qui quidem finis proximus venit, opus est consultare et constituere, si inducie ipse ul: terius prorogande sint aut bellum renovandum et quomo: do terre et Civitates Prussie sue Mti subiecte in bona fi: mitudine concordia et tranquillo Statu conserventur

Preterea scit et animadvertit Mtas sua Voiewodam Mol: davie semper alias non satis fidum nec et ad servandam amiciciam propensum nunc multo plus suspectum esse, immo vero certis quibusdam Indicijs deprehensum hostilia clam cogitare et struere, de quo eciam consultandum erit ut inveniatur modus quo sic capiatur ne vel ad hostes deficiat vel ab eis debelletur. tunc enim si Turcus occupata Moldavia imme: diatus vicinus esset nobis multo esset formidolosior et gra: vior quam sit nunc cum Voywoda ipse nondum cum eo aper: te sentit et cum terra eius moldavia dicioni ipsius non est subiecta

Quare hortatur Mtas sua vras. D. ut super hisce rebus et alys Reipublice necessitatibus id quod expediret in me: dium conferant et Nuncios viros graves prudentes et rerum agendarum peritos cum plena et non limitata potestate

ad generalem Conuentum eligant cum quibus et dominis alijs Consiliarijs possit Maiestas sua impedentibus periculis maturo consilio occurrere et quod Reipublice vtile et Salutare videbitur constituere, nam eo rem iam deuenisse manifestum est, vt necessarium esse videatur maiori nunc cura et sollicitudine de his ipsis necessitatibus et periculis tractare et consulere quam antea consultum et tractatum erat ne (quod tamen Deus auertat) tot hostilibus incursionibus fracti et debilitati ad vltimum concidamus

Maiestas autem sua ita se offert ad ipsas actiones pro Salute suorum Subditorum vt nichil sit pretermissura quod ad optimi Principis officium pertinere videbitur, non retrahet suam etatem nec retardabit magnitudo laborum, metus periculi, et sumptus difficultas, quicquid enim habet et habere poterit omnia se effusuram pollicetur vt subditos suos quos regendos et tuendos suscepit, ab interitu seruet, prestetque securos

Credencia

Sigismundus Rex Pol.

Vniuersis et Singulis Prelatis Proceribus Consiliarijs et officialibus ac Ceteris in Conuentu N. Congregatis Sincere et fidelibus nostris dilectis. Salutem et gratiam regiam. Mittimus in medium vestrum S. N. cui commisimus presentes Reipublice necessitates et voluntatem nostram de illis eisdem S. vestris refferre Quare hortamur illas vt ei plenam fidem adhibeant idque exequi curent quod nostro nomine ad Consulendum Reipublice necessarium declarabit debitum suum et nobis rem gratam facturi. Et bene valeant. Datum Cracouie etc

Sigismundus I. Rex Polonie
Episcopis Et palatinis Prussie.

Rde in Chro Pater Sincere nobis dilecte. Instancia ab hos:
tibus pericula suadent ut celerius cum Consiliarys nris co:
uenientes de futura defensione consilia capiamus. hostes
enim nri preteritis successibus animati, ea parant et moli
untur que suis racionibus conductura esse cognoscunt, huc
accedit quod cum Illri domino Mgro Ordinis Cruciferorum
Induciarum finis appetit qui per Germaniam discursando
querit consilia et auxilia, quibus admitus intermissum bel:
lum instaurare possit, hys igitur et alys multis de causis
Conuentum regni nri generalem Piotrkouie ad festum
Sancti Thome futurum de more indiximus, terris vero
Prussie ad festum futurum Sancte Barbare Similiter ge:
neralem Thoruny indicimus et celebrari volumus, ut
ibi eciam omnes de more conueniant, et de rebus omnibus
ad bonum et tranquillum Statum istarum terrarum specta:
tibus tractent et consultent, ac de ipsa cum domino Mgro
actione deliberent, si de inducys prorogandis in ipo Piotr:
kouien Conuentu vel de bello renouando agendum et de:
cernendum erit, Vram igitur Ptem hortamur eique man:
damus ut ad diem Sancte Barbare et Conuentum supra:
dictum, Thorunium se omnino recipiat, et nullo modo se
ab eo subtrahere audeat sub obtentu gracie nre, cum alys sqq
terrarum Prussie Consiliarys meis in ipso Conuentu que
e republica sunt futura agat et consultet, in primis ante
de ipsa cum dno Mgro actione si ad Inducias proferendas sit
assenciendum, vel de bello renouando decernendum, Illinc
autem facto delectu aliquot Consiliariorum quos rerum om:
nium seriem melius percallere cognoueritis, ipsos ad eundem
Piotrkouien Conuentum mittere, curetis, ut ibi nobiscum et
cum alys regni Consiliarys meis super omnibus negocys
Reipublice omnium terrarum Regni mei idquod restat
agendum Deo bene volente agant et decernant. Bene
Valeat Vra Ptas Dat Cracouie

Hec clausula addita fuit ad Palatinos Prussie.

Quia vero necessarium esse arbitramur vt Nobilitas istarum Terrarum etiam certior fiat de his rebus que in predicto Conuentu Thorunen' tractabuntur volumus et mandamus S. tue vt ante eundem Thorunen' Conuentum Nobilitati Palatinatus sui Conuentum particularem in aliquo loco commodiore indicat et ei declaret quod propter multas et arduas necessitates istarum terrarum Prussie que celeri et maturo consilio indigent cum ipsum Conuentum generalem Thoruny statuimus et indiximus, mandatque omnibus nomine nro vt si pariter ad eundem Conuentum venire non poterint, saltem Nunchos ex medio sui cum plena facultate illuc mittant ne in rebus necessariis aliquid eorum negligatur quod ad bonum et tranquillum omnium Statum pertinere videbitur et aliter non faciat S. pro officio suo et gra nostra.

Sigismundus primus Rex Polonie
Nobilitati Terrarum Prussie.

Nobilis vel Generose fidelis dilecte. Propter multiplices et arduas necessitates Reipublice istarum terrarum Prussie indiximus Conuentum Thoruny pro festo Sancte Barbare proximo, vt in eo consulatur communi et maturo consilio de eisdem necessitatibus. Mandamusque tibi vt ad eundem Conuentum omnino venias et inde de rebus necessariis et his que per Nunctium nostrum proponentur consulas, sub obtentu gratie nre aliter facere non ausurus Dat' Cracouie Sabbato infra octauas festi Omnium Sanctorum Anno dni 1524

Sigismundus primus Rex Polonie Ciuitatibus Et Nobilitati Prussie

Prouidi fideles dilecti propter multiplices et arduas necessitates Reipublice istarum terrarum Prussie indiximus Conuentum Thorunij pro festo Sancte Barbare proximo vt in eo consulatur communi et maturo consilio de eisdem necessitatibus. Mandamusque vt rebus necessarijs et his que per Nunctium proponentur consulatis sub obtentu gratie nostre aliter facere non ausuri Datum Cracouie etc

ad eundem conuentum veniatis et de

Sigismundus primus Rex Polonie Capitaneis Terrarum Prussie infrascriptis

Generose fidelis dilecte. Sunt pleraeque necessitates istic in terris Prussie que communi consultatione indigent. propter quod indiximus Conuentum in Ciuitate nostra Thorunen pro die Sancte Barbare proxime futuro hortamurque et mandamus F. tue vt illum proclamari et publicari faciat in omnibus foris et congregationibus populi Oppidorum et aliorum locorum publicorum Capitaneatus sui ipsa etiam tua F. in eodem Conuentu constituatur vt vna cum Consiliarijs nostris de hisdem necessitatibus ac alijs que per Nunctium nostrum proponentur consulat pro debito suo et gratia nostra Datum Cracouie Dominico die intra octauas festi omnium Sanctorum Anno domini M. D. XXiiii Regni nostri anno XXViij

Capitanei:
- Mariemburgen.
- Gnevensis
- Graudecen.
- Radzinensis et Dzialdowien.
- Rogosnensis
- Cowaliensis
- Coprziwnensis
- Stumensis
- Thucholiensis
- Swieczensis,
- Stochowien.

Legatio a Sigismundo primo rege Poloniae ad Conventum Prussiae data.

POST dictam et nunciatam gratiam regiam et oblatas fidei literas dicendum, bene constat D. vris. quae clades praeterita Aestate inflicta est terris Russiae per duos potentissimos Exercitus Thurcorum et Thartarorum et quam gravia damna inde sint secuta. Quomodo etiam regia Mtas verita ne iidem hostes illecti, atrociora adhuc efficerent. cum ea quam tum in tam subito casu contrahere poterat manu, eisdem hostibus in occursum Leopolim profecta erat. illicque quoad omnis suspicio hostilis adventus penitus sublata erat, commorata est. [praeda et ignavia nra]

Intelligens vero Mtas sua. quod haec moles belli quasi ex composito tam in se quam etiam Sermum. D. Ludovicum et devoluta est

considerans etiam quod ad tantam vim hostium reprimendam à nullis Principibus christianis auxilia habeat. indixit Conuentum generalem regni sui Piotrkouie ad festum Sancti Thome. in quo Conuentu cum Consiliariis et subditis suis consilia capere constituit. quo nam pacto tam validis hostibus resistere valeret.

In eodem etiam ipso Conuentu in deliberatione ponere constituit Mtas sua ex quo inducie cum Illmo dno Mgro Prussie et eius ordine facte intra paucos menses expiraturae sunt. quid nam potissimum vlterius faciendum sit. prorogande ne videlicet inducie vel bellum renouandum.

Quibus in rebus nolens Mtas sua quicquam inconsultis prius D. vris statuere, hortatur illas, vt hic prius inter se conferant et consulant vtrum consultius videretur, vt Mtas sua prorogaret Inducias cum Illmo dno Mgro et eius Ordine ad aliquantum tempus vel bellum cum eo renouaret.

Illud autem à vris. D. potissimum perpendendum est et cum summa maturitate considerandum. quia sua Mtas tam graui et ~~memorabili~~ cum infidelibus bello districta nequaquam vno et eodem tempore vtrique bello et illic videlicet et hic satisfacere potest. eoque minus quod cum eiusmodi hostibus res ei est qui nullis honestis conditionibus vel foederibus contineri possunt

Quemodocumque tamen D. vre hic inter se semper super ea re deliberauerit. et quicquid illis e republica sua optimum fore videbitur. designatis aliquibus Commissariis de medio sui per eos Sententiam suam ad Conuentum generalem significent, facture vre. D. pro bono Statu et communi necessitate ac gratia Mtis sue regie.

Ceterum intellexerat iampridem Mtas sua quod vre. D. dnis Gdanensibus monetam cudere permiserant, ipsi vero ea con

ditione id se facturos promiserant, q. et bonam monetam cu:
dere et ex ea cussione non maius lucrum habere debebant q̃
vt impensam que in id facta esset deducerent. Nunc vero,
vt sua Mtas edocta est cudunt hi ipsi Gdanen' et expendunt
monetam satis vilem que quidem res eo etiam intollerabilior
est, q. alioquin ex aliis quoqz regionibus multiplices heg pe le:
ues et viles monete huc inferuntur. Quare sua Mtas man:
dat et omnino habere vult, vt Gdanen' ab eiusdem monete
cussione a modo desistant et D. vre dent operam vt tam hec
ipsa Gdanen' moneta q̃ cetere ad instar Swidnicen' mer:
tum vbicunque istic in terris Prussie penitus aboleantur et in:
ferri huc et augeri prohibeantur. Interim vero sua Mtas
omni studio admitetur vt falsarij tales explorentur, in eosqz
prout meriti sunt animaduertatur.

Quod ad Sectam Luteranam attinet, que fertur in dies magis istic in Prussia inualescere vult Mtas sua vt vre D. omnem curam de extirpanda illa adhibeat, Cum autem nulla respu: blica regi potest sine legibus ac institutis suis, leges autem stare nequeunt vbi cuilibet quodlibet licet: Religio vero vnicum est vinculum in rebus humanis, quo leges ac instituta omnium rerum publicarum continentur quo dissoluto dissolui necesse est vniuersa: hortatur omnes subditos suos harum terrarum Mtas sua, ne se hac labe heretica polluant, et nomen ignominiosum apud reliquos Chrianos pariant, ac sue reipu[blic]e turbas sediciones, ac casum aliquem quem deus auertat, co: pareant, non plus sapientes quam oportet, colant et obseruent + quo et Diuinum fauorem sibi conciliabunt, res ac Ordinem suum bene stabilient, nomenqz bonum apud omnes et gratiam sue Mtis regie sibi demerebuntur — De heresi in Prussia — + veterem religionem

Postremo quicquid vre D. intelligent ad bonum, et tranquillum suum et harum terrarum Statum pertinere, id vt inter se tractent et consulant ac demum per dominos qui ad generalem Conuen: tum regni sunt ituri, Mti sue significent, vt eius Mtas pro cura et sollicitudine sua quam de subditis suis habet possit eo commodius de omnibus que expedire videbuntur consulere et prouidere.

337

Andreas Criczki Eps Premislien
Petro Tomiczki Epo Cracouiensi
& Regni Polonie vicecancell°

R
Rme in Chro Pr et domine, domine benefactor gratiosissime. Post expeditum Nunctium cum litteris regiis, accurrit ex Sroda Cubicularius cum significatione domini Gorski, de actis Conuentus illius, cuius litteras misissem cum his alys vre D. Rme, verum illas nondum Mti regie perlegi, respondente Mte Sua prolixitatem ipsarum quibus ille more suo diligenti et accurato, et quo pacto vocatus fuerit ad Ecclesiam quo loco, queque Nobilitas constiterit, vbi ipse collocatus fuerit et alia id genus explicando, totam illam historiam copiose depinxit, in summa est autem, scissam fuisse Nobilitatem vnam partem voluisse cum domino Posnanien de propositis necessitatibus reipublice consulere, et nunctios eligere alteram hoc colore obstitisse, quod solus ille esset ex consuetis dominis Consiliarius, proindeque si cum illo solo nunctios eligerent, viderentur nonnihil alys dominis detrahere, cum quibus, preteritis duobus Conuentibus hanc electionem recusassent, electosque per ipsam vnam partem hos quatuordecim nunctios, Sremen, Biechowien, Camenesen Castellanos, Sandiuogium Czarnkowski, Andream Grodzienski, Georgium Conarski, Joannem Gostinski, dominum Jwienski, D. Thurek, Grabienski, Grzimultowski Vexilliferum Calisien Nicolaum Krzeski, Andream Boianowski et Jrchorzewski, ad quos post multas turbas et alteram partem consensisse, ea lege, vt tractarent omnia pro bono et vtili reipublice, cum consilio et consensu dominorum Consiliariorum, committentes illis, vt Mtis regie decreta susciperent, et Consiliarios honorarent, dantes illis plenitudinem potestatis omnia faciendi, Nunc Mtas regia edocere debet dominum Posnamen, vtrum his nunctiis, pluribus solito electis, expense dari debeant, necne, nam et sequelam malam esse dandi, negādi

vero nouum aliquod impedimentum et perturbacio. quid Maiestas sua statuet adhuc incertus sum. si Reverendissima Dominatio vestra significare dignaretur suam sentenciam celerius, oportune faceret. cuius gratie me humiliter commendo Cracouie in vigilia Conceptionis S. Marie sub vespero. M. D. XXiiij

Andreas Cricius eps Premisliensis Petro Tomicio epo Cracouiensi etc. R. P. Vicecancell.

Reverendissime in Christo Pater et domine benefactor graciosissime. Jam Maiestas regia mandauit rescribi de impensa danda Nunctiis in Conuentu Sreden. electis, non pluribus videlicet quam sex iuxta constitutionem Bidgostien. habitura tamen Maiestatem sua si quid boni constitutum fuerit, omnium benignam racionem, augurabatur dominus Posnanien. non exituros illos domo, nisi omnibus impensa detur, et ego ita arbitror, iam enim edocti sunt ipsam impensam importune et pertinaciter exigere, et Maiestas regia sperans aliquid per eos boni constitui, quod nunquam erit presertim per hos capitosos, largiri illis frustra consueuit. dominus Gorski Orator scripsit domino Thesaurario magnis Techinis et Sycophantiis Conuentum illum actum, presidemque propalam omnibus que gerebantur contradixisse, et auctoritatem Principis et Senatus bulatum esse, verumtamen omnia Spiritu et sciencia sua gesta et contexta fuisse. Commendo me humiliter Reverendissime D. vestre. Datum Cracouie dominica die Anno domini M. D. XXiiij.

i. Lucas de Gorka Castellan et Capitaneus Posnanien.

Andreas Crziczki Eps Premislien: Petro Tomiczki Epo Cracoviensi Et Regni Polonie Vicecancellario

R.me mi domine. narratum est michi dominum Andream literas a patre Mti regie clam dedisse. quod verisimile videtur, nam in his que Cubicularius palam reddidit, michil prorsus de Conventu Sreden et actis ipsius scribit, cum legam Mti sue dicam me mirari qd de gestis Sredensibus nil attigerit forsan Mtas sua aliquid aperire dignabitur. Scribit etiam D. Gorski Nobilitatem verba fecisse ad ipsum D. Posnamen quod solus nunc sit qui rem publicam curae et cordi habeat, et multa id genus

Pertinet ad annum preteritum

Andreas Cricius eps Premislien Petro Tomicio Epo Cracovien R.P. Vicecancellario

R.me mi domine. Retulit michi Hesterno vesperi famulus domini Petri Opalenski actus se presente Conventus Posname et in Sroda, in utroque decretum ut nunctius ad Mtem regiam mittat. et ex Sroda quidem significatum fuisse ne quis eorum eligeretur qui Nunctii erant in Conventu generali quod perperam omnia agere soleant, verum Posname iam Gostomski Electus fuit, is die crastina vel perendie venire, una cum altero quodam ex Calissien Pallatinatu debet, retulit etiam idem famulus turbas illic fuisse. alios instinctu Gostomski egisse gratias dno Posnamen. quod se officium resignaturum obtulerit alios item reclamasse. sua michil referre utrum unus omnia, an singuli singula obtineant. modo ut pace fruantur. petituri sunt hi nunctii productionem termini bellici et Conventus ante motionem. sicque coniicitur quod in eo contributionem aliquam decernere vellent

Pertinet ad annum preteritum

Cricius Tomicio .

Pertinet ad annum preteritum; et ponat ... Res... emissas

R[everendissi]me mi domine, littere dominorum, quod michi scribit
continent, in tam graui et difficillima Sentencia, michil
mirum, vt qui in leuioribus idem facere soleant consulti, hoc,
duntaxat curantes vt hec atque illa consulentes, ausam habeat
vel ascribendi sibi si quid recte cedat, vel si perperam ces-
serit, eos accusandi, qui negotiis expediendis presunt. Quare
Supplico R[everendissi]me D[ominationi] V[est]re prouidere dignetur, ne qua occasio
detur istiusmodi hominibus eam casu aliquo, quem d[omi]nus
Deus auertat. Suggillandi, censerem explicatis coram
Nunctiis discriminibus et periculis que regno imminent
et commemorata spe M[aiesta]tis regie quam habuit, quod regnico-
le his cognitis tandem excitari, et Saluti patrie et sue ala-
crius et efficacius consulere debuissent, cum preter consue-
tum morem, et iuxta decretum Bidgostien[sis] Conuentus in
omnibus Districtibus agi fecerint, Nunctiosque quot quisque ter-
re vellent admiserit, ac Conuentum generalem tempori in-
stituerit, in eoque morari longissimo tempore non est grauata
cumque infoelicitate quadam factum sit, vt non attenta summa
et presenti calamitate ac pernicie omnia acta sint remissius et
deterius, quam vel in media securitate vel pace conueniret
nescire M[aiesta]tem suam quid potissimum exequi deberet. hinc racio
indicat ex tam leui contributione, tantam periculi molem sus-
tineri non posse. illinc ex motu belli publici ~~prelio~~ tam inordinato,
maior iactura et ignominia, quam vel ab hoste contingere pos-
sit. Non reicere M[aiesta]tem suam id quod decretum est per illos,
quando illis ita visum est, curaturamque M[aiesta]tem suam pro viri-
bus, vt aliquo modo deffensio hec fieri posset, vsque ad eum
Conuentum in quo pollicentur se de constituendo bono ordine
Status et defensionis Reipublice consulere velle. verum cum
hostis in foribus sit, vbi vis tanta ingrueret eius presidiis le-
uioribus resisti non posset. oporteret M[aiesta]tem suam inter duo

mala vnum hoc potius eligere, vt bellum generale fiat exi:
ciosum moverit, quam permitteret ... vicevetersum regnu
proindeq decrevisse emitti binas vestium lras in omnem
eventum. ne quid ob moram negligi videretur, In eum sen
sum videretur michi im R me due agendum cum Nuncius
eciam eorum consilio nonmichil requisito. de his que vtcunq
cederent. si quod deus avertat male cederent, posset ipsa per
Sicophantas culpari et veniam det. quod Ius muneruum doce:
at; cum id eius iussu faciam, toram abundius

Petrus de Tomice Eps Cracovien. Vicecancell.s Capitulo Posnaniensi

Venerabiles domini fratres in Chro charissimi. Scripsi:
mus vobis non ita pridem quanto conatu impetamur hic
a Secularibus, vt onus defensionis vnacum illis ferremus
Quod tametsi omni studio per hoc totum Conventionis tempus
declinare curaverimus. nihilq non tentaverimus quo iura
et immunitates Ecclesiasticas illibatas conservaremus, ta:
men considerantes omnium in eo conatu pertinaciam, consi:
derantes tu regni summum discrimen ab infidelibus, tum
Ecclesie gravissimam tempestatem ab heresibus, que indies
magis invalescunt: timentes ne per nos stare videretur,
quominus oportuna defensio reipublice constitueretur atq
inde ansa daretur improbis grassandi in bona ura, que in
hiant. coacti sumus fundos Ecclesie vnacum aliis in comune
taxandos offerre. ad nonnullasq alias contributiones
satis graves nos submittere. quibus tamen nondum saciati
videntur: sed urgent nos ad Decimas eidem oneri mancipa:
das ad quod iugum indignum nos hactenus impellere no
potuerunt, neq impellent adiutore deo vel nobis vivis reni:
tentibus.

Significatum est nobis dominum Sigismundum Lanczki animam
agere, iamq fortassis hactenus extinctum. eius Canonicatu
conferre statuimus, alicui viro idoneo, vt post hac prebenda

hanc Doctoralem efficiamus, nonobstante coadiutoria alte:
rius ad quam infringendam habemus modos necessarios, et
proinde curetis ne quid in ea re nobis insciis et irrequisitis
statuatis, presertim de acceptando altero ad Ecclesiam et
possessione tradenda. Valete foeliciter, nosque in vris ora:
tionibus habeatis commendatos Dat. etc.

Andreas Crzicski Eps Premislien
Petro Tomicio epo Crac: Et Regni
Polonie Vicecancell°.

Rme in Chro Pater et domine benefactor graciosissime,
Mandare michi dignata est Mtas regia has litteras vre Dni
Rme, et domino Pallatino mittere, ex quibus intelligent
quod Principes illi vrgeant ad comparendum in termino designa:
to, idem agit meum dominus Strigomen, ne per litem regia
compromissum videretur anullatum, verum vt puto non ca:
ret misterio aliquo hec cura ipsius dm Archiepi, et missio
pro legato Apostolico, vellet Mtas regia quam celerius rescri:
bere, optatque vt Dnes vre quantocius Sentenciam suam
significent, Mitto etiam vre Dni Rme litteras nri Bro:
derici et Pisonis: ex quibus intelliget, Nichilominus eos
promoueri qui et nihili sunt et nonnisi mercimoniis nituntur.
habet tamen ipse Brodericus adhuc spem nonnullam, eam ful:
ciri cupit regio patrocinio, qua in re, cupio amicum et nobis
addictissimum iuuare, proindeque Supplico Rme Dni vre dig:
netur michi in ea ipsa re consilium prestare et Mti regie pro
eo nonnichil scribere vterque tam Brodericus quam Piso denotat
grafice dominum Strigomen, cuius studium est neminem ido:
neum, nisi qui totus ex se dependeat promouere, dignetur rogo
vtriusque lras michi rursus remittere. Commendo me humi:
liter Rme Dni vre Dat Cracouie in vigilia Con:
ceptionis dne nre Anno M. D. XXiiij

Cricius Tomicio

Rme mi domine et benefactor graciosissime. Hodie expedio Nunctium domini regis Vngarie scribo[que] et commendaciones pro nro domino Broderico, heri venerunt litere a Legato et domino Barone, vt Mtas regia iniret pacem vel longiores inducias tam cum Moscho quam etiam Mgro, et vt demum cum ipso Legato in Hungaria Mtas sua conueniret ad regnum illud prouidendum; id vero esse ex voluntate Pontificis, cuius breuis exemplum misit. Venit etiam Balicz hi ex Crzepicze qui refert se illic certissime accepisse Mgrm fuisse apud nostrum Lasky Archiepm Ardelionem, omnem[que] illam Nobilitatem frendere in illum, q[uod] cum hostibus tales Conuentus clandestinos agat. Mitto Rme Dni vre litteras domini Baronis Cuius gratie me humiliter commendo. Dat Cracouie xii Decembris Anno M. D. XXiiij.

Contributio generalis ab omnibus Regni Polonie statibus pro regni defensione.

Sigismundus etc. Vniuersis et singulis Ecclesiasticis et Secularibus: Consiliarijs Regni nri, caeterisq3 subditis nris quibuscumq3, tam terrestribus, q3 Ciuitatu et Opidoru honoribus et officijs insignitis, ad quoru noticiam pntes lre nre peruenerint, et presertim in Palatinatu N. et Districtu N. consistentibus, sincere nobis et fidelibus dilectis. Salutem et gracia nram Regiam. Rmi ac Rndi in Chro patres, necno Magci, Generosi, Nobiles, Famati et prouidi, sincere nobis et fideles dilecti. Quia compertum habentes Thurcos et Thartaros, se, ad vastandum Regnu, et Dominia nra, magno conatu accingere. Et preterea considerantes Inducias cu Mgro Prussie, et eius Ordine breui expirare, volentesq3 tempestiue hijs et alijs grauissimis difficultatibus et periculis Reipce puidere, statueramus Conuetu gnalem Piotrkouie ad festum dni Thome apli, quem commodu transegimus. In quo mecientes cu Consiliarijs nris, et terrarum Nuncijs, q3 damnosa sit, q3q3 no expedita, ad inopinatos hostiu insultus, generalis Regni motio, presidia vero leuia nullius esse vsus, ad hostilem magnitudiez reprimenda, put euentus anni preteriti abunde

declaravit, Proindeq volentes de firmioribus solito, aliqb9 presidiis Confinium consulere, que absq presenti peccunia constare nequeunt, vt quoad fieri possit, vitaremus communem motionem, omnibus subditis nris gravem et damnosa, ad eas Contributiones, communi omniu tam Consiliariorū nrorū, q3 eciam Nunciorū terrestrium, consilio et assensv, convenimus, et illas ita moderatissumus, vt tametsi onus servicij bellici quo Regnum defenditur, solis terrigenis de Jure incumbapit, Quia tamen magnitudo hostiu vires illorū superare videtur, omnes status ac ordines pariter contingant, ad quas omnes sponte et amore Reipublice libere cōsenserunt, Que quidem Contributiones, modo infrascripto solui et exigi debent.

In primis, ex triginta Mansis, sev laneis agrorū, contribuentur decemocto floreni in moneta, per triginta grossos computati, secundu antiquas qvitancias, Quos soluet dominus hereditarius, tam spualis q3 secularis, et colonus soluendo vzt de laneo quolibet decemocto grossos, Quorū medietatem, hoc est, nouem grossos, soluet dns et possessor ville, alteram vero medietatem, hoc est, alios noue grossos ipse Colonus, ad duas temporis rathas infra scriptas. Hoc est duodecim grossos pro Dnica Judica proxima, ita q, omnes soluant et contribuant, incipiendo à Dnica Judica, vsq3 ad festum Pasche, sub poena dupli, que exigi debet ab omnibus negligentibus aut soluere nō curantibus, mox post festum Pasche.

sex vero grossos reliquos, pro festo Nativitatis sancte Marie, Ea tamen solutio à nobis, ac primis Statibus et ordinibus Regni spūalibꝫ et Secularibus, fieri, et incipi debet.

In quibus aūt villis, obligati sunt Census perpetui, seu in vim reemptionis ał̄s Nawiderkaw, is qui percipit eiusmodi Censū, siue spūalis, siue Secularis, soluet à qualibet marca eiusdem Census, sex grossos, quos illi dn̄s et possessor ville defalcabit, quando ei censum debitum soluet, et ipse solus, ne defensio Reipublice negligatur, soluet vt supra dictū est, cū suo Colono de quolibet laneo secundū antiquas Quitancias, decem octo grossos.

Item dn̄i Spūales et Seculares habentes Census nudos, qui nō includuntur in proprietate laneorū, vt ex Censibꝫ quibuscumqꝫ annuis Ciuitatū et Opidorū, ex Theloneis, Zuppis, exactione poradlne, pontalibus, aggeralibus, nauigijs, Albatorijs, que vulgo Blechi vocantur, molendinis pecuniariis, que nō soluunt Mensuras in grano, sed censum, annuum in numerata pecunia pendunt, ex officinis Minerarijs, et similr ex officinis Vitrearijs, que Vthi vocantur, ał̄s ex censu illarū, qui dn̄o soluitur, Itē ex villis desertis, seu eciā nō desertis, quarū agri sub certa pensione annua locatur, seu arendantur, et alijs id generis puentibus pecuniarijs, dabunt et soluent ab octoginta marcis eiusmodi censuū et puentuū, decem octo florenos in moneta, per triginta grossos computatos, et qui nō habuerint integras octoginta marcas, ex hmōi censu

peccuniario, soluent iuxta quantitatem summe iustam partem decemocto florenorum, hoc est à qualibet marca vsuali sex grossos cum medio, quatuor denarios cum medio. Medietas aut à predictis Censibus nudis, solui debet pro Dnica Judica proxima, alia medietas pro festo Natiuitatis beate Marie.

Item dni spuales et Seculares, ac ecia aduocati, qui, habent Census peccuniarios nudos, ex domibus que sut in Ciuitatibus sub locatione, seu arenda, ex balneis, ex Opificibus, piscis, et Cinerum, Tabernis, Cerdonibus, Pistoribus, mercatoribus, laniis seu Carnificibus, Institis, sutoribus, atq ex omnibus prouentibus peccuniarijs, qui aliunde qz ex laneis illis obueniunt, soluent similiter ab octoginta marcis peccuniarum, decemocto florenos in moneta, ad rathas temporum supra scriptas, hoc est medietatem pro Dnica Judica proxima, alia medietatem, pro festo Natiuitatis bte Marie.

Palatini, Castellani, Dignitarii Succamerarii, Burgrabij Castrorum Tribuni, et alij omnes Offles, prouentus peccuniarios quoscumqz, et qualescumqz, in Zuppis, Theloneis, vel alibi habentes, soluent ecia ab octoginta marcis peccuniarum decemocto florenos in moneta, ad rathas temporis supradictos.

Item Venatores, Custodes Equircarum marum Regiarum, et serui dnorum, possessiones et prouentus aliquos habentes, et neqz Ciuilem, neqz alia quamcunqz Contributionem soluentes, soluent de quolibet laneo duodecim grossos.

Qui vero nō habent integros lancos, secundū quātitatem lanei contribuent, de medio videlicet lanco sex grossos, de quarta parte lanei tres grossos.

Item ville nr̃e Regie, et Dominorū Secularium Castris servientes, et censū nō solventes, solvent vigore p̄ntis Cō stitutionis, de quolibet lanco novem grossos, nō obstan eo, q̄ antea publicas Contributiones solvere nō solebat.

Item Burgrabii terrestres, et exactores, qui ex quodā abusu publicas Contributiones pro Regni defensione decretas, de bonis suis nō solvebant, contribuere debent de omnibus bonis suis, ac eciā de p̄ventibus peccuniarÿs, quos habēt, modo et ordine suprascripto quemadmodū alii cōtribuūt

Item Sculteti, et Advocati liberi villarū, nō habentes cē sus, duntaxat lancos colentes, solvent de suis laneis per vnū fertonē. Advocati vero Colonos, seu Cmethones habentes, ita vt alii dn̄i, cū suis Colonis ad rathas supradictas contribuent, vz̄ de quolibet lanco decem octo grossos.

Item Nobiles pauperes Colonos et Census non habentes, de quolibet lanco culto, solvent duodecim grossos. Qui vero nō colunt soli agros, nec colonos in eis habent, sed locant pro Censu peccuniario ipsos agros suos, solvent ab octoginta marcis peccuniarū decemocto florenos. Ita vt à Censibus nudis peccuniariis aly omnes con tribuent.

Illi vero Nobiles, qui non habent lancos sed prędia

computatis eiusmodi eorum predijs in lancos, soluent de quolibet laneo duodecim grossos. De medio laneo sex g. C. De quarta parte lanei tres grossos, et reliquum de quantitate laneorum.

Vbi aut duo, tres, aut quatuor pauperes nobiles, vnum laneum colunt, soluent omnes simul, de eiusmodi vno laneo duodecim grossos, atq quisq illorum soluet, secundum quantitatem agri, et portionis lanei, medietate videlicet pro Dnica Judica proxima, alia medietatem pro festo Natiuitatis beate Marie.

Item Ciuitates et Opida tam nra Regia, q subditorum nrorum Spualium et Secularium, in toto Regno nro, exactionem Ciuilem, quam Schoß vocant, vnam cum media iuxta antiquas Quitancias soluent, et contribuent. Que quidem exactio Ciuilis integra solui debet per easdem Ciuitates et Opida, pro Dnica Judica proxima. Medietas vero eiusdem exactionis Ciuilis contribuetur pro festo Natiuitatis sancte Marie proxime futuro.

Que aut Ciuitates et Opida libertatem habent a Ciuili exactione, et nihilominus de agris quos colunt, soluunt Census dnis suis de hijsdem agris, soluent a quolibet laneo duodecim grossos. Vbi vero dnis suis Censum no soluunt, nihil contribuent de hijsdem agris. Idem de villis vastatis, exustis et libertatem habentibus, que no soluunt Census dnis suis est intelligendum. Ita q Incole hmoi villarum liberi sint, et esse debeant,

à solutione Contributionis in presenti Conuentu instituté.

Item Inquilini in Ciuitatibus, et villis existentes, qui neqz exactionem Ciuilem, neqz de laneis soluunt, et similiter Piscatores circa flumios, aut alias aquas residentes, qui nullos agros habent, Item rustici septimanatim laborates in quocumqz loco fuerint, soluent per sex grossos pro rata vtraqz, exceptis viduis pauperibg et hortulanis, ac familia artificum.

Item Contributio Cerwisié, vini, medonis, malmatici, mu; scatelle, Czopoue dicta, in hijsdem Ciuitatibg et Opidis, ac ecia tabernis villarū, tam nr̄is q3 subditorū nr̄orū spūaliū et Secularium, incipiendo à festo Annunciationis beate Marie, proxime venturo, ad integrū annū, à singulis Cerwisié Coctoribus, more solito solui debet, ex quibuscumqz braseis fuerit eadem cerwisia cocta, siue brasea ipsa sint Ciuiū et dn̄orū, ex molendinis prouenienqa, et emensurata, siue domi facta.

Item ecia à Cerwisia, quā dn̄i et Nobiles ex braseis suis coquunt, seu braxant, et illam dant ad propinandū suis tabernatoribg, ab eadem Cerwisia exactionem Ducillorū ipsi dn̄i soluant. Ac ecia de cerwisia externa, qué de externis regionibus et Ducatibg, nobis et Regno nr̄o non subiectis, ad Regnū nostrū ducitur, vt Swidnicen. Theschnen. Bernonien. et alia quacumqz Cōtributio ipsa Czopoue soluatur.

Item, tabernatores manuales, qui aduectitiā ppinant

Cernisia. sex grossos hoc anno solvent, tres grossos pro prima ratha, et pro vltima tres grossos solvent.

Item Molendina omnium villarum tam nrarum, qz subditorum nrorum spualium et Secularium, que Poyezebne vocantur, manuales, sev anniversarios, molendinatores habentia, ex singulis rothis sex grossos solvent, Haereditarij vero Molendinatores dictarum villarum, et Folusche, ex singulis rothis Molendinorum suorum, que valne dicuntur, duodecim grossos persolvant, ad rathas temporum supradictas, videlicet grossos sex pro prima, et alios sex grossos pro vltima, rathis,

Item Molendina brasealia, et hereditaria, aquatica, et equestria in omnibus Ciuitatibus et Opidis more veteri taxata, et secundum antiquas quitancias Contributioez vnam cum media, que Schoß dicitur, à qualibet marca taxe duos grossos persolvent, pro Dnica videlicet Judica proxima integram Contributionem Schoß, mediam vero pro festo Natiuitatis sancte Marie.

Et similiter molendina, quorum tercias mensuras Tenutarij bonorum nrorum exemerunt, et illas à se emptas, sev in summis pecuniarum obligatas tenent, soluent, Contributionem, que Schoß dicitur, sicut reliqua oia Molendina in Regno, sev illorum Molendinatores, eam solvere solent, contraria csuetudine, que corruptela pocius dici debet, penitus no obstante.

Minerarie vero officine, ats ferrum facientes, et serre haereditarie, ex singulis Rothis duodecim grossos. Annales aut officine Minerarie, et similiter annales

serve, hoc est locatè et condictitiè, à qualibet rotha sex grossos soluent,

Item Molendina ventilia hereditaria duodecim grossos, Illa vero Molendina ventilia, què Comminerfarios Molendinatores habent, sex grossos soluent, ad rathas temporis supradictas, hoc est medietatem pro Dnica Judica proxima, et alia medietatem pro festo Natiuitatis sanctè Mariè,

Item Sacerdotes Rutheni, qui Popones vocantur, ex singulis Ecclesijs et Sinagogis, media sexagena grossorum. Prothopopones vero, als Namyessnizi, per duos florenos in Moneta soluent.

Item Episcopi Rutheni, qui Wladicè dicuntur de Censibus suis peccuniarijs nudis quibuscumque, soluent eciam quemadmodum et alij ab octoginta marcis, decemocto florenos, per mediam sexagena computatos.

Item Valachi, ex singulis laneis integris, si illos habet vel areis què Dworzisza dicuntur, duodecim grossos soluent. Et qui agros non habent, à singulo Centenario ouium, similiter duodecim grossos persoluent. Sex grossos pro prima, et reliquos sex grossos pro secda ratha, supius expressa.

Item dantes peccunias suas Judeis, et quibuscumque alijs psonis pro censu annuo, ecia ab octoginta marcis peccuniarum, decemocto florenos soluent.

Solutio aut à censibus nudis, modo supradicto fieri

debet, medio vniuscuiusqz soluentis Iuramēto, ac medie-
etas summe soluende ab hysdem Censibus pecuniarys
mulis dari et solui debet pro Dnica Judica proxima.
Alia vero medietas pro festo Natiuitatis sancte Marie,

Quicumqz aūt deprehensus fuerit fraudem aliquam in
solutione ab ipsis Censibus pecuniarys mulis cōmisisse.
et nō iuste id, quod debet soluisse. teneatur duplū soluē.

Vt aūt supradicta ordinatio in exigendis eisdem Contri-
butionibus facta, debite executioni demandetur, N
in Palatinatu N. et Districtu N, exactorem designauimus et cōstituimus
pntibq lrãs nrĩs, Mandamusqz vt in manus eius, desig-
nato tempore easdē Contributiones psoluere curetis.
Vobis vero Capitaneis quorū interest mādāus, vt pfato
Exactori nrō, pro tempore et termino supius expresso
sub poenis ad hoc cōstitutis, absqz cuiusuis more et di-
lationis interuentu, de dictis Contributionibq, per eos
ad quos ptinet responderi faciatis, et vos ipsi respon-
deatis, Negligentes vero in soluen, et contumaces, per
pignorationes, et alias poenas solitas, ad soluendum
easdem Contributiones compellatis, Pro officio vrō
et gratia nrã factur.

Exactor aūt prefatus, eas ipsas Contributiones
modo et ordine supra scripto fideliter exiget, et col-
lectas in manus Magri N ad Ciuitatem perferet.
Iuratusqz esse debet;

Eligentur etiā in Districtibus ad id constitutis :-

Castellanus, et duo Nobiles, qui cum Palatino et Exacto-
ribus ipsis, peccuniam collectam dispensabunt, et mili-
tibus mercenariis, iuxta exigenciam et quantitatem
peccuniarum per eos exigendarum distribuent, rationemque
de percepta peccunia ab ipsis Exactoribus audient,
et recipient, quam postmodum toti nobilitati in Con-
ventu particulari facient. Peccunia vero huiusmodi homi-
nibus et militibus de Palatinatu, N. duntaxat
distribui debebit. Datum in Conventu generali Piotrko-
viensi feria sexta proxima post festum sancti Va-
lentini. M° D° XXV°.

Ingentia furta: fraudes: et peculatus
in dispensanda hac pecunia publica:
commissi fuere: Quisque enim egregie
avarus est: et rem publicam laccerat
ac diripit. Nulla autem super hoc
provisio. Rex prae pusillanimitate nullum
castigat: Consiliariorum vero ac Magnatum
nullus negocium reipublicae tuendum suscepit, nec contra
peculatum egit. Cornix cornici oculos non
configit. Omnes pariter viciosi fuere

Estimatio fundorum in toto regno Poloniæ.

Sigismundus etc. Vniuersis et singulis Principibus tam spualibus quam Secularibus, Revmis ac Revdis in Christo patribus dnis, Archiepiscopis, Episcopis, omnibusque aliis status Eccl*esi*e ordinibus, necnon Magcis, Generosis, Nobilibus, famatis et Prouidis, Palatinis, Castellanis, Capitaneis, Tenutarius, Terrigenis, Nobilibus, Officialibus, et eorum vicesgerentibus, Ciuitatumque et Opidorum, tam nrorum, quam quorumcumque subditorum nrorum Mgris Ciuium, necnon Consulibus, Ciuibus, Opidanis, et eorum communitatibus, Et generaliter omnibus subditis nris spualibus et Secularibus, cuiuscumque status, sexus, conditionis, et preeminencie in Regno nro existentibus, sincere et fidelibus nobis dilectis. Salutem et graciam nostram Regiam. Sincere et fideles dilecti, Cupientes prouidere securitati Regni nri, quod ab hostibus continue infestatur, volentesque vt omnes subditi nri, ferant iuste et æqualiter onus defensionis, quod sine debita bonorum taxatione fieri non potest, statuimus et decreuimus in Conuentu Piotrcouien gnali proxime preterito, cum Consiliariis nris Status vtriusque, et Nunctys terrarum, à Nobilitate cum plena facultate missis, vt fieret estimatio seu taxatio, omnium bonorum et fundorum, hoc est, Ciuitatum, Opidorum, et villarum tocius Regni nri, modo infra scripto.

Inprimis Conuentus terrestres indicemus, et indici re.

promittimus, in loco et Ciuitate Capitali, cuiuslibet Palatinatus Regni nri, pro festo sancte Trinitatis proximo, et illos vbiqz publicari et pclamari faciemus. Ad quos Conventus Palatini, et omnes dignitarii, Castellani, Capitanei et officiales, totaqz Nobilitas vniuscuiusqz Palatinatus, conuenire debent, sub poenis nris Regalibus.

In eo aut Conuentu, quisqz Palatinus, cu Castellanis, Officialibus et Nobilibus sui Palatinatus, eliget et designabit ad singulos Districtus, vnum Castellanu illius Districtus et duos viros Nobiles eiusdem Districtus, sic q ad singlos Districtus, sit electus ac designatus Castellanus, et duo Nobiles eiusdem Districtus fide digni, probate virtutis, et bone conscientie. Quod si no fuerit in aliquo Districtu Castellanus, eliget Palatinus alium Dignitariu, seu Officialem illius Districtus, de consensu Dignitarioru Officialiu, ac Nobilitatis, que ibi fuerit, aut maioris partis ipsius.

Hy vero omnes supradicti, Jurati esse debebunt, Palatinus et Castellanus, sub eo Juramento, quo nobis, et Reipublice Regni nri, obstricti sunt, dicent, Duo vero illi Nobiles ex Ciuitate electi, corporale Juramentu prestabunt, q omniu et singuloru bona, iuste taxabunt, et conscribent, ita vt illa vendi, aut emi deberent, non habita ratione sanguinis, aut amicicie, vel cuiuscumqz necessitudinis, neqz ex amore, prece, precio, aut odio, nec propter munera, aut pollicitationes, nec metu aut timore, sed pure sincere, ac secundu Deum, ac iusticiam.

Palatinus aut cu Castellano primario, et duobus ...

Nobilibus ex Communitate electis, inicium faciet eiusmo-
di taxationis bonorum, et primus ipse Capitalem Districtum
sui Palatinatus obequitabit, videndo, estimando et taxan-
do cuiusque bona, à suis propriis incipiendo, si illa in eo-
dem Districtu Capitali habuerit, siue illa sint hæredita-
ria, siue obligatoria, secundum industriam, discretionem,
et conscienciam, et descendendo personaliter cum sibi adiun-
ctis Castellano et Nobilibus, ad singulas parochias eiusque
Districtus, et vbi opus fuerit, et dominis taxatoribus ita ex-
pedire videbitur, eciam ad villas ipsas Ciuitates et opida, situm,
prouentus omnes diligenter perpendendo, et disquirendo,
et ibidem valorem et extimationem bonorum illius Paro-
chie, vocato ad se Plebano, aut eius comendario, et aliis
hominibus tam Nobilibus quam plebeis omnis ordinis et
status circumadiacentibus, inquiret, nulli fauendo, sed De-
um et consciencia pre oculis habendo, ac ipsam taxam et
valorem singulorum bonorum eiusdem districtus, fideliter
conscribi et annotari faciet.

Quo exemplo alii Castellani, cum duobus Nobilibus Iuratis,
ibunt per Districtus sibi deputatos illius Palatinatus, et
taxationem omnium bonorum, descendendo ad Parochias,
modo premisso facient, et fideliter conscribent.

Ibit autem vnus Castellanus post alium, infra vnam septimanam,
si et inquantum priorem Districtum absoluerit, per alios
singulos Districtus, propterea vt Nobiles in diuersis Distri-
ctibus bona hæreditaria habentes, taxationi suorum bonorum
intereße possint, id quod facere debebunt et tenebuntur
sub poenis nostris Regalibus.

Vel si ipsemet personaliter commode interesse no valeret, vices suas, amicis, vicinis, familiaribus, aut officialibus suis committere possint. Alioquin eorū bona nihilominus taxabuntur, et taxari debent, absencia illorū nō obstāte.

Et quoniam in omnibus Palatinatibus et Districtibus, domini spūales habent bona sua Ecclesiastica seu fundos, que licet nunqȝ alias subiecta erant oneri bellice seruitutis, vt que per Ser^mos Predecessores nr̃os Polonie Reges et Duces, sunt ab initio fundationis Ecclesiarum, ad vsum duntaxat et onera Ecclesie collata, multisqȝ immunitatibus et libertatibus donata, tamen in pn̄ti Regni necessitate, et summo discrimine, volentes ipsi domini spūales, sibi, et Ecclesijs suis, gracia maiā Regiam demereri, fratribus vero suis dn̄is secularibus gratificari, Reiqȝ publice, pro cuius bono statu orare tenentur, ope sua nō deesse, permiserunt eciā nō grauatim, bona sua Ecclēa, hactenus semp libera, cū his que ad defensionem obligata sunt, in presens taxari, ita vt bona dn̄orū secularium taxabuntur.

Et proinde dn̄i Archiepiscopi et Episcopi, designabunt duos viros Ecclēos bone fidei et conscientie, ad quemlibet Palatinatū, qui vna cū Taxatoribus, per Palatinū, Castellanos, Officiales, et Nobilitatem electis, capitalem Districtū obequitabunt, seu eligendis, taxabunt bona omnia tam spūalium qȝ Secularium personarū, et hij primū cū Palatino, et Castellano primario, ac duobus Nobilibus electis, capitalem Districtū obequitabunt per singulas Parochias, et simul cū illis bona eiusdem

Districtus taxabunt, et estimabunt modo supra scripto. secundū Deū et consciencia, sublato amore, fauore, metu, prece, odio, etc.

Iidem spūales designandi, per dños Archiepos et Episcopos, ituri deinceps sunt successiue, per alios Districtus illius Palatinatus, et bona omnia tam spūalia q̃3 Secularia, cum Castellanis et Nobilibus electis, seu eligendis, taxabunt modo et ordine supra scripto, et nō erit opus, vt ad singulos Districtus eligantur, seu designentur alij et alii spūales, prout Taxatores Seculares, qui ad singulos Districtus eligi et designari debent, sed ad totū Palatinatū, et Districtus illius omnes, duo duntaxat taxatores spūales, incipiendo à primo et Capitali Districtu, bona omnia, vt supra dictū est, cū taxatoribus, ad singulos Districtus electis, seu eligendis, taxabunt, et estimabunt.

Verū prestabunt prius Iuramētū corporale in manibus sui Episcopi, q̄ nō amore, nō prece, odio, metu, fauore etc sed iuste et secundū Deū ac conscienciā, et iustū rationis sue iudiciū, bona omnia taxabunt et estimabunt.

Si vero Taxatores spūales et seculares, inter se fuerint discordes in taxatione aliquorū bonorū spūaliū aut secularium, hmōi differenciam, et quibus rationibus et causis que/q3 pars nitetur et assertionem ac motū animi sui fulciet, describent, et ad nos ad proximū generalem Conventū pferent, revidendā p nos et Consiliarios meos, et iusticiā mediante decernendam.

P exacta aūt in singulis Palatinatibus et Districtibq eorū

taxatione suprascripta, descriptisq3 diligenter omnibus dif-ferencijs, si que circa ea exorientur, eam Palatini ipsi, Ca-stellani, et Taxatores spūales et Seculares suprascripti, in sin-gulis Palatinatibus conscribent, ac in Regestra seu libros redigent, ac redigi facient, illaq3 manibus proprijs subscripta sigillis suis obsignabunt, que Palatini ipsi terrarū, ad se recipient, et nobis afferent ad proximū generalem Con-ventū, in quo nos cum Consiliarijs n̄ris, et terrarum Nuncijs, visis perspectis, et mature perpensis taxatio-nibus omniū bonorū, constituemus modum et ordinē defensionis Regni m̄ei, qui eidem Regno vtilis, et subditis m̄eis tolerabilis, et ferendus sit futurus, Idq3 quod nobis in ea ipsa taxatione bonorū moderandum, augendū, et minuendū videbitur, facere et constituere cū Senatu Regni m̄ei, et Nunctiis terrarū curabimus.

Quia vero nos ferimus multa onera in sustinendo statu m̄eo Regio, et expediendis Reipublice negociis, non visū fuit, vt bona m̄ea Regia, que libera et non oppignorata habemus, subiicerentur taxationi suprascripte, quoniam nos pro officio, ac debito m̄eo, proq3 virtute, et benignitate m̄ea Regia, nunq3 deesse solemus, nec vnq3 deesse volu-mus, viribus et facultatibus nostris, defensioni ipsius Regni et subditorū m̄eorum.

Verū bona reliqua omnia m̄ea Regia, in summis pecunia-rum quibuscumq3 obligata, subiecimus et subyjcimus ta-xationi suprascripte, que perinde taxari et estimari de-bebunt, ac aliorū subditorum nostrorum spiritualiū

et Secularium bona hæreditaria et obligatoria taxabuntur.

Quocirca, vobis omnibus Castellanis Palatinis, cæterisque dignitariis et officialibus, ac vniuersis subditis nostris, tam spiritualibus quam Secularibus Regni mei, presentem Constitutionem Conuentus generalis denunciamus, Mandamusque vobis, vt illam eo ordine, et modo, vt premissum est, diligenter exequamini, Pro fide vestra, ac gracia nostra non aliter facturi. Datum Cracouie, die Natalis sancti Stanislai, Patroni Regni nostri gloriosi, Anno Domini M.º D. XXV.º Regni mei anno XIX.º

SIgismundus primus Rex Polonie promittit Conuentum Justicie instituere.

MAnifestu facimus vniuersis, quia cu petiti essemus, à comuni Nobilitate Regni nri, cum alias, tum in hoc Conventu generali Piotrcouiensi, vt et iniurias, quas ipsa haberet, et ea, que conem Justicia concernunt, reformaremus. Nos vero primu defensioni Regni vt par est consultum iri volentes, no potuerimus hactenus commodè, nec tempus suppetebat, huic Justicie ministrande intendere, Conuetum Justicie generalem hoc anno circa festu sancti Andree futuru statuendu decreuimus, et statuere pntibus lris nris pollicemur. Promittentes in verbo nro Regio, q. quicqd comperto fuerit, vel iniuriu esse cuipia, vel à Justicia dissidere, in eo tam conitati omniu ordinu Regni nri, qz ecia singillatim vnicuiqz, iusticiam ministrabimus. Aliaqz omnia pficiemus, que pro bono et tranquillo statu omniu subditoru nroru oportuna videbuntur. In cuius rei testimoniu sigillu nrum pntibus est impressum. Datu in Conuetu Piotrcouien gnali feria secunda proxima, ante festum Cathedre sancti Petri proxima Anno Dni M°. D.° XXV°. Regni nri anno XIX°.

Peticio ad Regem Joannis Arend Ciuis Cownen.

Sacratissima Regia Maiestas. Quamquam in causa, que mihi cum Georgio Pictore est et Cowne, absolutus sim, et post interpositam per Aduersarios appellationem, a duobus Episcopis Vilne, in eadem causa, in rem meam, preiudicium factum fuerit, quamquam etiam hic pene in conspectu Sacratissime Maiestatis Vestre, per delegatos Judices, pro me pronunciatum sit, tamen tantum clarissime Justicie mee confido, vt vel denuo coram quibuscunque Judicibus (modo ne sint ab Adversariis cooptati) Judicii aleam subire non formidem. Obsecro igitur humillime, vestram S. Maiestatem, dignetur motu suo (vt aiunt) proprio, quo, non nisi diuino instinctu, permoueri solet, Judices ei cause designare, qui omni appellatione et exceptione postposita, tandem in causa concludant et determinent, ne ita innocens, viuus vidensque, Aduersariorum libidini et cupiditati supponer et funditus perire cogar.

Joannes Zembocz̄ki Aulicus regis
Petro Tomiczki Epo Cracouiensi
Regni Polonie Vicecancellario.

Rme dne, dne graciosissime, Post vulgatas illas fictasq̃ nugas, seruitutes vz̄t et comendationes etc. Germani Negociatores, propter ineptiu hoc, quod mihi cum eis perpaucu est lingue Germanice commerciolu, tum eciam quia me in Curia, in ampla toga volitari visunt, existimant me aliquanti esse, atq̃ ita mihi molestiam exhibere no cessat, quin meam sibi operam expetant, Ego vero non aliter q̃ illa Horatiana vel Aesopica ranuncula, volens tante opinioni eoru de me concepte, respondere, inflor, atq̃ intumesco, vt nisi tempestiue desinere vellem, crepandu mihi esset, Hec eo tendunt. Heri post discessum Rme D. vre, circiter horam secundam, venit ad me e Thorunio famulus Campe, is, qui has meas lras fert, meam opem implorans, vt videlicet lras ad Regem Dacie, apud Rmam D. vram obtinerem, Quid aut in re sit, ex exemplo lrarum Regis Dacie, quas Gdanensibus misit, quarum exemplum mitto, tum eciam ex relatione eiusdem famuli Campe, Rma D. vra intelliget. Rogo eandem (vt ex stulto insanus fierem) hoc est vt isti ipsi senciant meam operam apud Rmam D. vram sibi prodesse, ita, vt lras ad Regem Dacie, ei negocio seruientes, reportent,

Dns Castellanus Posnaniensis, quem ego semisomnis in

multam noctem expectaui, tandem circiter noctis mediam ex Sulicioro redijt. oblique nimium et perplexe rndebat, Huy vereor, ne quid Andria apportet mali etc. sed permittenda sunt vela ventis. Nudus egressus sum de vtero Matris etc. Hodie, si Deus volet, ad Domunculam meam proficiscar. Vra Rma D. foelicissime valeat. Piotrcouie feria quarta, viij Jan.

Ioannes Zamborzki
Petro Tomicio Epo et
Vicecancell°. R. P.

R.me dne, dne graciosissime. Post humilem, perpetuamqz vetuste, ac fidelissime seruitutis mee commendationem. Amicus et vicinus meus, dns Radziminski, qui et bonestum victum, et facultates, imo et dignitatem, vna cum vxore perdidisse videtur, dignum patella operculum nactus est, me videlicet consultorem, et Intercessorem, quo, patrocinante Rma D. vra, et ex Regie Celsitudinis gracia, et clemencia opiduli Czchow vsum, ad tempus vite sue, obtinere posset, venit ad me miser, madidis pre fletu genis, Deum hominumqz fidem obtestans, orans, obsecrans, vt se, et causam, imo vitam et dignitatem suam Rme D. vre commendarem. Ego, tametsi propter foeditatem egritudinis, qua laboro ipse, miseratione egeo, misertus sum tamen eius, nec ei id denegare quibam, quod a me flagitabat, non sine tamen maximo pudore meo. Quis enim ego sum, qui Rmam D. vram, presertim de tanta re, et tam

occupato tempore, interpellare audeam, Sed dedit mihi ani:
mum. Rme D. vre incredibilis virtus atq3 humanitas.
simul et casus amici, qui de summa rerũ periclitari videtur.
Nam si sibi hoc frustũ panis eripietur, non erit causa, cur
deinceps vivere, magnope cocupiscat, Proinde mihi ẽ digni:
tate, et conditione Rme D. vre, videtur fore, vt hoc ignotũ
pelagus, et insuetũ apud nos iter (: vzt virorũ fortiũ ra:
tionis habende.) tandem prima ingrediatur, et daret opam.
ne hic miser, tanto Dei munere, (videlicet tantis corporis
viribus, quantis nemo alter.) insignitus, stipem petere, vel
latrocinari. ob inopiã cogatur, Parua iactura erit sue vti:
cum hoc alimẽto donare, breve admodum tempus vixit
vxor, neq3 hic Nestoris ęvum durabit, aut suapte brevi
morietur, aut in acie contra hostes, qui nobis iam iam
imminent, dimicans opprimetur, tunc rursus vsus fructq
et Dominiũ Opidi Czebow, ad suã vtem, et ad suos ple:
no Iure reuertetur, Rma vero D. vra, prima, hoc de:
cus et hanc palmã merebitur, q valenciũ virorũ haben:
dam rationem prima censuerit, Ruitura enĩ sunt hęc
nisi viris fulciantur. Ego me Rme D. vre, humil:
lime comendo. Oroq3 et obsecro, vt quemadmodũ olim
alias, meas fatuitates, summa sua probitate et man:
suetudine tolleravit, sic et modo, me ineptientem susti:
neat. Diutissimeq3 valeat. Crac. XX die Jan. Mº Dº XXVº.

Joannes Zamboczki Aulicus regis

Petro Tomiczki epo Cracoviensi et R. P. Vicecancellrio

Rme dne, dne meus graciosissime. Post humilem, constantemqz, vetuste et paratissime servitutis mee comedacoz. Etsi nullum iustu, et tempori aptu argumetu, ad Rmam D. vram scribendi, mihi nunc se offerebat, inerti vzt et inutili animali, quod in concha inclusu duntaxat torpet et putrescit, tamen cu tam certus, et tam fidus nuncius presto aderat, nephas esse ducebam, si Rmam D. vram ipse salutis inops, lris meis no salutarem. et que valens et vigens, numinis loco suspiciebam, et venerabar, ei proiectus et decumbens, saltem serviendi votu non denunciarem. Deveni diu vivens tandem fere eo, quo, ne devenirem, ab ineunte ætate mihi semper metuebam, hoc est ne impetiginosu mancipiu vel aedilitio edicto rhedhibear, vel ob aliud viciu corporis ab Aula eiiciar. Sed cu me sors ad eos infoelicitatis terminos redegerit, nil aliud ad id efficacius esse animadverto, qz si ipse antevertero, quod me alii docturi essent, vzt paciencia in adversis, et Deo gracias habere ex oibus. Itaqz hoc ago, aioqz: Dns dedit dns abstulit. etc.

Quibus generibus morboru affligar, queri et vociferari nimie duxi operepreciu, quid iuvat molestum esse hoibz. Illud certu est, si mihi concederetur optio, me aliu, vite

exitu, q₃ hunc, qui imminet, mihi sortitum fuisse, nunc tacitus casum meum mecum ingemisco, his verbis, Fluvio ne (pudet) Mars inclyte merges hanc animam, etc. Adeo ne occumbere ferro non merui etc. Ego si tam demens essem, vt fatis obniti conarer, scirem deniq₃ me invitum et nolentem pertrahi, quare suapte sponte sequi, et imperio parere malo. Vram aut Rmam D. in omnibus actionibus eius et votis Deus optimus maximus fortunet, eamq₃ sancte et innocenter partis, diu frui concedat, et eam in longos annos servet. Ego illud oro et rogo, vt granum illud Synapis, quod iam plus vno anno terre, quod meminit Rma D. vra, commendaui, iam tandem, si no in culmum crescat, saltem radicem extendere, vel pullulare incipiat, priusq₃ e vita migrem. Rme D. vre me humillime commendo. Crac xxviij. Jan. Mo. D.o xxv.o

Sigismundus primus Rex Polonie Ludovico Regi Vngarie et Bohemie

SErme Princeps etc. Cum persuasum habeamus, vre Sti cordi esse, vt Respublica Christiana, et nos, qui pro bono illius statu ceruices nras opponimus, qz optimis successibus fruamur, significandu illi duximus victoria nra, qua nos hijs diebus dns Deus cosolari dignatus est. Cum anno superiore Imperator Thurcoru Thartaros instruxisset, vt nos continuo et Dominia nra vrgerent, ne Regno Hungarie laboranti opem ferre possemus, et Milites nri, illos Aestate et Autumno acriter reprimerent, hyeme, preter solitum, et omne opinione, magnis copiis, et cu filiis Imperatoris sui, oram Lithuanie populosiorem per congelatas paludes irrupunt, perqz pagos et opida dispersi, ingentem hominu et pecoru multitudinem capiunt, omniqz celeritate, qua possunt abducunt, Quem inopinatu casum accipiens Capitaneus nr Illris Dux Constantinus, mox Proceres et Milites, quos potest, per Nunctios et lras conuocat, hostes paucos, et temporis incomodidate fractos, arte magis qz re vera persuadet, vt ad prosequendu illos magis excitaret. et quantu per celeritatem potest, circiter septem millia Equitu cogit, eoqz duntaxat Comitatu, hostes multis diebq per solitudines et loca inuia, maxima incommoditate psequitur. iamqz prope stationes Domesticas inuestigat. incautos et securos celerrimo insultu XXVI die Januarii adoritur, et non ipsos solum, sed et eos, quorum ad

octo millia Equitum obuiam illis ex Stationibus domesticis prodierant, in fugam vertit, pugnantium et fugientium latißime vltra xx millia strauit, septingentos primarios capit, hominum duntaxat, quos rapuerant supra quadraginta millia sexus vtriusque, non secus quam ex inferno redemit, qui inuicem reuincti, hostes qui deijciebantur, quique ad equos prouenire non potuerant confodiunt, ingensque et incredibilis victoria, solo optimi Dei beneficio comparatur. Inuenta sunt et arma filiorum Imperatoris, vnde agnitum est illos quoque cesos et trucidatos esse,

Hec vt tumultuarie nobis per ipsum Capitaneum, et alios Duces, ac Proceres ex Castris perscripta sunt, ita cum Sanctitate vestra Maiestati significare voluimus, nihil dubitantes, quod pro sua erga Rempublicam Christianam amore, pro mutua beneuolentia et coniunctione nostra his nostris successibus ex animo gratulabitur, operamque faciet. vt pariter de hostibus nominis Christiani, et Ecclesie sancte Catholice triumphos agat. Que foelicißime valeat, et nos diligat. Datum

Sigismundus I. Rex Polonie
Georgio et Bermino Ducibus
Pomeranie.

Illres Principes, et dni Nepotes nri charmi, Scripsit nobis Generosus Achacius Czema, Succamerarius Pomeranie, et Capitaneus noster Schlochonien, q vocatus sit lris vram Illtum, ad proficiscendu cum eis, ad Dnicam oculi proximam in Gutterborgk vbi tractatus amici esse debent inter eisdem vras Illtes, ac Illrem Principem dnm Joachimu Marchionem Brandeburgen, Principem Electorem. Nos qui summo studio desyderamus, vt vre Illtes sint cu Principibus vicinis, in bona amicicia et pace, mandauimus eidem Achacio Geme, vt posita omni mora, se ad vras Illtes recipiat, et cu eis ad locu et tempus prestitutu proficiscatur, idqz agat et faciat, quod ad honorem et commodu earu spectare cognoscet.

Quemadmodu aut nunc fecimus id, quod optabant, ita posthac semper facturos nos offerimus in omni necessitate, et presertim, vbi vel comodi vel honoris gracia vti vellet ope et auxilio nro, optamus vras Illtes bene et foeliciter valere. Datum.

Fœdus inter Sigismundum primum Regem Poloniæ: et inter Mekelburgen. et pomeraniæ duces.

In nomine Domini Amen Ad perpetuã rei memoriam, Omnes humanæ actiones, quæ hac lege fiunt, vt nunquam ab hominum memoria discedant, sed perpetua serie decurrentes sempiternæ permaneant, nulla ratione melius stabiliri et firmari possunt, quam si literarum monumentis memoriæ prodite, ab interitu vindicentur. Atque ideo nos, Sigismundus Dei gracia Rex Poloniæ, terrarumque Crac. Sandomirien, Siradien etc. Dñs et hæres, præsencium literarum testimonio, apud omnes homines, qui nunc sunt, et futuri sunt testatum esse volumus, et profitemur, quod inter alia status nostri, Regnique et Dominiorum nostrorum negocia, quæ recensendo, et memoria repetendo in animo reuoluimus, et cum Consiliarijs nostris deliberando et consultando instituimus, et decreuimus ad fulciendas res nostras et Regni nostri, vt in pace et tranquillitate, quoad fieri potest, gubernatæ permaneant, et retineantur, id eciam non minus consentaneum et vtile, quam necessarium visum est faciendum, vt cum Ill. Principibus dnis, Henrico Megapolensi, Vandalorum Principe, Comite Swerinen, terrarumque Rostochii, et Stargadiæ dno, ac dnis Georgio et Barnino, Stetinen. Pomeraniæ, Cassubiæ, Sclauoniæ, etc Ducibus, Principibus Rugiæ, ac Comitibus in Gutzkaw.

foedus, societatem, et amiciciam ineamus, quam nostros maiores eciam cum maioribus eorum tenuisse et seruasse litterae, vltro citroque desuper confecte, atque in scriniis reperte, testantur. Quibus permoti, paulo superiori tempore Reverendissimum et Reverendum, in Christo patres, Joannem Ecclesie Gneznen. Archiepiscopum Legatum natum et primatem, Mathiam Cuiaviensem Pomeranie, Joannem Culmen. Episcopos, Magnificosque et Generosum, Stanislaum de Koszieletz, Palatinum Calisien. Marienburgen. Bidgostien. et Stumen. Capitaneum, Georgium de Baysen Palatinum Marieburgen. et Gneuen. Capitaneum, et Achacium Czema Succamerarium Pomeranie et Capitaneum Schlochouien. oratores, et Consiliarios nostros ad tractandum et componendum de modo et ordine eiusce amicicie et societatis designatos misimus, quorum studio et opera posteaquam cum oratoribus et Consiliariis eorundem dominorum Ducum, Magnifico Georgio Comite de Eberstein, et domino in Naugarten, et vtriusque Iuris Doctoribus, Nicolao Marschalci, et Valentino de Stogetin. Capitaneoque in Loitzie conuenerunt, eo res deducta est, vt compositis rebus et descriptis omnibus articulis in hoc foedere et societate, inter nos et ipsos dominos Duces pactis, et ad nos parcium sigillis obsignatis, perlatis, ipsos de consilio et assensu, Prelatorum, Baronum, et Consiliariorum nostrorum Status vtriusque approbatos, ad memoriam sempiternam confirmaremus, eo tenore qui sequitur.

Imprimis autem nos et successores nostri, cum supradictis Illustribus dominis Henrico Megapolensi etc, ac Georgio, et Barnino Stetinensi et Pomeranie etc Ducibus eorumque successoribus esse volumus, barum seue learum in amiciciam perpetuam

coniuncti, et confoederati, eisq3 ac eorum Successoribus consilio, fauore, et auxilio oportuno, pro posse nro, aduersus quemlibet hostem Ducatibus et terris illorum propinquius adiacentem assistemus in omni euentu, et presertim si Illris dnus Joachimus Marchio Brandeburgen, Elector Romani Imperii, aut eius successores, hæredes, complices, fautores, auxiliatores et adherentes, illos vel terras et Dominia illorum impeteret, aut alia quacumq3 via hostiliter inuadere, seu molestare, simul vel diuisim vellet, atq3 in effectu molestauerit, aut inuaserit. Similiter ipsi quoq3 Principes, et dni predicti, eorumq3 successores, esse debent nobiscum, et cum nostris Successoribus Regibus Polonie. in amicicia perpetua coniuncti et confoederati, nobisq3 et nris successoribus, consilio, auxilio, et fauore, pro posse suo, aduersus quemlibet hostem, Regno, terris, et Dominiis nris, propinquius adiacentem, in omni euentu assistent, et specialiter si dns Mgr Ordinis sancte Marie Theutonicorum de Prussia, cum ordine suo, vel eius successores, hæredes, complices, fautores, auxiliatores, et adherentes, nos, successoresq3 nros, vel Regnum, terras, et Dnia nra impeteret, aut alia quacumq3 via hostiliter inuadere seu molestare, singulariter vel coniunctim vellet atq3 in effectu molestauerit, aut inuaserit. Contra Paganos aut, hæreticos, Scismaticos, in remotioribus agentes, nos successoresq3 nri, pro virtutis nre arbitrio, et beneplacito, prefatis dnis Ducibus assistemus, et opitulabimur, quemadmodum et ipsi quoq3, eorumq3 successores vicissim nobis et nris successoribus, contra eosdem

Infideles, hereticos, et scismaticos in remotioribus agetes, pro virtutis sue arbitrio, et bene placito assistent, et auxilia ferent.

Ea aut anxilia, et reliqua assistencie officia, nos eisd dnis Ducibus expensis nris prestabimus. et successores nostri prestabunt. Cum vero Exercitus nr, vel successorum nrorum, quem in anxiliu prefatis dnis Ducibus mittemus, ad eoru fines peruenerit, illu mox hy ipsi dni, Duces, et eoru successores, per suu Conductore excipiet, qui eidem Exercitui in eius profectione, de quiete, et securo transitu, deq habendo commeatu, iusto eiusdem Exercitus precio, ac aere eius proprio comparando consulet, et prouidebit, eiq assistet.

Quod si in bello, ad quod gentes nras in anxiliu pfatis dnis Ducibq, expensis nris prestabimus, et successores nros contigerit, aliquis de exercitu nro, vel eorundem successoru nroru, siue preliando, vel alys modis extra preliu, ipsis dnis Ducibus militando, captus vel detentq aut ats in obligatione receptus, seu sponsione fidei obstrictus fuerit, illi per eosdem dnos Duces, vel eorum successores consuletur, et suffragabitur, et propterea eru in manu et potestate eorundem Dnoru Ducu; omnes et singuli captiui ex hostibus quacumq ratione capti, esse debebunt.

Insuper Deo optimo maximo, expugnationem aliquorum Arciu, Castroru, Ciuitatu, et quorumuis aliorum locoru concedente, in eo bello, ad quod presidiu per nos, vel

successores nr̃os, dictis dñis Ducibus, fuerit missum, ea omnia et singula, in eo ipso bello expugnata, si prius ad ipsos dños Duces, vel eorum prædecessores pertinuerint, eis erunt relinquenda, Si vero, nec ad illos, nec ad nos, aut prædecessores nr̃os spectabunt, nihilominus ipsis dñis Ducibus, et eorum successoribus cedent, et cedere debebunt,

Et quia Confoederatorum interest, mutuam rerum et actionum suarum curam habere, non indicemus bellum nos, et nr̃i successores, ex vi et ordinatione horum foederum, cuicunq; hosti nr̃o, Regniq; et Dominiorum nostrorum, insciis et inconsultis præfatis dñis Ducibus, aut eorum successoribus, fortasse enim communicato cum illis consilio, viæ et modi inuenientur, per quos, iniuria nobis Regnoq; et Dominiis nr̃is illata resarciri, et pro illa debita satisfactio, citra vim armorum, impendi poterit, nisi forte nos inopinate, seu ex insperato inuaderemur, Successoresq; aut Regnum, et Dominia nostra inuaderentur.

Non permittemus etiam nos, et successores nr̃i, pro virium nostrarum facultate transire, et redire gentes siue nr̃as, siue alienas, aduersus præfatos dños Duces, aut eorum successores, per loca Regni et Dominiorum nostrorum, hostili molimine proficisci conantes, neq; illas quoquo modo occulte vel manifeste adiuuabimus, vt hosti ad vsum, ipsis vero dominis Ducibus, aut eorum Successoribus, ad damnum peruenirent.

Et quoniam iacula praemisa minus feriunt, conatusqz
hostium praesciti et cogniti, non ita graves, vt et negocij et su:
biti et inopinati esse solent, pollicemur pro nobis et nris
Successoribus, q quotienscumqz praesenserimus, aliquas
insidias parari ipsis Dnis Ducibus, vel eorum Dominijs,
opponemus nos pro posse nro, vt eas ipsas insidias
avertamus, industria, vel viribus nris, Et nihilomi:
nus eosdem dnos Duces, qz primum poterimus premone
bimus, vt rebus suis tempori provideant, sueqz et Do:
miniorum suorum indemnitati prospiciant.

Liberum aut esse debebit, ipsis dnis Ducibus predictis, et
eorum successoribus, vltra debitum confoederationis subsidium,
toties quoties voluerint, gentes in Regno et Dominijs nris,
aere ipsorum proprio, ad eorum necessitatem conducere, ad
scientia tamen, praescripto, et ordinatione nra, et suc:
cessorum nrorum.

Item providebimus et providere curabimus, in Confinibus
Regni et Dominiorum nrorum, ne fiant latrocinia, cedes,
spolia, invasiones, excursiones, et captivitates inter nros
et dictorum dnorum Ducum subditos, pro commissis autem
damnis, iniurijs et excessibus. Iudices nros Commissarios
omni triennio ad opidum nostrum Choynize, ad diem
sancti Galli, a festo ipsius sancti Galli proxime preterito
inchoando, et sic consequenter pro eodem die de triennio
in triennium designabimus, et mittemus, Ipsi etiam dni
Duces prefati, eorumqz successores suos Iudices Com:
missarios illuc in Choynize de triennio in triennium,
vti premissum est pro tempore supra expresso designabunt

et mittent, qui simul cum nr̃is conuenientes, oppressis, iniuriatis, et damnificatis omnibus subditis nr̃is, cum plena potestate tam in criminalibus quam Ciuilibus causis, iustitiam indilatam ministrabunt.

Vt aut subditi dictorum dn̄orum Ducum, quibus per subditos nr̃os facta fuerit iniuria et damnum, expeditius iustitiam debitam consequantur, mittent querelas suas contra ipsos subditos nostros ad Praefectum Stolpensem, qui illas ad Magnum Palatinum Pomeraniae modernum, et pro tempore existentem mittere curabit, ita vt prius vno quartali anni, quam praefatus Conuentus agetur, huiusmodi querelae ad manus ipsius Palatini perueniant. Similiter etiam subditi nr̃i, querelas suas contra subditos ipsorum dn̄orum Ducum ad eundem Palatinum Pomeraniae, pro tempore existentem mittent, vel deferent, qui illas ad Praefectum Stolpensem, vno quartali anni, antequam ipsa Conuentio Choynicensis inchoabitur perferri curabit.

Qui quidem Palatinus Pomeraniae, modernus, et pro tempore existens, subditos nr̃os, tam Actores quam reos, ad locum et diem Conuentionis praedictae, coram nr̃is et ipsorum dn̄orum Ducum Judicibus Comissariis, iudicialiter comparere iubebit. Qui si fuerint rei, et comparere noluerint, vel temere neglexerint, nihilominus ipsi communes Commissarii parti querenti iustitiam de illis ministrabunt, secundum quod Jus, et aequitas dictauerit. Et similiter de Actoribus no comparentibus facient.

Jdem obseruandum erit, si quis de terris nr̃is Poloniae

aut ex Ducatu Pomeraniae, cum alterutris subditis in dicto Choynicensi Conuentu, actiones suas Iure prosequi voluerit. Is eni querelas suas, in manus Capitanei Maioris Poloniae generalis, qui fuerit pro tempore, tempestiue mittere curabit Et in omnibus supradicta formula, ab vtraqz parte obseruanda erit.

Item prouidebimus, et prouidere curabimus, vt in manutenedis limitibus, nostra, et dictorũ dñorũ Ducũ, Dominia concernentibus, aequitas obseruetur, et quod nemo subditorũ nostrorũ, aliquem subditũ, eorundem dñorũ Ducũ, de possessioe vetusta, et vsu aliquorũ bonorũ, vel aliquarũ ptinentiarũ in Dominijs ipsorũ dñorũ Ducũ existentiũ eyciat, nisi authoritate illorũ adhibita.

Volentes aut nos ex ea coniunctione et affinitate, quae cum praedictis dnis Ducibus nobis intercedit commoditatibus nõ solum suarũ Sttatuũ, verumetiã subditorũ eorudez prospicere, concessimus, et harũ serie lrarum concedimus, successoresqz nri concedent, et pmittent, vigore ordinationis Statuti et foederũ, cum eisdem dnis Ducibz initorũ, eam facultatem, ipsorũ subditis, vt possint in Regnũ et Dominia nra, terra et mari venire, et cũ subditis nostris mercari, ac negociationes exercere libere et secure sine quouis impedimento, quandocunqz et quotiescunqz illis expediens, et conueniencius visũ fuerit, saluis tamẽ Iuribus Regni et Dominiorũ nrorũ, prout in illis hactenus fuit obseruatum.

Et quia pro Colonis profugis, inter subditos vtriusqz Dominij differentia et controuersia solet plerumqz suboriri

constitutum est, vt ab hoc Confoederationis tempore, quicumque profugus fuerit infra quinque annos à suo dño iure repetitus eidem repetenti, inquantum Jus sibi ad ipsum compererit, sine omni renitencia restituatur, Sed lapso quinquennio, à tempore sciencie computando, quam scienciam subditum suum repetens, suo corporali iuramento probare debebit, possessor huiusmodi profugi praescriptione quinquennali repellet ab actione repetentem, nisi repetens iuramento suo probauerit se nõ permisisse à tempore sciencie sue transire perscriptioné quinque annorum.

Reliquum est, quod transgreßoribus et aliis quibuscumque, quocumque facinore, excessu, siue comminationibus, atque iniuriarum denunciationibus, aut alia quauis suspitione notatis, Saluum conductum nõ dabimus, nec dari faciemus, nisi cautione prius, ab eis, aut aliquo eorum recepta, de stando et parendo Juri in eo loco, in quo, in ipsis Dominiys predictorum dñorum Ducum, deliquerint, Vbi hy ipsi domini Duces, et eorum successores eisdem transgressoribus, et aliis quibuscumque notatis et suspectis, ad eos, vel ad eorum loca et Dominia venturis, de Nouo saluo conductu prouidebunt, Et si tales Juri vel rei iudicate parere et satis facere noluerint, pro proscriptis, apud nos et successores, subditosque nros haberi, censeri, et reputari, debebunt, Nec amplius in Regno, et Dominiys nris foueri poterint, ad illosque capiendos, et debita animaduersione puniendos, auxilium et consilium vbilibet in Regno et Dnys nris prestabimus, et prestari faciemus, nrique successores prestabunt, et prestari facient.

Quos quidem foederis, coniunctionis, et amicicie modos,

conditiones, et articulos supra scriptos, sic uti premissum est
conclusos, et confectos, et pro communi bono, ac tranquillo
et quieto statu Regni subditorumque nostrorum, et etiam Domini-
orum, ac subditorum ipsorum dominorum Ducum predictorum
stabilitos. Nos Sigismundus Rex Polonie, et Magnus
Dux Lithuanie, etc. pollicemur verbo nostro Regio, de consi-
lio et assensu Prelatorum et Procerum Consiliariorum nostrorum.
Status utriusque, in omnibus punctis firmiter tenere,
implere, et inuiolabiliter obseruare, successoresque nostri obser-
uabunt perpetuo et in aeuum. In cuius rei fidem et
testimonium, presentibus sigillum nostrum appendi fecimus,
Actum et Datum in Opido nostro Piotrcow. in Conuentu
generali die sancte Prisce virginis. Anno Domini,
M°. D.° XXV°. Regni nostri, anno XVIII°.

Ludovicus Rex Vngarie et Bohemie
Alberto Marchioni Brandeburgensi
Magistro ordinis Cruciferorum in Prussia

Illr̃e etc. Si D. vr̃a Illma Conuentui nr̃o, quem cum Sermo fratre nr̃o Archiduce Ferdinando, proximo Mense Octobri habuimus, interesse, per alias occupationes suas, potuisset, non dubitamus, quin omnes differencie, que inter Sermum Patruum nostrum Regem Polonie, ac vr̃am D. Illmam intercedunt, Deo fauente componi, aut tolli forsitan in perpetuum potuerint. Nam et si ipse Patruus nr̃ adesse, ob grauissias causas, et ardua Regnorum suorum negocia, nequiuerit, miserat tamẽ sua Mtas, ad nr̃am, et dicti Sermi dn̄i Archiducis diligentem postulatiõẽ, vt in aliis, ita et in hys rebus, cum Mandato plenissimo sapientissimum, ac sũme authoritatis virum, Spectabilem ac Magcum dn̄m Christopherum de Schidlowiecz, Palatinum et Capitaneum gnalem Crac. ac Regni Polonie supremum Cancellarium,

Aderat eciam Rmus dn̄us sancti Xisti Cardinalis Apostolice Sedis Legatus, qui negocium hoc Prutenicum, nõ minori cura ac desyderiõ cupiebat amplecti, q3 si ad eam vnã rem tractandam et componendam ab Aplica Sede missus esset. Nos quoq3 cum Sermo fratre, et Sororio nr̃o Archiduce, tanta huius pacis tenemur cupiditate, vt ad eam conciliandam ac firmandam omnia nr̃a studia, labores consilia diligenciam libentissime ac accuratissime contulissemus.

Sed cu D. vra Illma, ob eas causas, quas partim ex eius
lris, partim ex Illmo dno Georgio Marchione Brandebur:
gensi fratre suo, et consanguineo nro accepimus, venire ad
eum, que diximus Conuentu no potuerit, nec alicuius cer:
taminis aut belli, quod inter Sermu Regem Polonie, et ve:
stram D. Illma, citra maximu et euidentissimu Chri:
stiane Reipublice detrimetu, suscipi ac geri, hys psertim
temporibus nullo modo possit, occasionem aut materia
relinqueremus, placuit nobis, atq ipsi Sermo dno Ar:
chiduci, vt tempus aliud constitueretur, quo cu Mte
Sermi Patrui nri possimus conuenire, Quod si ydem
Sermi dni Rex Polonie, et Archidux Austrie, caeteriq
Arbitri, ad rem Prutenica deputati, aliquibus forte
causis impediti non possent interesse, insignes tamen
Oratores, cu plena facultate et mandatis ad nos mittere
qz primu de hys cognouerimus. Quo aut tpe et loco
hic futurus noster Conuentus fieri debeat, vbi mentem
et deliberationem eiusdem Sermi Regis Polonie patrui
nri charmi cognouerimus, mox Illma D. vram reddeg
certiorem Hortam eandem, velit interim cogitare cum
ordine suo, de honestissimis quibusq pacis conditionibg,
habeatq, vt habere dicitur, ad eam transigenda et fir:
missime constituenda, animu propensu et paratum.
Optamus D. vram Illma, bene ac foeliciter valere.
Datu Posonii in festo bti Martini Episcopi. Anno dni
M°. D°. XXiij°.

Ludouicus Rex Vngariæ et Bohemiæ Sigismundo primo Regi Poloniæ.

SEr^me Princeps, Patrue mi charme, atq3 honorān, Proximis lr̄is mis, quas de re Pruthenica ex hoc loco, ad v̄ram Mtem dedimus, hortabamur ea, vt cum illa controuersia, aliis atq3 aliis interuenientibus difficultatibus, componi adhuc nō potuerit, tempus aliquod certū diffiniretur, quo nos vna cū Ser^mo frē mo, dn̄o Ferdinando Archiduce, ac cæteris Arbitris, occasionibus dissensionis, ac futuri belli, inter v̄ram Mtem ac Illmū dn̄m Mgr̄um Prussiæ, sublatis, et extinctis, optatissima, ac saluberrima toti Christianitati, concordia, iuuante Deo, cōficeremus. Nunc vero diligentius nobiscū reputantes, quanta sit temporū angustia, quanta etiā prudentia nobis sit cauendū, ne quid v̄ra Mtas habeat impedimēti, quod eā à defensione aduersus alios hostes sui Regni, vel ab auxilio nobis, in hac necessaria contra Thurcas expeditione, ferendo, posset auocare, videmus Induciarum nō multos iam Menses superesse, qui partim parando, partim gerendo cū Thurcis bello consumētur, nec interim nobis, aut dn̄o Archiduci dabitur ociū diuertendi ad rem Prutenicā (quod mirifice alioqui desideramus) componēdam Residere aūt inter v̄ram Mtem, et dn̄m Mgr̄um Prussiæ, aliquā bellorū segetem ac materiā, durante mō cū Thurcis certamine, maximi profecto et ingentis est periculi. Nam et nos eo pacto, v̄ræ Mtis, in summa necessitate, presidio destitueremur, et hostibus vtriusq3 nr̄m maior

audatia, maiores animi accederent, Scimus aut et sumus expert Mtem vram, Regnorum suorum ac nrorum salutem eandem semper existimasse, In has ergo temporum ac for: tune angustias redacti, rogamus Mtem vram, vt Inducijs inter eam, ac dictum Magrum Prussie factis, aliud quinquenium, aut si id graue est triennium, vel bienniu saltem adijciat. Quod hijsdem adductus necessitatibus Sermus q3 frater nr Princeps Ferdinandus, magnopere suadet, ac desyderat, nec dubitat, quin p nos apud Mtem vram possit obtineri Prin: cipem religiosum et sanctum, qui semper preclarius putauit, vel ipsam vitam, atq3 animam, pro defensione fidei, vbi opus esset tradere, q3 authorem esse fundendi sanguis christiani. Dubium aut non est, quin nostris, ac Sermi dni Archiducis persuasus consilijs Illu. dus Mgr Prussie (ad quem sup ea re iam vtriusq3 nostrum date sunt lre.) huic honestissio nro desiderio, libens consentiat. Optamus Mtem vram valere foelicissima. Cui nos, vti Patruo amantissimo comedamus. Datum Posonii, in festo Conuersiois bti Pauli Apli. M°. D. xxiiij°. Regnorum nrorum anno viij°.

Ludouicus Rex Vngarię et Bohemię Sigismundo primo regi Polonię.

Serme etc. Quę ad nos Mtas vra in negotio Prutenico scripsit, intelleximus, et vbi ad consiliu Regni sui rem hanc reiecerit, no ab re à Mte vra id factu existimag. Hoc tantu impresentiaru ab ea petimus, velit, si fieri pot, rem maturare, vt citra longa mora, quod futuru est, intelligere possimus. et de eo etia Sermu Principe Ferdinadu reddere certiorem. qui nobiscu vna ea in re, paratu se exhibet omnia et curare, et facere, quę in rem Mtis vrę, et ex eiusdem dignitate fore videbuntur.

Ad huius aut rei cura, duo sunt potissimu, que nos mouet Primu. Jus sanguinis, deinde, tuendę salutis nrę necessitas. Na cu continue opam impendamus ad pacem reducere Principes Chrianos, qui nobis et loco, et affinitate remocius distant, multo magis curare nos oportet, hanc pacem, que inter Mtem vram, et dnm Mgru Prussię desyderatur, cu causa cois sanguis, tum quia Mtas vra liberata hoc bello Prutenico, comodius et sua Regna, cotra pfidos Thartaros, aliosq3 hostes suos, defendere, et nobis ita, vt scit, laborantibus, opem ferre poterit. Quas ob res Mtem vra, iteru atq3 iteru rogaus, velit se de hys rebg tempestiue resoluere. et ita qdem resoluere, vt vel pax. vel Inducię saltem longiores inter Mtem vram, et ipsu Mgru Prussię coponi possit Jd quod no nisi salua eius dignitate, saluisq3 Regnorum suoru Jurib9 fore cupimus.

Deus omnipotens Mtem vram foelicissime ad plurimos an-
nos conservet. Datum Bude septima Marcii M°D°XXIIII°.

Ludouicus Rex Vngarie et Bohemie
Sigismundo primo regi Polonie

SErme Princeps. Patrue nr charme Ea, que Mtas vra
de Induciis, cum Illmo dno Mgro Prussie progandis, ad nos
scribit, intelleximus, non videri scilicet omnibus Mtis vre
Consiliariis, eas Inducias sincere peti, neque in rem Mtis
vre futuras existimari, se nihilominus velle negocium
suis Regnicolis proponere, quos eo potissimum animo ad bellum
et Castra vocaverit, vt si que necessitas Regnis nris ingru-
eret, adesse nobis posset. Nos, quibus de causis, vna cum
Caesarea Mte, et Sermo fratre nro Archiduce has Indu-
cias optaverimus progari, Mti vre, aliis lris nris vberius
explicavimus: Nihil enim nos aeque movebat, quam ratio tem-
porum, Nam cum vel ad defensionem, vel ad bellum cum Thurcis
gerendum assidue simus intenti, sitque omnino necessarium,
vt hoc ipso vel sequenti anno suscipiamus in hostes expe-
ditionem, ocium non suppetit, quo conveniret, et istas con-
troversias, ante exitum Induciarum componere possemus.
Implicari autem hiis temporibus Mtem vram bello Prute-
nico, et Regnis nris et vniverse Christianitati foret perni-
ciosissimum, que alioqui intestinis caeterorum Principum conten-
tionibus et bellis vehementer laborat.

Dominus etiam Mgr Prussie, quantum ex eius lris et Nunciis

licet conijcere, no alijs, qz nos ipsi rationibus, ad has diuturniores Inducias, adiecit animum. Si quid etiam interim hostile, quod nobis persuadere no possumus, meditaretur. modo prorogetur Inducie, speramus nos, Deo aspirante, vna cum ceteris dnis arbitris, tale remedium inuenturos, vt et veteres Controuersie sopiantur, et omnes, noui belli, occasiones, tolli penitus possint. Rogamus itaqz Mtem vram. ne grauetur ad has, vna cum suis Regnicolis Inducias longiores accedere. Quamprimum aut vre Mtis anuz hac de re habuerimus exploratum de loco ac tpe conuentus, vna cum alijs dnis Arbitris, vram Mtem, et dnm Mgrum Prussie, faciemus certiores

Qd aut Regni nri defensio, tante cure est Mti vre, vt eius rei causa in Russiam se contulerit, Castraqz isthic posuerit. magnas gratias agimus, multumqz nos tum hoc nomine, tum ob alia innumera pietatis sue erga nos officia, Mti vre, nos debere profitemur. Cui omnibus in rebus pares vires referre studebimus. Eamqz valere optamus foelicissimam. Datum Bude decimo tertio die May. M°. D°. xxiiij.

SIgismundus primus Rex Polonie
Consiliariis regni Polonie

MAgce sincere nobis dilecte. Scpsit nob Sermus dns Rex Ludouicus Nepos nr charmus, postulatu se ab Illmo Pncipe dno Ferdinado Archiduce Austrie, vt nos ad suscipiedas cu Illri dno Mgro Prussie longiores Inducias cohortaretur, et flecteret, rogans nos impense illius Altas, vt causa status sui et Reipce Chriane, causa eciā finiende comodius eius differencie, que hoc paruo Induciaru tpe, quod supest, no videtr debite determinari posse, animu inducamus ad easdem Inducias, ad qnquenniu, vel breuius, vt videretur, progadas. Nos tametsi in Conuetu nouissimo cstitueraus cu tua S et aliis Csiliariis, vitandas deinceps eas pductioes Induciaru, que semp Regno noxie, et hostibq adiumeto fuerunt, psertim vbi eas illi, vt nuc faciut, aucupabantur. Na dns Mgr Prussie, oia hactenus excuciens, oia tentas, quo subsidia aduersus nos comparare potuisset, area cosequendi omni spe destitutus, id agere videtur, vt quo quo modo se à debito nobis pstando, subtrahat, tamen ne qd temere soli reicere videremr, à tantis psertim Pncipibq oblatu, rem ad tua S. et alios Consiliarios meos retulimus, hortamurqz illa, vt qd in ea re eisdem Pncipibq, nos ex vsu, et dignitate mea, et Reipce rndere debere cēseat, nob rscribat, et bene valeat. Crac feria qnta pxima post Dnicam Inuocauit. Mo Do XXiiijo Regni mei anno XViij

Ludouicus Rex Vngariæ et Bohemiæ Sigismundo primo regi Poloniæ Patruo suo.

SErme Princeps etc. Fama, quæ de Turcarum apparatibus et proposito Regni mei inuadendi constantissime, et ex omnibus partibus affertur, non minus Mti Vræ, quam nobis scimus esse notissimam. Sed ne quid eorum, quæ nos accepimus, Mtem Vram lateat, Est apud hostes vir strennuus, qui de nra religione bene sentit, Regnisque nris optime consultum iri magnopere desyderat. Hic de Thurcarum consiliis, solet nobis nunciare certissima, Redditæ nobis sunt ab eo lræ nudius tercius, quibus præmonet nos diligenter, vt hostem, summis viribus, Regna nra hoc Vere inuasurum, parati, atque instructi exercitus, Addit percussum esse foedus inter Imperatorem Thurcarum et Zophi Persarum Regem, ac miro quodam et exquisitissimo genere Iurisiurandi confirmatum. quin etiam diras quasdam execrationes vtrinque, in eius, qui prior a conuentis atque induciis discederet, perniciem fuisse imprecatos missum præterea ad Zophi maximum Turcarum Cadian (sic illi sacerdotem appellant) qui præsens inducias data et accepta fide, adhibitisque aliis Ceremoniis confirmaret, rogans Mtem Vram, vt nos et ope et consiliis (quæ nunquam nobis defuerunt) adiuuet, præsertim cum de externis et longinquis suppetiis, atque etiam de Principum concordia, spem habeamus perexiguam.

Cras hinc Budam nauigare secundo flumine constituimus tractaturi cum potioribus Regni mei primatibus de hys, quæ

ad Regnorum nrorum defensionem necessaria, atq3 oportuna vi-
debuntur. faciemusq3 item vram, de omnibus, que acta et
conclusa fuerint, cerciorem. Quam valere optamus foelicissime
et illi nos, vti Patruo optimo et amantissimo eciam atq3 eciam
commendamus. Datum Posonii Sabato proximo ante Dnica
Reminiscere. M°. D. XXiiij°.

Sigismundus primus Rex Polonie Ludowico Regi Vngarie et Bohemie

SErme. Retulimus ad Consiliarios nros, ut nos facturos Mti vre dudum scripsimus, hoc, quod à nobis postulauit, de Induciis cum Illmo dno Mgro Prussie prorogandis, non visum est singulatim omnibus, vt id faciamus, cum experiencia didicerimus, eiusmodi Inducias no alio fieri, qz ad vires instaurandas, et bellu acrius restituendu, Nos eciam ex hijs, que per hoc tempus ipse dns Mgr Prussie quesiuit et molitus est aduersus nos apud omnes vicinos Principes, non intelligimus, q alio animo nobiscu Inducias pducere, qz vt interim se disponere ad bellu posset, nulla enim ex se pacis et concordie inditia prebet, Vtcunqz est, qr nunc ea potissimu causa, vniuersu Regnu nostrum ad bellu mouimus, et Castra in Russia metiemur. vt Mti vestre, si qua illi necessitas ingrueret, adesse possemus, illic omnibus Regnicolis simul existentibus, ingeremus ad huc hoc ipsu negociu Induciaru, et si quid aliud illis visu fuerit, vre Mti posthac significabimus. Que foelicissie valeat, et nos diligat.

Sigismundus primus Rex Polonie Ludouico Regi Vngarie et Bohemie

Serenissime etc. Cubicularius meus, binas nobis literas à Maiestate vestra retulit, quarum alteris dilationem termini, in causa Bohemica, vt postulauimus declarat, alteris optat à nobis, vt Inducias cum Illustri Magistro Prussie prorogemus. De dilatione termini, agimus plurimas gracias Maiestati vestre, quod consilio, et postulatis nostris annuerit, cogitabimus vero interim, quo pacto in ea re sit à nobis Maiestati vestre, quam optime consultum. siquidem hoc ad, versissimo tempore, nihil magis expedire arbitramur Maiestati vestre, quam cum foris turbe et difficultates immineant, domi omnia vnita sint, et quieta, vt tanto commodius Maiestas vestra suos subditos ad opitulandum sibi inducere possit,

De progandis Inducijs non est nobis integrum, vt quicquam in presens Maiestati vestre respondeamus, Res enim hec, non adeo ad nos, quam ad vniuersum Regnum nostrum attinet, Verum tametsi hoc agat, Magister vt hijsce dilationibus se à debito nobis prestando sensim subtrahat. et hii Principes, qui vtrumque nostrum, ad eiusmodi pacem et Inducias, causa Rei christiane cohortantur, id curant, vt nos solos communi discrimini obices faciant, cum ipsi interim sine fine, eciam pro alienis Iuribus inter se decertant, et nihil minus pensi habent, quam nostrum, et commune rei christiane discrimen. Nos tamen consultis Consiliarijs et Regnicolis nostris, quicquid in ea re constituerimus, alio tempore Maiestati vestre declarare curabimus. Que foelicissime valeat, et nos diligat.

Ferdinandus Archidux Austrie Ludouico Regi Vngarie et Bohemie.

SErme Princeps, dñe et Sororie nr̃e colendissime. Cũ his proximis diebus, mente et animo nr̃o cogitauerimus, inter tot huius temporis perturbationes, et Principũ Chrianorũ dissidia, maximũ discrimen, et periculũ toti Christianitati, et presertim Regnis Sertis vr̃e, et Dominiis nr̃is, imminere, nisi rebus, et negociis, inter Sermũ Polonie Regem, Dominũ et auunculũ nostrũ colendissimũ, et Rndum magnũ Magistrũ Pruthenorũ, vertentibus, oportune consulatur, vt sepius eciã, et q̃ pluribus lr̃is nr̃is Serti vr̃e denunciauimus, hic cũ Rmo dño Cardinali, et Archiepo Salisburgensi, tanq̃ vno ex Compromissariis accurate hac de re tractauimus. quem apprime inclinatũ, et affectũ reperimus, et disserẽtes inuicem de modo et via prefatos Principes componendi, et inter eos aliquã firmã et stabilem pacem stabiliendi, cõsultauimus, et nõ potuimus excogitare, magis salubre et conueniens iter, q̃ inuicem nos omnes Compmissarii conuenirennus, Et cũ eiusmodi res, longã morã pati nõ possit, existimauimus p omnib9 nobis commodũ et idoneũ tempus existere, ad quintã decimã diem, post festũ bti Michaelis proxime futuri, Ad quod tempus eciã intellexímus Ill. Ducem Georgiũ Saxonie emitti velle adesse, et ita vnanimiter studeremus inter ipsũ Regẽ Polõie et magnũ Mgrum Pruthenorũ, aliquã firmã et ppetuã concordiã, seu pacem stabilire, et ratificari, vt eiusmodi

eorum discordiis sedatis, eo audacius et maiori fundamento, ac viribus arma nr̃a deinde aduersus Christifideles, nr̃osq; communes hostes conuertere poßimus. Iccirco duximus Serenitatem vr̃am hijs nr̃is plurimum hortandam, et studiosius rogandam, velit quoq; eiusmodi rem cordi suscipere, et scribere prefato Ser̃mo Regi Polonie, eumq; hortari se facilem et benignum, ad hoc tam pium et sanctum opus, totiq; Christianitati maxime necessarium, reddat. Et cum prefatus Cardinalis, et Dux, et (vt speramus) etiam Serenitas vr̃a, et nos, parati simus, tempore quo supra simul conuenire, dignetur etiam Serenitas sua, ad prefatum tempus post Michaëlem, se ad eiusmodi Conuentum nr̃um recipere, et illico animum suum in hoc significare. et Serenitas vr̃a decernat et constituat aliquem locum Conuentus, vt sibi magis oportunum et conueniens visum fuerit, et nos q; primum sup hijs, de mente et deliberatione Ser̃mi Polonie Regis, et sua, nõ grauetur certiores reddere. quo nos resq; nr̃as eo comodius ad eiusmodi Conuentum disponere valeamus. Si aut nos, vel pfatus Rm̃us dñs Cardinalis, aut Illt Dux Saxonie, aliquibus alijs maioribus, et magis nos vrgentibus negociis, et neceßitatibus implicati essemus, vt nullo pacto, eiusmodi Conuentui, interesse possemus. Quod tamen nõ credimus, et toto conatu nr̃o vt intersimus enitemur, decreuimus in tali casu, nr̃os Commissarios viros dignos et idoneos, ad hoc plenam et omnimodam auctoritatem habentes, ac si nosmet presentes essemus, destinare, vt nomine nostro studeant, et omnem operam dent, eiusmodi paci

et foederi, vtq3 perpetua pax et concordia inter eos fir-
metur, et concludatur, Quē si subsequi, et aliquē bonū
effectū sortiri nō poterit, tunc summopere et omnino
necessariū erit, vt Inducie et treuge, saltem ad tres,
vel quinq3 annos pro tranquillitate et quiete tocius
Christianitatis et Regnorū, ac Dominiorū omniū no-
strorū differantur et prorogentur. De quibus oibus
cōmisimus Mgco Spectabili sincere et fideli nob dilecto
Joanni Snapeck, Baroni in Schoenkirchn, Cesaree et
Catholice Mtis, dni et fratris nri colendissimi, Consi-
liario et Oratori, Serenitatem vram oretenus alloquatur,
À qua responsū expectamus, Eamq3 foelicissime
valere optamus. Datū Ratisbone die sexta Mensis
Julii. M°. D°. xxiiij°.

Sigismundus primus Rex Poloniȩ Ludouico regi Vngarie et Bohemiȩ

Serme Princeps etc. Lectis vrę Mtis lris cum exemplo litarum Sermi dni Ferdinandi Archiducis Austrię, cognouig quanta cura, quantoqz studio, sua Sertas, apud vram Mtez agat, quo nos admoneat, vt iam tandem deliberan, constituamus et diem et locum, ad quem sit conueniendum dnis arbitris, qui cogituri sunt inter nos, et Ill dnm Prus: sie Mgrum, controuersiarum causas, et redacturi eas, vel ad pacem perpetuam, vel si fieri nō possit, saltem ad aliquam temporariam pacis conditionem, per modum Induciarum, nominatim aut quintumdecimum post festum sancti Michaelis futurum, designauit. Adiecit etiam ijsdem lris ista ipsa nram cum Mgro discordiam, magnum afferre impedimentum et discrimen rebus Chrianis, et omnibus Regnis meis, que magna infidelium mole premuntur, et continue infestantur. Tenemus memoria ita inter nos conuenisse et costitutum esse. vt sub hoc Induciarum tempore, quarum finis iam aduentat, de hac ipsa concordia per ipsos dnos arbitros ageretur, et profecto nobis esset cordi, id iam aggredi, quod post quascumqz dilationes aliquando futurum et vt fiat, perqz necessarium est. Sed quod vra Mtas iam nō ignorat, tot sunt impedimenta, tot bellici strepitus, qui non solum facultatem eius rei cogitande precipiunt, sed etiam nos cogunt, vt omnibus aliis rebus posthabitis, in hoc toto pectore incubamus, vt eorum hostium vim et impetum, quos communes ipse Sermus dns Ferdinandus appellat, qui magnis eorum

contendunt
viribus in terras Regni nri continetur, aliis festina pace fenctibus reprimamus,

Inest preterea huic rei gerende ista difficultas, quod postquam constitutum est inter nos de hac arbitraria pace, duo partium nrarum Arbitri, e vita sublati sunt, quos aut in locum eorum sufficere velimus, nondum satis exploratum habemus. Deficientibus itaque hys Arbitris, si vel sic paciscerenur, quod non videtur ut reliquorum consensioni, et voluntati stare debeamus, fieri nequit, ut penes alterius partis Arbitros sit facultas, nobis viam et modum prescribendi, quo sit res ipsa transigenda.

Rogamus igitur plurimum Maiestatem vram, dignetur Serenissimo dno Archiduci Austrie, tot impedimentorum nrorum seriem ita explicare, ut cognoscat non voluntate, sed necessitate, nos in aliud tempus comodius, eius actionis facultate differre, De qua cum Senatu Regni nri in futuro Conventu agemus, et id, quod inter tot difficultates, undique nos urgentes, constituere et decernere poterimus, ad eam perficiendam Maiestatem vram posthac litteris nris certiorem faciemus. Quam optamus bene et foeliciter valere, et cui nos ex corde comendamus.

Ludouicus Rex Vngarie et Bohemie Sigismundo primo regi Polonie

SErme Princeps Patrue noster charme, Hijs diebus ad nos lras dedit Sermus Archidux Austrie, frater et Sororius noster charmus, quibus significat de negotio Pruthenico, se multa tractasse cum Rmo dno Cardinale Salzpurgen, et Illmo Duce Saxonie, qui, cum Caesarea Mte et nobiscum Iudices in hac causa sunt electi, et ita ipsis visum fuisse scribit, vt ad quintumdecimum diem à festo sancti Michaëlis Archangeli, in loco qui Mti vrae et nobis commodior videretur, conueniremus, atque huic negotio, vel per pacem perpetuam, vel saltem per Inducias aliquot annorum, finem imponeremus, multisque de causis rem hanc non esse differendam, maxime cum Inducie inter Mtem vram, et Illmum Magrum Prussie facte, paucos post Menses expirature sint. Asserunt preterea Mtem vram, ex vi Compromissi stare debere huic Iuditio Arbitratiuo, in termino, quem Iudices ipsi elegerint, Que omnia Mtas vra, ex lrarum prefati Archiducis exemplo, presentibus incluso, clarius intelliget. Quare Mtem vram rogamus, velit nobis quamprimum significare, quid in ea re factura sit, cosulatque nobis, quid nos quoque Archiduci respondere debeamus. Nos enim si rerum nrarum, et temporis, ratio patietur. nihil, quod ad eam rem pertinebit, negligemus.

sed in hys omnibus consilium Mtis vrē expectamus, Quam felicissime valere optamus, Datum Bude decima octaua die Julii. Anno Domini M°. D°. XXiiij°. Regnorum nrorum anno Nono.

Ludouicus Rex Vngarie Sigismundo regi Polonie.

SErme Princeps, Patrue nr charme, Difficultates, que diuturnum inter vram Mtem, ac Illrem Mgrum Prussie, faciende concordie desyderium nostrum impediunt, sunt nobis profecto, vt esse debent, molestissime, Nam cum prosperum, ac tranquillum Statum Regnis Mtis vrē eque ac nostris semper optauerimus, dolemus vehementer eo rem esse adductam, vt cum nos belli Prutenici causas omni studio conamur precidere, vra Mtas in aliud contra Thurcas ac Thartaros bellum, ad arcendos illorum hostium impetus trahatur, Huc noster spectabat animus, quocies vna cum Sermo fratre nro Archiduce, apud vram Mtem, pro tempore ac loco, quo de tollendis controuersiys Prutenicis ageretur constituendo tam diligenter institimus, videbamus enim maxime difficile incomodum et periculosum fore, si duabus, tribusue expeditionibus, eodem tempore vra Mtas implicaretur, Hec eadem causa nunc quoque precipue nos impellit, vt Mtem vestram rogemus, vt cum pacte in quinquennium Inducie, non multis post diebus ad exitum peruenient, licet tot

tantisqz difficultatibus in presens sit impedita, vt de die quo
Arbitri conuenire debeant, non possit forsitan decernere,
consenciat saltem Mtas vra, vt Induciis superioribus
anteqz exeat annus adijciatur, Interim vero si ita vre
Mti visu fuerit, in demortuorum quoqz locum, noui Ar-
bitri surrogabuntur, et alia que ad future concordie trac-
tatus oportuna videbuntur, comodius cum inuestigari-
tum inueniri poterunt. Ad quamquidem rem vestre
Mti suadendam, preter eam causam, quam superius com-
memorauimus, rerum eciam mearum, ac tocius Christia-
nitatis, misera et calamitosa conditio, nos inducit.
Optamus Mtem vram valere foelicissimam, Cui nos
vti Patruo amantissimo eciam atqz eciam commen-
damus. Datum Bude die vltima Mensis Augusti.
Anno Dni M°. D.° XXiiij°. Regnorum nrorum, anno ix°.

Sigismundus primus Rex Polonie Ludonico Regi Vngarie et Boemie Nepoti suo.

SErme Princeps, etc. Reddite sunt nobis lre vre Mts quibus in primis gracias nobis agit, quod ad se Oratores nros insignes misserimus, qui sibi in negocijs suis adessent, Declarat deinde institutum suum congrediendi cum Sermo Rege Ferdinando, Vienne, pro festo sancti Joannis proximo, et inter alia negocium nostrum Pruthenicum tractandi, Cuius causa foueret in presens apud se Illrem Mgrum Ordinis Prutbenici, cohortans nos, vt ea, que necessaria essent, ad hoc ipsum negocium illic conficiendum curaremus, Postulat preterea, vt pacem quoquo modo ineamus cum hoste nro Duce Moschorum; et vt secum Posonii, aut alio loco magis apto conueniamus. Sperans fore, vt et Serenus Rex Ferdinandus eo veniret, et res omnes ac Status comunium Regnorum nrorum, hoc pacto melius, quam vllo alio modo constitui possent.

Nos Serme Rex, et Nepos nr amantissime, non grauati sumus vnquam, nec grauabimur in posterum, cum alia omnia prestare causa Mtis vre, que possumus, tum Oratores quales postulat mittere, verum mallemus illi hoc impendio Militibus adesse vbi opus foret, quam huiusmodi Oratorum missione; Qua per tot annos et tocies facta

nescimus prorsus, quid inde vnqz commodi, et vre. Mti, et nobis accesserit, presertim cu ecia intelligimus vram Mtem, consilia et suasiones Oratoru meorum, que in re et dignitatem vtriusqz nostru cederent, minus sequi.

Negocium aut Rutheniciu, quia magni est momenti, et quod nec facile confici, nec leuiter aggredi possit, vra eciam Mtas, nunc cum Serenmo Rege Ferdinando congrediens, satis superqz negocii habebit, in curanda et statuenda communi defensione, Nos hic extra Regnu, et absqz Consiliarijs meis, quoru interest existentes, nequaqz possumus in presens, vt Mtas vra censet, illud exequi. Sed et ipse Mfris Mgr solus isthic absqz membris sui ordinis existens, nescimus quid in ea constituere posset. cu hactenus omnia, ecia minima queqz, in eos referre solebat, aut si constituet quidpia, id proculdubio posthac dissueret, cum et nuc concordiam tam solenniter factam, tantoqz tempore actam et seruatam, hostilissimis, et multu alienis à sua professioe artibus et conatibus infringere nitebatur semper, ac eciamnum à coeptis non desistit. Quem, cu ita sit, tanto in honore et gracia, haberi apud Mtem vram et miramur plurimu, et non possumus non grauissimo aio ferre. Na neqz nos ea necessitas adigit, vt illu mulceat Mtas vra, causa facilioris concordie, neqz ille eius animi est, vt pilu mutet vlla beniuolencia, aut officio, quin ecia cristas inde magis erigere solet.

Veru misimus nos ia Nunctiu nostru ad Caesarea

Mtem, et alios Principes, qui Arbitri futuri sunt, postu-
lantes vti hanc rem celerius aggredi, et certu terminu
ac locu, quo agi deberet, nobis designare vellent, Id cu
factu fuerit, cõicato cu Mte vr̃a consilio, cui soli nos
putamus dnm Mgrum tantu crediturum, hoc quod opus
erit, ad rem ipsa mature aggrediendam et conficien-
dam, exequemmur. Nam et nunc satis negocii habens
in pace, vel Induciis ineundis cu Moscho, vt Mti vr̃e
commodius adesse possemus, qui cu mp ad nos Ores
suos hac causa misisset, nosqz ad illu vicissim sumus
propediem missuri, Speramus alterutru, parem vzt
aut Inducias secu, ex sententia nr̃a inituros. Vnde
ecia Mtas vr̃a colligere potest, qz integru sit nobis.
hoc tempore cu illa conuenire. Quandoquidem ob tan-
ta locoru internalla, ipsu negociu cum Moscho, tam
repente confici non poterit, Sed et si venirens ipsi
ad Mtem vr̃am, vti id ex animo vellemus, nescimus
quid cõmodi illi afferre posset aduentus nr̃, sine pro-
pensione et vnanimi voluntate subditoru Mtis vr̃e,
ad rationem defensionis, et que necessaria sunt curãda

Proinde rogamus plurimu Mtem vr̃am, vt admitatur
imprimis, cu consilio suoru Regnicolaru, et Consiliari-
oru, res domesticas statuere, ac disponere, et deinde
ea, que ab externis expectat, que posteriora sunt, et
spei posterioris exequatur, neqz Oratores, et eos
qui recta suadent non obaudiat. Nos vero, quicqd vti-
le, necessariu, ac salutare putauerimus vnqz Mti vr̃e, id
et suggerere illi, p viribus oibq adesse nuqz grauabimur,

Jamq3 alias illi significauimus, qualiter nobis de officiys va;
cantibus videretur disponendu, ex usu et dignitate Mtis
vře, Quam plurimu rogamus, ne hac in re consilium
nostru posthabeat,

Et quia scimus Magnum Therzska, et dignu esse, et qui
Mti vře plurimu semper conducere posset, eam eciam
atq3 ecia rogamus, vt illu ad officiu Succameratus
Regni sui Bohemie provehere dignetur. Quo nobis fa;
ciet rem multo gratissima, et sibi, suoq3 Statui, recte
consulet.

Commisimus reliqua Oratori nro apud vrim Mtem age;
re, et referre illi nro nomine, Qua plurimu rogaus.
vt et fidem illi adhibere, et consilia ac postulata nra eius
ponderis habere dignetur, vt ex debito, et integerrimo
animo nro pficiscuntur. Valeatq3 foelicissime Mtas vra
et nos diligat. Vilne

Petrus Thomiczki Eps Cracouien. Viceecancell.s
Ladislao Epo Vaciensi. regni Vngarie Canall.o

Rxme in Chro pater, et dne maior honorandissime, Ego hoc toto tempore, nihil scripsi vre D. Rxme, cum propt absencia mea à Curia Regia, et egritudine, qua plus, culum decembri, tum quod nullu idoneu argumetu scribendi ad illam se obtulerat, Nunc vero accepta prectione illius ad Epatum Agriensem, officiu meu pretermittere nolui, quin illi scriberem, et mea inde animi voluptate ei testarer. Gratulor igr ex corde Rxme D. vre, de hac digna et sue virtuti debita accessione, precorqz vt in ea illi omnia prospere, et ex sententia succedant, vtqz merito suo indies magis prouehatur.

Ni Rxme dne. Jam non ignorat Rxma D. vra, qd per hos omnes annos intercesserit inter Mtem dni mei, et dnm Mgrum Prussie, vt qui immemor vinculi sanguinis, immemor pfessionis, et prorsus omnis officii Principis Christiani, variis, et indecentissimis artibus, variis et multiplicibus iniuriis, indignissimis foederibus et societatibus cu Scismaticis et Infidelibus, contra Mtem sua et Regnu suu, pacem et concordia, dudu, et maximo labore, et auctoritate facta, et obseruata, infringere, et terras Mti sue subiectas, illi eripere nixus est, et nititur etiamu. Hec cu vniuerso prope Orbi nota sint, notu et id, quod, mutuo sibi debent hee ambe Mtes, graui et acerbissio animo fert Mtas dni mei, et mecu sepissime queritur.

queruntur et dolent acriter vniversi Regnicolę sui, quod Serenissimus Nepos suus, non habita ratione amoris et offitiorum in se pręstitorum Serenissimi Patrui sui, necnon etiam et suę dignitatis, tantum hostem, et qui magis intentus sit in perniciem Maiestatis suę, et Regni sui, quam vllus vel Thurca, vel Thartarus, tanto honore exceperit, foueat, consulat, quasi data opera, vt Patruo suo, et Regno ipsius, cordolium et molestiam exhibeat animumque hostis illius erigat, vti ea, quę noctes et dies cogitat, et versat, auctus hac existimatione quod plurimi sit, et quod quasi mulceatur pre timore, id audentius confidentiusque exequatur,

Habet pręterea cognitum Maiestas domini mei, quid ipsi subditi et optimates Regnorum Serenissimi Nepotis sui, de hac re senciant, et indoleant, quid domini Marchiones tractent, et conantur, quo istam Maiestatem, sua consuetudine impellant, cum hoc periculosissimum tempus, aliam studiorum rationem postulet, Hunc summum dolorem domini mei clementissimi, maximam omnium subditorum suorum molestiam, et Optimatum Serenissimi Nepotis sui secum ingemiscentium, sollicitudine, volui vestrę Reverendissimę D. quę in presens summa est ab actionibus et consilijs domini sui, et cuius interest custodire dignitatem et bonum statum illius et Regnorum suorum, declarare, Quam etiam atque etiam rogo, agat quam maxime potest, et intelligit, vt Princeps suus, adhuc per ętatem ea, quę opus sunt non dispiciens, maiorem habeat rationem Patrui sui amantissimi, et optime de se meriti, et qui plus illi, quam vllus mortalium, et velit et possit comodare.

Pluris faciat consiliu subditoru et optimatu suoru fide-
lium, qui vitas et facultates suas secu communes habent,
q3 eoru, qui vmbratilibus suis ostentationibus id dunta-
xat agunt, quo rem, et statu suu auctent, impendio
et iactura Mtis sue, Commodu vero, aut adiumentum
ullu, eciā si velint, prestare illi nō possunt, Si tan-
tum Exercitu educerent aduersus Thurcas, vt edu-
xerunt in pniciem huius Mtis et Regni sui, condo-
nandum esset, vt vel soli essent, qui Regnu apud
vos obtinerent, veru sunt, qui ad perniciem suorum,
plus q3 ad commodu prestandu valent,

Grauiter fert eciā Mtas dni mei tociens mittere se Orato-
res multo impendio, quoru nec opera quicq3 hactenus
pfuit Sermo Nepoti suo, nec consilia illi sunt accepta,
qq3 illius Mtas pretermissa cura conciliandi sibi
animos subditoru suoru, sua consuetudine, statuendiq3
domi ordinis sue defensionis, adeo inhereat alienis
spebus, et his inanibus coniectibus, quoru aliud ex alio
nascitur, cu hactenus satis constat, quid in externis sub-
sidiis cuiq3 sit fidendu, presertim hys, qui sibi ipsis
desunt, Timetq3 vehementer Mtas sua, ne ipse Sermus
Nepos suus, hac domestica negligentia, se, et suos, in ma-
ximu, quod omen Deus auertat, discrimen inducat,

Edocta est eciā Mtas sua, illos, qui suis istic ludicris
illiribus versant vt volunt illius Mtem, multa officiā
multas prefecturas, ac Ducatus, apud illā ambiunt.

et forte nonnulla sunt aliquibus promissa Quod si fiet, pror-
sus animus huic Arti, et omnis bona spes adimetur, Itaqz
hec omnia secrete et confidenter, patefacere vrē Rmē
D. volui, et necessarium putaui, vt quantū possit, obstet
futuris malis, que hinc euenire possent, et de quibus
ipsa forte, in eo officio tanqz in specula, et custodia dñi
sui existens, olim ab vniuersis culpari et suggillari
posset. Que vt boni cōsulat, et sua prudentia in eam
partem accipiat, illam plurimū et rogo et obtestor,
Cui me vnice, et ex corde cōmendo. Et quam va-
lere foelicissime desydero. Datum etc.

Sigismundus. I. Rex Poloniȩ
Carolo Duci Minsterburgensi

Ill Princeps, et dñe etc. Quantu et quatenus apud Ill. do. Jo-
achimu Marchionem etc. iussu et mandato Sermi domini
Hungariȩ etc. Regis, egerit, Ill vr̃a, ex lrĩs eiusdem nup
nobis redditis, abunde intelleximus, nec dubitamus Ill
vr̃am non aliter q̃s vt sibi à sua Serte commissu fue-
rat, se illic gessisse, sed quòd in sedando et componẽdo
hoc bello, quod cum dño Mgro Prussiȩ gerimus, eiusdẽ
dñi Marchionis, aut legatoru eius opera, vti deberẽq̃,
id iustissimis de causis nobis facere non est visum.
Quis enim, nisi forte aliquis male volens nobis id sua-
dere velit, res et negocia nr̃a eius potestati cõmittere,
qui se nobis, si verbis minus, re tamen ipsa aptissime
hostem declaravit, Constat eñ satis non modo nobis,
aut Illti vr̃ȩ, sed toti penè Europȩ, eundem do. Mar-
chionem, tocius huius incendii fomitem, ducem, et ve-
xilliferu extitisse. Cuius auctoritate ex vniuersa Ger-
mania gentes in nos coactȩ sunt, Js eas in Ditiõne
sua contra nos fouit, cõmeatu, alimentis, cæterisq̃
rebus omnibus, quantu sibi possibile fuit, iuuit, Et
modo, cu Illrs dñs Fridericus, Dux Legniceu etc. eius-
dem dñi Marchionis pcibq pmotus, inter nos, et aduersa-
rios nr̃os, tractare coepisset, Cumq̃ ijdem Aduersarij nr̃i
rem omnẽ in ipsu Marchionẽ retulissent, ita vt si ipse
Marchio, faciendu eis cẽseret, vellent pacem et cõcordiam.

amplecti. Ipse idem dns Marchio in hoc cōsentire noluit, atqȝ ita tractatus pacis et concordie progressu et effectu non sunt sortiti. Interea Serenus dns Carolus Romanorum Rex etc, nos amice lr̃is suis adhortatus est, vt ab armis discederemus, pateremurqȝ vt Legati tam sui, qȝ dni Ludouici Regis, qui iam aduentare dicuntur, inter nos et aduersarios nr̃os de pace agerent, prout ecia idem dns Carolus Rex, Aduersario nr̃o, de eadem re lr̃is significauit, Ipseqȝ idem dns Fridericus Dux, apud nos tunc diuertens, ne tantorum Chrianitatis Columinum, media reijceremus, nos identidem rogauisset, Nos, vt pote ij, qui arma nr̃a aliorsum conuertere sumus soliti, eius precibus et adhortationibus acquieuimus. nec tantorum Principum Legatorum Comenta, aspernari voluimus, Quod ipsum dns Fridericus Dux, rursus dno nr̃o lr̃is suis significauit. Quapropter Illem vram hortamur, et rogamus, ita agat, vt tractatus omnes cum dicto dno Marchione ad presens postponat, de hijsqȝ supsedeat, Vnum duntaxat ab Ille vra cupimus, det operam, ex eodemqȝ dno Marchione sciutetur, et exquirat, pacem ne inter nos, et Aduersarios nr̃os moliatur et malit, an bellum, vt ita nos, de ea re certiores facti, demus operam, vt olim par pari referre possimus. Quod cum intellexerit vra Illtas, id et Serenissimo dno Ludouico Regi, et nobis planum facere nō negligat, Rem gratissimam et omni beniuolencia rependendam, vtriqȝ nostrum factura. Quam bene valere optamus. Datum

Petrus Tomiczki Eps Crac regni Polo vicecancell
Friderico Duci Legnicensi et Brigensi

Ill. etsi Habui lras vre Illtis, quibus sua collocutionem cum Illrei dno Georgio Marchione, de tollendo bello Pruthenico, mihi declarat. que duobus Articulis coprehenditur. Primo, vt pax esset firma, inter Mtem dni mei, ac eius successores, et modernum dnm Mgrum, cum dimissione illius à Juramento debito, Secundo, vt Arces et opida, per eandem Mtem dni mei, intra hoc nouissimu bellum intercepta, dno Mgro restituerentur, Ille vero et eius Ordo, ea que accepit, retineret, ex eisqz homagiu Mti sue prestaret. Super hys postulat à me documetu vra Illtas, vtru Mtas Regia ad illa consentiret.

Ego plurimas ago gratias vre Illti q ea mihi pscripserit, fui eni semper, et sum, tollendi huius belli, studiosissimus. Accipiat igitur meam sententiam.

Non videtur mihi, vt Mtas dni mei, vellet, aut si vellet, posset, dnm Mgrum, nude, et simpliciter à debito prestandi Juramenti dimittere. Sed ad hoc, vt puto, flecti Mtas sua, et Regnicole possent, vt ipse dns Mgr modernus prestaret Juramentu, no quale continetur in pace ppetua, sed quale facere solent Principes et Consiliarij Regni.

Commendatores vero, et subditi illius posteriqz Mgri

prestarent Juramentu iuxta forma pacis pppetue, et istud à Summo Pontifice, Cesare, Principibus Germanie, ac oibq Mgris et membrq Ordinis Theutonicoru cofirmaretur.

Ceteru, consentire ecia vt credo no posset Mtas Regia, vt dus Mgr ea, que accepit retinere, et Mtas sua reddere illi, que consecuta est, deberet, presertim, cu alique Arces, et Opida sint Ecclesie Varmiensis, que alienari, neqz dignu esset Chriano Principe, neqz validum. Ad subsequeda tamen Concordiam et pacem, posset forte, vt mea est sen=tencia induci Mtas sua, vt Arces et Opida hoc bello in=tercepta, vtrinqz restituerentur,

Alio modo, quo ad supra dictos Articulos duos, Mtas sua nullo pacto, vt mihi videtur, inclinari posset, eciam si vel=let, et nos quicqd ageremus, tempus et opam pderemus. Et ppterea ad hunc modu, vt scribo, colloquatur vra Stt. vt negociu, ad effectu aliquem bonu pduci possit, et me super hys omnibus faciat cerciorem, Ego enim pro virili mea, curabo et enitar, vt res, ne ad arma re=deat, componi possit, modo id proponatur, quod à Mte dni mei acceptari queat, Et comendo me Stti vre Qua foelicißime valere desydero

Ludouicus Rex Vngarie et Bohemie Sigismundo primo Regi Polonie patruo suo

SErBme Princeps, Patrue noster charme, Scripte iam et obsignate erant alie lre vre, quas de progandis Induciys ad vram Mtem dedimus, cu Illris dns Mgr Prussie superuenit, nosqz magnopere est, pntibus oratoribus Mtis vre cohortatus, vt ad eas, que inter vram Mtem, atqz ipsu intercedunt, controuersias, ex forma Compromissi, vna cum Sermo Principe Ferdinando et Arbitris vtrinqz adiunctis, ac in demortuoru locum adiungendis, cognoscendas, ia nunc tempus, ac locum designaremus, Quamuis igitur, graues, ac pene inextricabiles cure, ac negotia Regnoru nroru, nos vndiqz hoc tempore impediant, ne tamen per nos stetisse videatur, quominus hec tanta lis dirimi, et desyderata tot annis concordia, inter Mtem vram et Mgrum Prussie, firmari potuerit, visum nobis est, vt ad proximu festum Epiphaniaru Domini Rmus dns Cardinalis Salzpurgen, ac Illris Saxonie Dux, quos idem Princeps Ferdinandus Arbitros sibi adiunctos habet, cu hys, quos consensu vre Mtis, in locu Rmoru Thome Cardinalis, et Georgii Archiepi Strigonien, substituemus, Posoniu conueniant, mittantur Mtis vre, et ipsius Mgri Prussie oratores, cu Mandatis, et facultate amplissima, cu quibus liceat, secundu forma Compmissi, tractari et concludi, aut saltem de progandis

Inducijs agi, Et si quid tale inter tractatus occurrerit, quod nram, et eiusdem dni Archiducis presenciam videatur exposcere, eciam nos, atqz ipse Princeps Ferdinandus, illuc nosmet ipsos conferamus, hortati sumus ipsum Principem Ferdinandum, vt omni, quo poterit studio, et auctoritate pficiat, vt ijdem dni Salzpurgen, et Dux Saxonie, ad constitutum diem, Posonium venire non grauentur.

Nram quoqz Mtem hortamur, et rogamus, vt Oratores suos; cum Mandato et facultate, velit in tempore expedire.

Nam quod ad Mgrum Prussie pertinet, aut se venturum, aut oratores missurum, coram recepit, ac spopondit, Habemus aut, si Mti vre libitum fuerit, Rmum dnm Ladislaum Archiepum Strigonien. Primatem Hungarie. supremum Cancellarium nostrum, ac Magcum Comitem Ambrosium Sarkan, Judicem Curie nre, viros prudentissimos, et amicos veritatis, Mtis aut vre seruitores obsequentissimos, quos in demortuorum locum, commodissime surrogemus, aut quosuis ex subditis nris alios, qui Mti vre videbuntur. Hec qzuis hortatu eciam Sermi dni Archiducis, ita à nobis decreta sint, ac constituta, longe tamen erit (. siue temporis, siue communium rerum conditionem et statum spectemus.) consultius, vt Mtas vra, sicuti per alias lras nras optauimus, ad Inducias diuturniores consenciat, Quicquid tamen constitutum fuerit, rogamus, vt nos in tempore cerciores velit efficere

Fusius, pluribusqz hec, et alia, quibus tractandis, ac decernendis interfuerunt, explicabunt nro nomine,

vestre Mti, Rndus dns Andreas Cricius, Epus Preze-
misliens. et Magcus dns Joannes Wiezwienzki, Castellan
Plocensis, Oratores sui,

Agimus aut, maximas gracias vre Mti, q eos, vel in talis
occupationibus, mittere ad nos voluerit, Fuerunt enim
nobis in multis rebus adiumento, nihilqz ab eis est pre-
termissum, quod ad oratores graves, prudentes, fideles,
atqz industrios ptinet

Optamus vram Mtem valere foelicissime, Cui nos et
nra omnia plurimu commendamus. Datum Bude
tercio die Novembris. M. D. xxiiij. Regnorum no-
strorum. Anno ix.

SIgismundus primus Rex Polonie Lodouico regi Vngarie et Bohemie

SErme etc. Significare nobis dignata est vra Mtas, cum per oratores nros, tum eciam per lras suas. se vna cum Sermo Pncipe dno Ferdinando, terminum nobis, cum Illri Mgro Prussie, sup differencia inter nos, iuxta vim Compromissi cognoscenda, pro festo Epiphanie pximo, Posonij statuisse: quo Mtis vre, et ipsius Sermi Principis Ferdinandi, aliorumq3 Principum designatorum Conmissarij, conuenire, eandemq3 differenciam cognoscere, vel medijs aliquibus componere, deberent, et vbi difficultas tanta inesset, vt illi hec prestare no possent, vra Sertas illuc conuenire, et suapte cura, et studio negocium transigere velle, Nihilominus subdubitans Mtas vra id tam angusto tempore confici posse, postulat à nobis, vt ad pducendas Inducias consenciamus.

Serme Rex, Nos post eas Inducias, et Compromissum factum, egimus diligenter, cum apud Summum Pontificem, Cesaream, et vram Mtem, Sermum Principem Ferdinandum, tum alios Principes deputatos, vt negocium ipsum celerius determinaretur, et hactenus quo id factum esset, nihil preterminisimus, vt qui non solum cum ipso dno Mgro Necessario nro, sed eciam cum vno quoq3 Principe Christiano, pacem magis, q3 bellum appetamus, Verum, neq3 sensus et forma Compromissi id continet, neq3 nos, et Regnicole nri, quorum vniuersorum, hec

magis res est, q̃ꝫ n̄ras ferre possent, vt Sublegate persone, et Commissarij, negociũ tanti momenti tractare deberent. Quod dudum iam confectum, l̄risq; obfirmatũ, et longissiõ t̄pe per Antecessores n̄gri, ac ordinis obseruatũ, vt demo cognosci p̄mitteremus, nihil nos, nisi fides, quam de Cesarea, et v̄ra M̄te, Ser̄moq; Principe Ferdinando habens, adduxit. Quod si maxime cognitioni Commissariorũ M̄tũ v̄rarũ stare vellemus, ad terminũ tamen propinquum, id nequaq; prestare possumus, cum opus habeamus, p̄rius vniuersos Regnicolas et subditos terrarũ Prussie, de hoc ipso negotio aggrediendo consulere, Quod in tam angusto tempore fieri non potest. Et proinde rogamus M̄tem v̄ram id boni consulere, et in eam partem vt res est accipe dignetur. Habituri aũt sumus Conuẽtũ generalem Regni n̄ri Piotrcouie, pro festo sancti Thome Ap̄li proximo, Ad quem hec omnia, tam de cognoscenda causa, q̃ꝫ etiã de p̄ducendis Iudicijs, vt v̄ra M̄tas postulat, referemus, et quicquid cũ Consiliarijs et Regnicolis n̄ris decreuerimus, M̄ti v̄re per l̄ras n̄ras declarabimus. Cuius amori mutuo nos commẽdamus.

Lodovicus Rex Vngarie et Bohemie Sigismundo primo regi Polonie

SErme Princeps. Patrue nr charme. Jam vram Mtem, et
ex suis Oribus, et ex lris nris intellexisse no dubitamus.
quid fuerit per nos superioribus diebus, pntibus prefatis
vre Mtis Oratoribus, et Rndo ac Illmo etia Magro Prus:
sie pnte, in causa Pruthenica constitutu, vt videlicet ad die
Epiphaniaru dni, in Ciuitate nra Posoniensi, pro remissi:
one ipsius negocii, per eos, qui hmoi cause interesse debe:
bunt, conueniretur, Qua de re accepimus nunc à Sermo etia
Principe Ferdinando. Archiduce Austrie etc, fratre, et
Sororio nro charmo, lrás, in quibus significat nobis se se,
et terminu et locu, à nobis prefixum, acceptasse. et se
quoque ipsu, vt hmoi remissioni personaliter interesse possit,
daturu omne operam, Id quod eu vre etia Mti in hijs suis
lris, quas cu hijs ad ea mittimus, perscripsisse non am:
bigimus. Quemadmodu igitur et antea sumus hortati
vram Mtem, ita et nunc hortamur, vt pro sua etiam
et Regnoru, subditoruque suoru vlteriori quiete, nolit ter:
minu hmoi vllo pacto negligere, velitque Oratoribus suis,
ad hmoi Conuentu venturis, eam dare facultatem, et
Instructione, vt res hec omnino componi possit, Quod
propterea vre Mti faciendu consulimus, et eandem
ad id, tam diligenter hortamur, quia non ignoramus,
quantum, nunc presertim, rebus tam nostris, quam

vrē Mtis, in tanto discrimine positis, et tota Re[s]publica Christiana in tanto rerum turbine constituta, conducat, vrām Mtem cum illo Principe suo, alioquin Nepote, pacem pocius habere, q3 bellum, et discordiam. Nos ita eiusmodi pacis, ac Concordie sumus cupidi, et si res id expostulare videbitur, vt si negocia, que nobis nunc grauissima, vndiq3 incumbunt, pati poterunt, ipsi eciam personaliter hmoi Conuentui interesse velimus. Quod si fieri nullo modo posset, missuri tamen sumus dn̄os Commissarios nobis adiunctos, cum plena facultate. Quare rursus vrām Setem hortamur, vt rem hanc omnino cure habere velit. Que optime ac foelicissime valeat. Cui nos et omnia nr̄a vnice commendamus. Ex Buda xxj Nouembris. M.o D.o xxiiij.o

Ludouicus Rex Vngarie et Bohemie Sigismundo primo Regi Poloniae.

SEreme Princeps, Patrue nr charme. Rationes vre Mts, quibus impedita, ad festum Epiphaniaru dni, proxime preteritum, aut venire, aut mittere Comissarios Posoniu, Prutenice controuersie cognoscende, et componende gratia, sicuti nos, vnacum Sermo fratre nro Archiduce, vehementer optabamus, non potuerit, ex proximis eius lris abunde intelleximus. Non fuit pfecto huius nri desyderii alia causa, qz q videbamus esse admodu periculosu, in hoc nutantis Regni nri, et totius Christiane Reipublice statu, inter Mtem vram, et Illrem Prussie Mgrum, aliquas renascentis belli causas, superesse. Presertim cu inter caeteros nre fidei Principes (. vti Mti vre notu esse arbitramur.) acriores quottidie cotentioes, et belloru flamme excitentur. Habuimus etia in aio, quibus cu hostibus assidue vra Mtas colluctetur, (. de Thurcis, Moschis, et Thartaris loquimur.) nec putabamus posse fieri, vt eodem tempore, et hys resistere, et Pruthenicu bellu commode posset instaurare, Nos de resposo et ronibus, quas affert Mtas vra, fratrem nru Principem Ferdinandu, fecimus certiorem, nec aliu existimamus, hac in re, eius esse animu, qz qui nr est.

Non possumus itaqz Mtem vram rursus non vehementissime rogare, vt si nihil aliud, saltem aduersat huius tpis coditioes, secu diligencius cosyderet.

Christiani fere omnes, mutuis inter se armis, atq3 odiis, dissident, et conflictantur, Thurcus adeò nobis instat, vt Vere pximo, ad huius Regni excidiu, oi impetu, conatu, ac furore, sit venturus. Hic si Mtem vram, alio bello distractam senserit, qd non aduersum nos audebit? Maior illi accedet aius, magis vires meas, infirmas aliqui contemnet. Rogamus Mtem vram, cui Regnoru meoru salus, no minus q3 Polonie incolumitas, curae solet esse, non grauetur (id quod saepe contendig) Inducijs Prutenicis, anteq3 exeant, quinquenniu, aut annos saltem tres adijcere. Subditos aut omnes, arbitriu et voluntatem vre Mtis, ac meam, in Conuentu, p festo diui Thome Apli, celebrato, amplexos, et secutos fuisse credimus. Cum vre quoq3 Mtis intersit, vt Induciae tantisper differatur, dum maiore nra oiu3 comoditate, rebus Prutenicis, nos, et caeteri dni Arbitri et Comissarii, poßimus intendere, Nostru aut, et Serenmi fris mei Archiducis erit, ipsi q3 dno Mgro Prußie persuadere, ad quod eu posse adduci no dubitams, vt has nouas Inducias libens sit amplexurus. Quibus de rebus, bonu atq3 vltimu, et quale reru nraru, ac temporu, ratio postulat, Rnsum, à Mte vra expectamus. Eandem optime ac foelicissime valere cupientes. Cui nos, nraq3 omnia, vti Patruo amatissimo, vnice comendamus. Bude xij die January. M° D° XXV°.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.s Mathie Drzewiczki epo Wladislauien

R.me in Chro pater, et dne amice charme ac honorand. Admonet me Rma D. vra lris suis eius rei, quam mihi eciam discedens coram patefecerat, vzt, quomodo à Rmo dno Archiepiscopo discesserit, rogatqz, vt si quid eius interesse putem, qd idem Rmus dns Archieps in secreta audiencia cum Regia Mte tractauerit, ei comunicem, simul et cosuli sibi à me cupit, quomodo se in ea re habere deberet, si rursus impetita fuerit, Sciat Rma D. vra dnm Archiepiscopum, priusqz hinc discederet, bis apud Regiam Mtem, audienciam habuisse. Semel tercia die ante discessum suum, remotis arbitris, solum duntaxat, cum sola Mte sua. Iterum postridie eius diei, hoc est, pridie qz discederet. Vbi ego quoqz aderam. Summa negocii fuit hec. Declarauit Mti sue, voluntatem et propositum suum, se videlicet cum aliquo Prelatorum, super Archiepatu, iam tandem velle transigere, et efficere vt post exanclatos tot labores et curas, reliquum vite in quiete et tranquillitate consumeret, Reliquos sermones, quos in eam, vel similem sentenciam, cum eadem Regia Mte cotulit, et quomodo illi Mtas sua responderit, si Deus volet, ipse coram referam, cum primum mihi cum Rma D. vra cogredi dabitur facultas, Quod in proxima Synodo no dubito futurum, nec enim arbitror illam ante Synodum, cum ipso dno Archiepiscopo congressuram.

De cessione Archiepiscopatus

De transitu Regie Mtis ad Prussiam, tametsi sua Mtas

dnis Prussie in discessu eorum spem sui aduentus iniecerit, tamen, nec diem, nec tempus aductus sui significauit, Eo q dnii Lithuani, frequentissimis Nunctys et lris sua Mtez illuc accersunt, Esse enim illic eiusmodi negocia significant, que absente sua Mte, nequaqz transigi possunt, tamen quorsum se sua Mtas conuertet, nondum quicqz certi consti: tuit.

Quod Gdanenses ab errore reuocandos attinet, mittet sua Mtas breui, ad eos lras, quibus eos adhortabitur, vt resi: piscant, et obmissis peregrinis dogmatibus, prisce, et à Patribus per manus tradite, religioni se recocilient etc. Res Ciuitatis ita administrent, vt nihil nõ ex auctoritate sue Mtis agant, Quibus adhortationibus si acquiescere noluerint, habito super ea re cum dnis Consilio, ita se in ea re geret sua Mtas, prout pium et Christianum Regem decet.

Admonentur eciam, tum eisdem lris Gdanen ipsi, eisqz seuere precipitur, vt Census vestre Rme D. et eius Cle: ro, ac alys, dari et solui non prohibeant, Prout id ex exe: plo lrarum, quod cum pntibus mitto, clarius vra Rma D. cognoscet.

Nunctius Thurcorum Imperatoris est nobiscum. Dns Zarnouiensis Castellanus, vsqueqz ad munus Legationis obeundum paratus, breui dimittetur, et vadet. Sed inte: rim ab Hungarie dominis expectamus Instructionem, quibus modis et conditionibus cupiunt ipsi habere In: ducias, cum eodem Imperatore Thurcorum.

Et preterea hic nihil novi est, quod Rmam D. vestra scire oportere arbitrer. Que foelix valeat, et me solito suo amore et benevolencia prosequatur, habeatque semper sibi commendatum.

Legatio ad Gdanenses a Sigismundo primo, Polonie rege missa.

Cum dudum controuersie, et animorum dissensio, in hac insi:
gni Ciuitate exorte fuissent, Sermus dns noster Rex,
celeberrimus alioquin pacis Princeps, qui subditos suos
clementia, ac gratia Regia prosequi consueuit, ad hu:
iusmodi dissidia sedanda, pacemqz et concordiam pro:
curandam, Nuntios suos huc mittere destinauit. At
cum id minus necessarium esse affirmaretis, eo q, om:
nia apud vos tranquilla, et pacata dixeratis, pro vo:
tis vris sententiam mutauit.

Interea tamen nihilominus periculosi motus, multifari:
am emerserunt, cum alias sepe, tum proximis preteritis
diebus, que res ad Mtem Regiam à plerisqz relata,
propter sui indignitatem fidei locum non inuenit, do:
nec eam vris lris ipsi significaretis, quibus et polli:
citi estis Nuncios vras ad Comicia Piotrconien, qui
cause conditionem declaraturi fuissent, admissuros.
At cum diu expectati (quod Mtas sua miratur) mi:
nime venissent, et Mtas sua, sciendi desyderio teneret:
tur, nos huc amandauit, vt tocius negocij serie dili:
genter inquisita, et ex vobis intellecta, rem ad suam
Mtem, quantocicius referremus.

Caeterum cum Sermus dns noster Rex, insignis chriane

pietatis Princeps, ad publica quietem animum M. Regiu sem=
per intendat, precipue tamen ea meditari consuevit, quibus
subditorum suorum concordia, pax, et mutua charitas,
coalescere, publice et private Civium fortune, incremé=
tum accipe possint, Quibus cum predicta dissidia, vehemé=
ter repugnent, non abs re sue Mti Regie, adversa ac
molesta esse deberent, nisi Mtas sua, cum inclito Regni
Senatu, facile expenderent, tam graves et precipites
motum hmoi tempestates, sine causa quapiam ardua
haud quaq3 oriri potuisse

Vt aut maior incommodi, et turbarum estus inposterum
vitari, et Regii subditi ad quietem et concordia reduci
possint, decrevit Mtas sua, licet ats arduis negocys pre=
pedita, vos (quod vtiq3 non potest non esse iucundum et
plausibile.) in propria psona brevi, dno fortunante,
invisere, omnes differencias, dissidia, et animorum
acerbitates inter vos, et ats passim in Prussia, exor=
tas, commodissimis, vt fieri potest, rationibus (Deo ad=
iutore.) sedare, pacare, et penitus sustollere, pacé, et
tranquillitatem procurare, ac omnes et singulos ho=
minum ordines, in bonum ac foeliceim statum compo=
nere, Et preterea, quicquid in rem, et fortunas ve=
stras, aliorumq3 subditorum suorum, esse possit, vromet
et aliorum Primatum Prussie communi consilio deli=
berare et constituere, Que Mtas sua per nos signi=
ficari vobis voluit, vt interea iuxta Privilegiorum
vestrorum continenciam, ad huiusmodi iucundum sue
Mtis adventum, omnia recte curare, et dirige possitis.

Proinde clementer hortatur, et serenius Mtas sua

mandat. vt interea temporis, nihil à modo innonetis, aut quippiam, quod nonos motus excitare posset, vllo pacto attentetis, sed cuncta, vsque ad huiusmodi foelicem Mtis sue aduentum, sine mutatione aliqua, quieta et pacata permittatis.

Nec vos Mtas sua latere vult, ad dni Mgri Peußic diligentem solicitationem in negotio Induciarum ad festum Epiphanie, diem Posonii constitutum fuisse, verum cum Mtas sua, satis percalluisset Principes, quorum arbitrio, res comissa fuit, in proprijs personis eo non venturos, e re sue Mtis et Regni fore non est arbitrata, vt tam ardue et grauis cause cognitio, eorundem Principum Nuncijs, in quos sua Mtas non compromiserat, crederetur. Ideoque diem huiusmodi repudiauit.

Attamen, vbi dns Mgr concordiam appetet, et ipsi Principes, qui pacis conciliande negotium sumpserunt, quorum aduentum Mtas sua prestolatur, honestas conditiones non reiecerint, vult Mtas sua Regia se ita exhibere, vt sibi nihil imputari possit. Sin minus, et bellum, cui Mtas sua nec antea dedit, nec iam vllam datura est occasionem (quod absit) reinstaurandum sit; Certo vobis persuadere debetis, suam Mtem nentique vos derelicturam. sed vt sincere sibi dilectos subditos, contra quoslibet hostes, Regia protectione defensuram. Ac propterea duos ex Aulicis suis, rei militaris peritiam habentes, vt vobis industria, et consilio suo assint, paucis familiaribus suis, qui vobis oneri esse non possint, comitatos breui isthuc missuram. Quae sibi vicissim certa fiducia et firma spe pollicetur

vos omnes et singulos, erga Mtem suam, et inclytum ipsius Poloniae Regnum, non secus qз probos, et integrè fidei subditos, pro Iurisiurandi vri debito honeste et irreprehensibiliter exhibituros, et fine Induciarum appetente, in euentu, si (quod absit.) pax non coaluerit, Ciuitatem et propugnacula omnibus rebus necessaryს instructuros, ac cuncta quae in eam rem conducibilia sunt, recte curaturas,

·13C

Responsum a Sigismundo primo Rege Polonie Georgio Marchioni Brandeburgen. et Friderico Duci Legnicensi datum Cracouie 25 Maij 1524.

Sacra Mtas Regia Illmi Principes, agit immensas gras vris Illmis D. de hac cura, et sollicitudine, quam gerunt, cum de bono statu Sermi Regis sui, et Nepotis Mtis sue Regie. tum eciam de sistendo bello, et differencia Pruthenica, Intelligit enim Mtas sua, vras Illmas D. integerrimo animo, et optimo proposito ac studio, tam erga Mtes istas, et Regna sua, q3 eciam erga commune bonum tocius Chrianitatis, hanc operam facere, Et proinde commendat impense, hanc illarum virtutem, et vult eam illis, omnibus officijs, quibuscumq3 poterit semp referre

Quod aut Sermum dnm Ludouicum Regem, Nepotem Mtis sue attinet, non defuit illi vnq3 Mtas sua, in omnibus necessitatibus et postulatis eius, neq3 in futurum deesse vnq3 vellet, modo ita succedere posset, vt Mtas sua cuperet, Habet em Mtas sua, no minorem curam, et sollicitudine de rebus, et bono statu illius Mtis, q3 de suo proprio, et propterea curat, et curare vult semper, illius Mti, et optime consultum iri, et illi omnibus viribus suis semper adesse.

Verum cum vre Illme Dnes presertim vra D. Illme domine

Marchio, vt ille, qui cũ M^te illa, sit à longo tempore ver-
sata, melius nosse possit, quo pacto status illius refici possit,
et oportunũ factu à M^te sua videatur, suggerere velit
ei id, quod intelligit, et M^ti sue consiliũ suum prebeat.

De negotio Prutenico, quia M^tas sua id bellũ animo inui-
tissimo gessit, cũ Nepote suo, et Principe Chr^iano, intelligẽs,
q̃ id non conueniat, cũ al^s semper, tum in hys difficil-
limis temporibus, in quibus vires Infidelium aucte sũt,
in immensũ, et Res Christiana tota, turbis et seditionibus
intestinis agitatur, et in summum vergat discrimen, cu-
peret ex animo bellũ ipsũ, cui nullam ex se occasionem
dedit, honestis et decentibus mediis componi.

Verũ nõ intelligit, neq̃ licere sibi putat M^tas sua, q̃ hos
modos, et hec media, per v^ras Ill^mas D. proposita, suscipe
posset, cũ vel pacem perpetuam infringere, aut minue-
re, vel aliquid bonorũ alienare, eciam si vellet, subditi
sui, nequaq̃ paterentur, prout ante Thorunii, iam
sepius v^re Ill^me D. audiuerunt.

Posset tamen, vt putat M^tas sua, ad eum modum res cõ-
poni, et transigi, quem v^ris Ill^mis D. Mag^cus dominus
Palatinus Crac̃, proposuerat, videlicet, vt Ill^ris dominus
Mgr, pro eo q̃ sit Nepos M^tis sue, prestaret Juramentũ
more Consiliariorum Regni, Commendatores vero, ac
Ciuitates religionis, posteriq̃ M^gri, iuramentũ iuxta for-
mulã pacis perpetue, in qua eciã illi Articuli modifi-
carẽtur, qui Thorunii erant condicti, et ablata vtrinq̃
in hoc bello restituerentur. Videnturq̃ hec M^ti sue Re-
gie, et sufficiẽre, et tollerabilia esse subditis suis, ad

ipsam pacem perpetuo firmandam, Alioquin nõ intelligit, vt aliquibus alijs medijs, que alienationem quampiam bonorum, continerent, componi et dirimi hec ipsa differencia possit, Tamen ne Mtas sua videretur reicere et respuere hec, que à vris D. Illmis proponuntur, referre illa vult ad Conuentum, et Consiliarios suos, et super hijs adhuc aliquantum deliberare.

Caeterum intellexit Mtas sua, Sectam Lutheranam, in Slesia, plurimos infecisse, miraturqȝ vehementer, vt cum hec non noua sint in Ecclesia, Necesse est enim semper hereses venire, et Nauiculam Petri fluctuare, cuius tamẽ fidem promisit Chrus nunqȝ defecturam, miratur, inquam Mtas sua, q libeat aliquibus, sequi pocius dogmata maledica vnius Apostate, qȝ capita religionis Christiane. qȝ Ecclesiam vniuersalem, in tot Regnis et Dominiis, tanto Seculo, tot sanctis, totqȝ Concilijs ordinatam et institutam, nõ intelligentes, turbata religione, turbari necesse esse vniuersa, heresesqȝ esse incitabulum vulgi, ad res nouas moliendas, et ad omnem ordinem, omnemqȝ obedienciam, sub pretextu libertatis Christiane, excuciendam, Quod, qȝ ex re sit, omnium Dominiorum et omnium Prefectorum, quilibet intelligere potest, et experiencia satis declarat. hæresis

Miratur eciam vehementer Mtas sua, q nec edicta Serimi Nepotis sui, in hac re prohibenda, seruantur, cum magna indignitate, et perpetua nota illmis vris, si, quod absit, sub eius regimine et imperio, religio illic corrumpi deberet, vnde et vltio diuina esset formidanda, Siqȝ

Ecclesiæ in Slesia destrui deberent, quas Prædecessores Mtis suæ Reges Poloniæ fundauerunt, et dotauerunt,

Postulat itaqz Mtas sua à vris D. vt operam suam adhibeant, quo hæc pestis ex ipsa Slesia tollatur, ac edicta Sermi Regis sui, vt decet, obseruentur. Cultusqz diuinus, vti à maioribus nris nobis est relictus, teneatur, et prouentus Ecclesiastici integre persoluantur,

Quo facient vræ Illes, rem sua virtute dignam, et in hijs temporibus periculosissimis, in quibus maxime Dei fauore opus sit, necessariam,

Mandatum ac plenipoten^{tia} ad componendam differentiam et bellum pruthenicam inter regem Polonie : Et Magistrum Cruciferorum in Prussia

DEi gracia nos Albertus, ordinis Theutonicorum Mgr. Marchio Brandenburgensis, Stettinis, Pomeranie, Cassubie, et Slauorum Dux, Burgrabius Nurenburgensis, et Rugie Princeps. fatemur, et notificamus euidenter, pro nobis, et ordine nro, presentibus publicis lris nris, apud vniuersos, Q exquo nonnulli errores, dissensiones et discordie, inter inclytum Regnum Polonie, ex vna, et Militarem Ordinem Theutonicorum, ex alia, partibus. à longo tempore durauerint, vt hec ipse, ex vsu et comodo, prenominate vtriusqz partis, presertim comis Christianitatis, transigi, vniri et seponi valeant, Ideirco Illres Principes, dilectus et amicus frater nr auunculus et Sororius, dns Georgius Marchio Brandenburgen, et dns Federicus, Dux Legnicen. et Breigen. etc, se in hmoi causas, tanqz Internunctios statuerunt, eo nos commouentes, et deducentes, vt eorum charitatibus, definitiuam transactionem tribuere et relinquere velleus, Quapropter nos s memorata beneficia, fructum, et comoda, que in posterum ex istiusmodi concordia, sequi possent, considerantes, et ad animum reuocates, memoratis ambobus Pricipibus, fratri nro, Auunculo, et sororio in hys causis ideirco in finem agere cosensius et pmisimus, sic et hoc modo, q. ipsorum charitates in hys causis egerint, concluserint, et postremo vnanimiter cosenserit, et assupserit, vt eius, eorum charitates, et hmoi omnium, nris causa, et nomine, plenaria facultate et ptatem habere debeant, Qua plenaria facultate et ptatem, nos hoc modo, ambabus ipsorum

charitatibq. his vigore et efficatia, presencium publicarum lrarum
nrarum, p nobis, et Ordine nro, vt de Jure, et extra Jus, ppetuo
firmissime, decentissime, et efficacissime, fieri debet, esse queat,
et possit, dedimus, quas nos etiam, ambabus ipsorum charita:
tibus, iam nunc per hec scienter dedisse, et ita Mandatarios
constituisse volumus, Quod ambe ipsorum charitates in ta:
libus causis, ita egerint, concluserint, consenserint, et vna:
nimiter assumpserint, id pinde a nobis, et ordine nro, co:
sensu, conclusum, et acceptum esse debet, Vbi q3 Attribus
et saepememoratis Principibus, fratri nro, Auunculo, et
Sororio, etc, altiori et latiori Mandato, opus foret, hocipsum,
volumus, ambabus ipsorum charitatibus, per hec, omnifariam
et plenarie, p nobis et Ordine nro, vigore et efficacia pntium
lrarum, insup addidisse et pmisisse, Promittentes, pollice:
tes et addicentes, iam nunc, et scienter, pro nob et Ordine
nro, vigore et robore presencium lrarum nrarum, p vera, et
Principis, verba nra, integritatem, et fidem, omne, quod
in his lris nris, scriptum et contentum extat, pro nobis et
Ordine nro, ppetuo, firmiter, et inuiolabile et fideliter exe:
qui, et obseruare, contra id nec esse, nec facere, quouis mo:
do, per omnia, fideliter et extra dolum, pro verari docu:
mento, perpetue et firme obseruationis. Nos supra me:
moratus Albertus Ordinis Theutonicorum Mgr, Marchio
Brandenburgen etc, pro nobis et Ordine nro, eiusmodi lras,
nra ipsius manu subscripsimus, et solito nro sigillo, a
tergo Sigillari commisimus. Datum in Creutzburge, al:
tera Mensis Marcii. Anno etc XX^{to} v.

Proponenda pacificatoribus in re prutenica : ex parte regis polonię

Inter consultandum de firmandis tractatibus inter Mtem Regiam, et Regnum, ac inter Mgrum, ac ordinem Prussię, quo in posterum omnibus difficultatibus, via precluderetur, ita visum est, vt Arbitri, in quos compromissum est, vel eorum Delegati, ferrent sententiam ex condicto, et concordia partium, terras omnes Prussię, ad nullum alium, quam ad Regem, et Regnum Polonię Jure hæreditario pertinere.

Quę sententia cum lata fuerit, amputabitur omnis occasio, per quoscumque homines, tractatus ineundos, turbandi, quandoquidem per huiusmodi decretum Mtas Regia erit libera de ipsis terris Prussię, vt volet, et vt illi, ac Regno videbitur, disponere, et tali modo tractatus in partem vtramque firmos et securos efficere.

Quod si non videbitur posse ipsa sententia per Arbitros deputatos ferri, partim quod in eos, super articulo Juramenti tantum est Compromissum, partim quod eorum facultas, breui expirabit, visum est posse denuo, vel in eos, vel in aliquos alios, super Jure et proprietate ipsarum terrarum Prussię compromitti. qui eiusmodi sententiam ex condicto ferrent,

His presuppositis, quę ad firmandos tractatus pertinent.

videtur in eam sententiam dnis Ducibus respondendum.
Q Mtas Regia, que propter imminencia pericula ab Infidelibus, toti Christianitati, libenter cuperet, non solum se et Regnum suum, sed totam Christianitatem pacificari, et que adeo non optat bellum aliquod gerere cum propinquis et necessariis suis, vt eciam longe magis cuperet illis in rebus omnibus prodesse et comodare, non granatur accedere ad eas conditiones, quas sue Ptes proposuerunt, vt videlicet terre Prussie, quas ordo possidet, cederent in hereditatem dno Mgro, et eius Domui, Jure feudali,

Verum vt Ciuitates et arces, per ipsum dnm Mgrum hoc bello adempte, penes illum manere deberent, et presertim Ecclesie bona, id Mti sue nullo pacto, neque honestum est, neque licitum consentire.

De suis eciam Opidis et Arcibus, non modo non videtur equum Mti Regie, vt quicquam ipsi dno Mgro addere deberet. vt eciam sibi merito aliquid concedendum existimet, Cum enim hee terre Ordinis, venirent in hereditatem dno Mgro, et eius Domui, magis tractatus hij essent ex re et vtilitate dni Mgri, quam Mtis Regie, cui iam onus incumberet, ipsum dnm Magistrum, et Domum eius, in ipsarum terrarum Prussie possessione, a quibusuis impetitionibus tueri, et defendere.

Igitur equum videtur Mti sue Regie, et ita vris Ptibus proponi mandauit, vt que Opida vel Arces, fuerint ab hac parte sunt fluuij Passaria, cederent Mti sue et Regno, Ea vero omnia, que vltra ipsum fluuium sunt, venirent

in hæreditatem dño Mgro, et Domui Brandenburgensi. Exceptis tamen bonis Ecclesiæ Varmien, Quæ, vt dictum est, Mtas sua, nullo pacto, potest ab Ecclesia alienari permittere,

Quod si ad eas propositiones res induci non posset, proponeretur illis, vt pro Opidis et arcibus, quæ in hac parte sunt fluuij Passaria, daretur dño Mgro æquiualens contentatio bonorum in Regno, vel summa pecuniaria redimerentur.

Si et id nō susciperetur, agendum videtur, vt saltem aliqua loca, ex dicta parte, magis Regno necessaria, et ex quibus postea possent incommoda multa Regno euenire, si forent in manibus alienis, inter tractandum, eliciarentur.

Quod si nec id effici posset, vt tandem in hoc staretur, quod ea bona, quæ sunt ex hac parte fluuii Passaria, darentur in hæreditatem Commendatoribus, qui Iure feudali, ea tenerent, et Regno subiecti essent.

Demum rebus sic constitutis, vt dñs Mgr et ordo ipsius traderet Mti Regiæ, omnes lr̃as et munimenta sua, quæcumque à Ducibus Poloniæ, à Summis Pontificibus, Cæsaribus, et aliis quibuscumque habet super terris Prussiæ, necnō et eas, quas super terra Pomeraniæ, ratione cuiusdam emptionis, à Rege Bohemiæ, et Ducibus Pomeraniæ, obtinuerat.

Responsum a Sigismundo primo rege Poloniȩ datum pacificatoribus Georgio Marchioni Bran: deburgen et Friderico Duci Legnicensi: super nego prussiaco

Sacra Mtas Regia. Illmi Principes, intellexit abunde media hec, que D. vre Illme, ad componendam differen: ciam Pruthenicam, proposuerunt.

Ac inprimis, agit et habet gracias non vulgares eius Mtas vris Illmis D. q eam curã et sollicitudinem de compo: do ipso negotio, habere dignentur, Mtas eñ sua, pro eo desyderio, quo tenetur ad communem rem Christianã, et presertim ad Sermi dni Nepotis sui statũ iuuandũ, libentissime videret, vt et alias testata est, hanc diffe: renciam equis ac honestis medijs compositum iri.

Et quia D. vrę. Illme, ad componendam hanc diffe: renciam, hoc potissimũ medium proposuerunt, vt vzt Illris dns Mgr, et eius posteri, de domo Auspach, se: xus masculini. terras Prussię, quas nunc obtinet, in feudum haberet, à Mte Regia, et Regno illius Polo: nię, et Mtas sua Regia, illi aliquid ex bonis alijs Prussie adderet, etc. Qua propositione Illme D. vestrę, optime et iustissime fatentur, et recognoscunt Mtem suam, esse verũ hæredem et dominum omniũ terrarũ Prussię, vt pote cuius Predecessores, adhuc antequã Pruteni, fidem Christianam suscepissent, eas ter: ras possederant, et ab illis tributa debita habuerunt. prout de hijs littere, et monimenta vestra, latius testantur.

Et cu pax perpetua esset, inter Serenum olim Regem Casimirum, Parentem Mtis sue, et Magistrum, ac eius Ordine, composita eo processum sit fundamento, vt ipse Magister et eius Ordo, omnem obedientia et subiectionem Regibq et Regno Polonie deberet, tanqz hys, qui terrarum Prußie veri esset et hæredes et domini.

Cumqz fide Christiana à Polonis suscepta, Pruteni recalcitrare cæpissent, et ad eos coercendos milites Ordinis, à Ducibus Polonie aduocati essent, qui deinde radicibus actis spargere et psuadere conati sunt, se et terras ipsas, quas de largitione et beneficientia Ducu Polonie possederunt, modo ad Summum Pontificem, modo ad Cesarem, Nationemqz Germanica pertinere. eamqz opinionem, iam pene vniuersis Christianis instillarunt.

Scire vellet Mtas sua Regia, qua firmitudine he conditiones, quas vre Illme D. proposuerunt, roborari poterit, et quo pacto Illris dnus Mgr, vbi, vel à Sede Apostolica, vel à Cæsarea Mte, nationeqz Germanica impeteretur, consistere posset hys conditionibus, quas Illme D. vestre proposuerunt, quia Mtas Regia, nollet aliter, qz in vtramqz partem consulere, et tam dno Mgro, eiusqz Statui, qz sibi et Regno suo fideliter, et integro animo prospicere.

Et si D. vre Illme colloqui dignentur super hys, que Mtas sua Regia, illis proponi iussit, designauit eis hic prope habitaculum vnum, in quo et colloqui libere

poterunt, et si res indigebit Mtas sua Regia Consiliarios aliquos designabit, qui cum illis super hys omnibus tractabunt, et demum ad Mtem suam referent,

Responsum a Sigismundo primo rege Polonie Georgio Marchioni Brandeburgensi et Friderico Duci Legnicen: pacificatoribus de negocio prussiaco transigendo.

Mtas Regia Illmi Principes, auditis hijs mediis, que vre Illmes D. ad componendam hanc differenciam Pruthenicam proposuerunt, responderi fecit illis, quod ea susceptura esset hijs modis, quos hesterna die audiuerunt, et quod non liceret illi bona Ecclesie Varmien. vllo pacto alienari permittere.

Vre vero Illme D. declarantes se vltra propositos modos facultatem et Mandatum non habere, obtulerunt operam suam proficiscendi, ad dnm Mgrum, relictis hic suis Consiliariis, vt illi ad eum modum negocii finiendi accedere persuaderet, et illum secum huc adducerent.

Mtas sua Regia, persuasum habuit, vras Illmas D. cum plena facultate, a dno Mgro, et eius Ordine huc venisse, nam ita Illmo dno Friderico, Duci Legnicensi scripserat, et eius Illtas id futurum Mti sue responderat, prout etiam Mandatum hoc, quod Mti sue exhibuerunt, testificari videtur. Tamen cum aliter vre Illme D. hesterna die retulerunt, non vtique adeo necessarium arbitratur Mtas sua, vt ipse sole subeat hanc fatigam, ad dnm Mgrum proficiscendi, sed vt vel Consiliarios suos, ad illum mitterent, vel illum huc accersiri curarent, modo intelligerent negocium sic comodius finiri posse, Alioquin permittit Mtas sua arbitrio vestrarum Illmarum D. vt quod illis magis oportunum, ac efficax videtur, ad ipsum negocium transigendum, id exequantur.

Et quemadmodum Mtas sua Regia grato animo suscepit

hunc laborem vrarum Illmarum D. et ad ea, que proposu-erunt, non grauatim accessit, ita deinceps, quicquid illi factu licitum ac dignum fuerit, id omne pro bona parte est libentissime factura. modo, vt vre Illme D. curent, ne et labor earum, et hec Mtis sue propensior et benignitas sit frustra,

Responsum a rege Polonie Georgio Marchioni et Duci Legnicen: de condicionibus pacificationis.

Cum hesterna die, vre Illme D. declarassent Sacre Mti Regie, vtilius illis videri, vt sole ad Illrem dnm Mgrm proficiscerentur, Mtas sua Regia, licet non libenter gra-varet illas hoc labore et fatiga, et censet id per Consiliarios aliquos earum perfici posse, tamen cum ita necessarium, et ma-gis vtile videtur vris Illmis D., vt heri Mtas sua id ea-rum arbitrio permiserat, ita nunc pmittit, vt quemadmo-dum illis consulcius, videtur, ita faciant.

Verum, quod postularunt, vt Mtas sua Regia proponeret aliquos alios modos componende huius differencie, cum eam, quam ipse vre Illme D. proposuerunt, ita simpli-citer, vt ab eis prefinitum est, non susceperit.

Mtas sua Regia, suscepit quidem et no reiecit eos modos quos vestre Illme D. obtulerunt, causa finiende huius controuersie, et commodandi Reipublice Christiane, Ita quemadmodum illi congruere videtur. et quantum ipsa

pre'stare potest, Nam largiri et tradere aliena, pre'sertim que' Ecclesie' dicata sunt, neqз est in potestate Mtis sue', neqз illi, bona consciencia, et existimatione sua conuenit.

Videturqз Mti sue', q satis fauoris ostendit, et exhibet dńo Mgro, et toti domui Brandenburgensi, vt Nepotibus suis, anteqз intellexerit à vr̃is Illmis D. qua firmitudine ro: borari deberent, hec, que' proposuerunt, pre'sertim in tata, tamqз subita transmutatione.

Vtcunqз tamen est, cum Mtás sua cognoscet, eam gratitudi: nem erga se dńi Mgri, que' merito sibi debetur, et ad mo: dos istos propositos obfirmandos, inuenientur, et cōstitu: entur vie', et modi necessarii et decentes, vt in posterum nulla interueniret difficultas, Mtas sua exhibere se di: gnabitur tractabilem, ad facienda et pre'standa aliq̃, ex gracia sua dńo Mgro, que' idonea, et conuenienria Mti sue', et ipsi dńo Mgro nō inutilia fore videbuntur.

Postulatqз Mtás sua, à vr̃is Illmis D. vt dnm Mgrum eò dirigere velint, quod eius fauoris, et benignitatis in hac re Mtis sue', gratus et contentus esse velit, Idqз q̃d Mtás sua facit, eo animo suscipiat, quo eius Mtas se erga illum, Domumqз eius Brandẽburgen, et omnes vr̃as Illmas D. exhibet, Vt ea sic inducto, redeant ad Mtem suam, cum firma et certa resolutione, vt quemadmodum est necessarium, res celerius confici posset.

Responsum a Sigismundo primo rege Polo[e] Georgio Marchiom Brandeburgen et Friderico, Duci Legnicen Pacificatoribus: datum Craco[e] sabbato ante Dominica Oculi: 18 Marcii 1525.

Cum hesterna die Sacra Mtas Regia, dici fecerat vestris Illmis D. quod ad consensu suu super bonis Ordinis, a dno Mgro in Feudum tenedis, offerre dignaretur illi ex gratia sua annuum stipendium ad vitam, quod et decens esset Mti sue Regie, et ipsi dno Mgro non inutile.

Et vre Illme D. responderunt videri sibi, q Mtas sua Regia, minus illis q ab initio proposuisset, q.q gravaretur Mtas sua, concedere bona Ecclesie Varmiensis, et proinde censerent loco eorundem bonoru Ecclesie aliqua alia, dno Mgro dari posse.

Mtas sua Regia, nondum aliter intelligere potest, q se satis concessisse ipsi dno Mgro, necessitudinis et Reipublice Christiane causa, videturq Mti sue, q et ille, et vestre Illme D. grate et contente esse merito deberent.

Et q uis Mtas sua ita intellexit successionem futuram, vt est natura fendi, videlicet ad persona vna, et posteros ab ea descendentes sexus virilis, tamen volens vberiorem graciam exhibere, tam ipsi dno Magistro, q toti Domui de Ausspach, et volens illam sibi, et Regno suo deuincire hac donatione, vti verus et legittimus, ex vetustissimis testimonijs, et munimentis, hæres omniu terraru Prussie, non renuit, vt dns Mgr, terras ipsas Arces, et Civitates omnes, quas ante hoc novissimu bellum tenuit, habeat

in feudum, cum posteris suis masculis ex domo Anspach descendentibus.

In contentationem vero loco Ciuitatum et Opidorum dni Epi Varmiensis, vel aliquorum aliorum, que addi à Mte sua postulat, offert eciam Mtas sua Regia, stipendium ipsi dno Mgro ad vitam ipsius tantum, quantum se prouentus ipsarum Ciuitatum et Opidorum extendunt, atque tria millia marcarum Prutenicalium, vt Mtas sua, ipsum dnm Mgrum, pro sua, et Regni necessitate, sibi eo redderet obligatiorem.

Responsum a Sigismundo rege Polonie eisdem Mediatoribus datum.

Ad componendam differenciam Prutenicam, duo modi erat à vris Illmis D. propositi, Alter vt retineret dns Mgr, que in hoc bello, dno Epo Varmiensi, et eius Ecclie, abstulit, et Mtas Regia, que cepit, illi restitueret, adderetque insuper aliqd ex suis bonis, que dudum tenuit, Dns vero Mgr terras oes suas Prussie, in feudum à Mte sua reciperet, cum deuolutione illarum ad Regnum, in defectu eius prolis Masculę, vt est natura Feudi

Alter modus, vt si Mtas Regia denegaret ipsi dno Mgro eas Ciuitates, Arces, et Opida, que bello nouissimo est consequutus, neque per se ablata restitueret, sed ne addere

vellet quicq3 ex bonis suis dudu possessis, acciperet ipse dūs
Mgr terras suas Prussie in feudum pro se, et tota Domo
sua, de Ausbach.

Mtas sua Regia, vt saepius dictu est, et causa consanguinitatis,
et Status Serm̄i dn̄i Hūgarie et Bohemie Regis, dignetur ad
posteriorem hāc conditionē accedere, sed nolens adeo Jus suu
haereditariu ad illas terras, adeo inuoluere, pspiciēs futuris
difficultatibus, que inter Posteros suos, et Domu Brādeburgē
accidere possint, cōcedere dignetur Jus Feudi huius nō soli tm̄
dn̄o Mgro, eiusq3 stirpi Masculae, sed etiā aliis tribus de Do:
mo Hansbach, hoc est Marchioni Georgio, Marchioni Casimi:
ro, Marchioni Joanni, et eoru legitime proli sexus mascu:
lini, ita vt donec triu stipitu pgenies virilis duraret, oīa
hec bona dn̄i Mgri, ad illā, Jure Feudi pertinerēt,

Responsum a Sigismundo primo, rege Polonie pacificatoribus datum

Retulerunt hesterna die vre. Illme D. quemadmodum decla: rauerunt Illri dno Mgro, eam graciam et beniuolenciam, quam Sacra Mtas Regia, erga eius Illtem, et totam Domum Bran: denburgen. exhibere dignetur, et que Mtas sua pro bona concordia et pace concedere non sit grauata.

Verum no potuisse vras Illmas D. illum ad ineundam Con: cordiam aliter inducere, quam vt ei Mtas sua Regia Nouam Ciuitatem, et Tholkmith, necno et stipendium, quatuor milliu florenorum Renensium, ex gracia consignare dignaretur.

Mtas sua Regia hec secum perpendens, gratissimam quidem ha: bet curam et diligenciam in hac re, vrarum Illmarum D. verum maiorem gratitudinem expectabat, ab Illri dno Mgro huius sue tante beniuolencie, et fauoris, quem erga eius Illtem, et Domum suam ostendit, Quamqdem gratitudinem, si Mtas sua cognouisset, plura successu tpis beneficia in ipsum dnm Mgrum conferre potuisset.

Cum aut Mtas sua Regia, obstricta sit Juramento, nihil à Regno et Dominijs suis alienare, et cognoscat se in presens satis beniuolencie ipsi dno Mgro declarasse, ita vt plura non possit, et presertim oblato illi maiori stipendio, quam se extendant prouentus annui Ciuitatum et opidorum intercep: torum, dni Epi Varmien. quos Illres vre optauerunt.

Postulat Mtas sua à vris Illmis D. vt eius Illti psuadeat, eamqz inducant ad eas Condiciões, sup quibus, cum vris

Illmis D. conuentu est, amplectendas, propter efficatiorē cō-
cordia, et necessitatem Sermi dni Regis Hungarie, cuius Mtas
ab omnibus suis, presenti eget auxilio: Aliaqui Mtas sua
testatum esse vult vris Illmis D. et omnibus quibuscūqz
aliis, non per se stetisse, quominus aequa et decens cōcordia
et pax confici potuisset.

Responsum a Sigismundo primo rege Polonie pacificatorib. datu

Illmi Pncipes, Audiuerunt vre Illme D. ea, que Sacra
Mtas Regia, p sua gratia et fauore, quem habet erga Illrez
dnm Mgrum, Nepotem suum, Domumqz Brandēburgen.
et pro bona concordia, proponi illi mandauit.

Et q3uis satis, supqz videatur Mti sue, illi ad presens a se
exhibitu, tamē ne cepta cōcordia dissueretur, neue hec
cura et labor vrarū Illmarū D. in fumū abiret, resqz
Sermi dni Regis Hungarie magis impedirentur, contenta
est Mtas sua Regia, cū non possit aliquid bonorū immo-
biliū alienare a Regno suo, loco eorū Opidorū, que dns
Mgr postulat, vel stipendiū oblatum augere, vel summa
certa pecuniaria, ipsum dnm Mgrum relevare et con-
tentare,

Idqz facit Mtas sua, ex singulari, vt dixi gracia, erga dnm
Mgrum, ac Domū Brandenburgen, vt tandem ista pax et
concordia fieret, et Statui Sermi dni Regis Hungarie citius
cōsuli possit.

Albertus Marchio Brandeburgen: ad rem inter se et regem per pacificatores conditam et constitutam: Cracoviam venit. ad quem excipiendum Consiliarii obuiam prodeuntes verba sequentia dixerunt.

SAcra Mtas Regia Illme Princeps, committere nobis dignata est, vt gratia honestande et excipiende Illme D. vre, illi obuiam pdiremus, Nos comissu Mtis sue exequen, Illma D. vram salutamus, et excipimus, illamqz ad hospicium vsqz, pro eius honore et dignitate deducemus, Que iam bono comuni auspitio, Vrbem hanc ingrediatur.

Ex parte regis: ad Ducem Prussie
Do. Tomiczki dixit

SAcra Mtas Regia Illme Princeps, gratissima habet hac ppensione animi, quam Illma D. vra erga Mtem sua testatur, et se tam officiosum exhibet,.

Mtas sua Serma no dubitat satis constare cum vre Illme D. tum oibus aliis, quantu illi a principio susceptiois eius in Prussiam, fauorem et benignitate Mtas sua exhibuit, qzqz modis oibus oes differecias cu illa semp declinauerit.

Sed et intra bellu Mtas sua, omnem qua potuit illi benignitate ostedere, et rem honestis modis componi studuit.

Proinde et nuc cu Illmi Principes fres et Cosanguinei vre Illme D. agere ceperut, de hac differecia coponeda, no grauatim ad ea accessit, que cuqz Mti sue digna et fereda esse viderentur vultqz Mtas sua illa oia fine debito, et vt fieri poterit firmissio cocludere.

Responsum Consiliariis: Nobilitati et Ciuitatib9 carum q; nunciis prussie Ducalis: a Sigismudo rege polonie datum, circa feudum Duci cocessu

x.a April.

SAcra Mtas Regia, Rxnde, Generosi, Strennui et Nobiles dni, libentssime videt cocordia, inter se, et Illrem dnm Albtu Marchione, Nepotem suu, et Ordniem eius composita. Fuit em hec differentia, tum indecens inter Consanguineos, tu Reipublice Christiane perniciosissima.

Quod igr tam enixe et suppliciter à Mte sua petitis, vt eas terras, Ciuitates. Arces, et opida Mtas sua concederet in feudu ipsi dno Alberto Marchioni: Mtas sua, et propt bonu comune Chrianitatis, et volens domui Bradeburgen de Ausbach, cui pp̄ter necessitudinem tenetur comodare, annuere dignetur benigne pcibus vrs. Speras Mtas sua, q et pax deinceps firmior erit, et ipse Illres dns Albtg marchio, vna vobiscu se erga eius Mtem, et hoc Regnu ita conseruabit, vt pbu Pncipe, et fidu̅ vasallu erga dnm suu conuenit.

3. Posterior. Verba circa inuestitura Ducis ad Prussiam: per Regem polonie Sigismundum primum dicta x.a April.

Nos Sigismudus etc Annuentes vrs, et vrorm subditorm pcibq, tradimus et cocedimus Illti tue, in feudu, terras, Ciuitates, opida, et Arces in Prussia, et ad eas Illtem tua per huius vexilli traditionem inuestimus et instituimus, gra et benignitate nra, qua Illtem tua, vt Nepotem meu charsu, et Domu eius coplectimur. Sperausq; q eius beneficeric nre et memor erit, et grata.

Verba infrascripta circa infeudationem Prussie Do[s] Petrus Tomiczki Eps et Vicecancell dixit .x[o]. April

·A· Prior

Manifestum est vniverso pene orbi Illme Princeps, quantis contencoib) et bellis decertatum fuit, inter Predecessores Sacre M. R. et Mgros, et ordinem dictum S. Marie Theutonicorum, sup proprietate terrarum Prussie, Ac vt post multiplices cedes, et dispendia, pax perpetua confecta fuerit, vigore cuius, Mgri, et ordo, iuramentis et homagiis suis, Regnum et Reges Polonie, suos hereditarios dnos recognoscebant, Que pax, tametsi per Antecessorem Illme D. vre non observata, hoc fortasse incendium belli inter Mtem suam Regiam, et Illmam D. v. excitaverat, Quod Mtas sua invitissimo animo cum illa, vt tam arcto Propinquo suo gessit. Tamen cum et bellum ipsum, et tota differencia, sit gra Dei composita, et vra Illma D. tam sincerum animum erga Mtem suam et hoc Regnum exhibeat, petens à Mte sua, vti vero herede, et dno omnium terrarum Prussie, dari sibi in feudum, tras, Civitates, Opida et Arces designatas in Prussia.

Mtas sua Regia, racionem habens inprimis Rei Christiane, que dissensionibus intestinis Christianorum Principum, indies magis fluctuat, attendens eciam postulata, cum Sctmi D. nri, tum eciam Cesaree Mtis, et Sermi dni Hungarie et Bohemie Regis, nepotis sui charmi, aliorumque Principum Germanorum, qui sepius apud Mtem suam, de hac concordia, per lras et ores agebat, volens eciam Mtas sua, et vre Illme D. et eius toti Domui Brandeburgen de Anspach, quam, vt tenetur, singulari favore, et benivolencia complectitur, comodare, confert nunc graciose cum consensu huius Regni sui terras ipsas in feudum, eo modo, vt inter tractatus est conventum, Spem habens Mtas sua, quod vra Illma D. et Domus

eius, cognoscētes eam beneficētiam, et fauorē Mtis sue, curabūt illam, et eius Mti. et Regno suo, vti pbos decet Principes, et Cōsanguineos demereri.

Responsum nomine regis datum Pacificatoribus Craco. feria quarta post Palmar. que fuit 12 Aprilis

In valedictione et discessu eorum.

Sacra Mtas Regia, Illmi Pricipes, agit et habet plurimas grās Illmis D. vrīs, pro ea cura et labore, quē in hac differētia Prutenica cōponenda subierūt. Cum enim Mtas sua, vt saepe testata est, inuitissimo aīo hāc egit cōtrouersiam, cum Christiano Principe et Nepote suo, nō pōt hanc opam Illmarum D. vrarum nō habere gratissimam, Pro qua quicqd vicissim illis, in oībus eorum negocijs, gracie, fauoris, et patrocinii Mtas sua pstare vnqȝ poterit, id se per oēȝ occasionē, oēmqȝ cōmoditatē semper, qȝ libētissime facturam pollicetur.

Rogat aūt Mtas sua, vrās Illmas D. vt rebus, et bono statui Sermi dni Ludouici Regis nō desint, vt hactenus fecerīt, opa, cōsilio, et auxilio suo, quandoquidem pter debitum, etiam status omnium subditorum, ex bono statu dni sui potissimum dependeat. Mtas vero sua, nihil eorum ptermittet, quēcūqȝ oportuna videbūtur, et que à Mte sua pstari poterūt, ad cōsulendum et puidendum, ipsi bono Statui illius Mtis.

De occlusione vie in Slesiam, quia res acta et cōstituta sit in Conuētu gnali, suffragiis omnium Regnicolarum, nō est integrum Mti sue, quicqȝ in presens mutare, verum qȝprimum Mtas sua, rursus cum Senatoribus et Regnicolis suis conueniet, ita curē habebit hoc negocium, vt postulatis vrarum Illmarum D. qȝ maxime fieri poterit, satisfacere valeat.

Pax perpetua de Prussia inter Sigismundum primum regem Polonię, et Albertum Marchionem Brandeburgen

IN nomine dñi Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Omnium rerũ, quę sempiternę sunt futurę, nulla certior firmitudo excogitari potest, q̃ ea, quę fit l̃rarum monimentis prodita memorię posteritatis, Cętera enĩ facta humana, quãtumcunq̃ memorabilia, aliis modis, q̃ l̃ris æternitati cõsecrata, aliquot quidem seculorũ decursu durare possunt, Quę vero l̃rarũ offitio memorię mandantur, nunq̃ intereunt, ipsaq̃ vetustate fiunt angustiora Nos itaq̃ Sigismundus Dei gratia Rex Polonię, Magnus Dux Lithuanię necnon terrarũ Cracouię, Sandomirię, Siradię, Lancicię, Cuiauię, Russię, ac omniũ terrarũ Prussię, Pomeranięq̃, ětc, Dominus et hæres, Manifestũ facimus vniuersis, Quia cum acta essent plurima bella, inter Prędecessores nostros Reges, et Regnũ Polonię, ac Mgr̃os et Ordinẽ, dictum sanctę Marię Teutonicorũ, in Prussia, de proprietate ipsarũ terrarũ Prussię certantes, eaq̃ non penitus extincta, cum inter nos et Illrem dñm Albertum Marchionem Brandeburgen, et Mgr̃um ipsius Ordinis incrudnis sent, cũ magno Reipublicę Christianę incommodo, et detrimẽto, Proindeq̃ et Summus Pontifex, et Cæsarea Mtas, Serenusq̃ Nepos noster dñs Ludouicus, Hungarię, Bohẽięq̃ Rex, nos ad ineundas Quadriennales Inducias, Et

Arbitralem cognitionem subeundam, hortati essent, et indu-
xissent, qua demum magnis impedimentis non sequuta, et
tempore Induciarum expirante, venissent ad nos Illres Prin-
cipes. dns Georgius Marchio Brandeburgen, in Slesia Rati-
borien. Jaiendorff, in Prussia, Stetinen, Pomeraniae, Cassu-
barum Sclauorum etc, ~~Dux~~ Burgrabius ~~Burgundie~~ Nurnbergen, et Prin-
ceps Rugie, et Fredericus Dux Legnicen, et Brigen, ac Infe-
rioris Slesie Capitaneus, Necessarii, et Affines mei charmi,
de pace, ac concordia, stabili et firma, sedulo agen, tande
post multos tractatus, et rationes vtrinq3 expensas, ad infra
scriptas conditiones et Capitula ipsius pacis et concordie
deuenimus, omniaq3 et singula condiximus, et vtrinq3 fir-
mauimus, in hunc qui sequitur modum.

IN nomine sancte et indiuidue Trinitatis Amen. Nos Georgius
Dei gratia, Marchio Brandeburgen, in Slesia Rathiborien
Jaiendorff, in Prussia, Stetinen, Pomeraniae. Cassubarum. Scla
vorum etc Dux. Burgrabius Nurumbergen, et Princeps Ru-
gie, et nos Fredericus, eadem gratia Dux Legnicen, et Bri-
gen, ac Capitaneus Inferioris Slesie, recognoscimus et sig-
nificamus omnibus et singulis, presentem concordiam, seu
Contractum, visuris audituris, siue lecturis, Quia nos
ex infrascriptis sequentibus rationibus, que nos tanq3 Chri-
stianos Principes pmouerunt, eandem sequentem Concordiam
et Contractum, inter Serenum, et Excellentissimum Principem,
et dnm dnm Sigismundum Regem Polonie, et sue Mtis
haeredes, et Successores Reges Regni Polonie ex vna, et
Illmum Principem et dnm Albertum Marchionem Brande-
burgen, Teutonici Ordinis generalem Prussie Magistrum.
et eiusdem Ordinem Militarem, Terrigenas, et Ciuitatenses
ex altera partibus, concepimus, tractauimus, et composuimus.

Et imprimis, id precipue ac potissimum considerantes, omnes dissensiones, bella, contentiones, et conflictus, inter Regiam Mtem, et dnm Mgrum, eiusqz terrarum Incolas hinc ortas, et emanatas esse, eo, quod non vnus Princeps hereditarius, omnium terrarum Prussie Gubernator, hucusqz extitisset, dictaqz Prussia, diuersorum Procerum Capitibus, gubernata esset. Vnde terrarum ipsarum Incole, perniciosis inter se se bellis, et contentionibus digladiabantur, et prelia commouebant, Ex quibus magna effusio Christiani sanguinis, damnaqz, et nocumenta Incolis, orphanis, et viduis plurima sunt illata,

Similiter considerantes, quod prefatus dns Mgr, frater et auunculus ac Sororius nr, retroactis temporibus, quando officio Magisterii fungeretur, multifarias fatigas, et labores hucusqz subiuit, apud omnes Status Christianorum Principum, vzt Summos Pontifices, et Caesaream Mtem, Sacrum Romanum Imperium, et Electores Imperii, necno apud Nobilitatem Germanie, eosdemqz omnes saepius requirens, operam diligetem impendit, sperans eosdem inuigilaturos, quo ipse seditiones et controuersie, ac dissensiones, secundum continentiam inscripte perpetue pacis, per Sermam Mtem, felicis recordationis Casimiri Regis, olim Thorunie confecte, et iuxta Copmissum in proximo Quadriennio, per Caesaree Mtis, et Regie Sertis Hungarie Oratores, in presencia Setmi dni Leonis Pape Legati etc. Thorunie factum, componerentur et concordarentur. Id tamen ex interuenientibus bellorum molibus, et caeteris varijs admodum arduis negocijs, quibus Caesarea Mtas, et Sermus dnus Rex Hungarie, hactenus impliciti et distracti fuerunt, hucusqz impeditum et indiscussum permansit.

Nos tamen considerantes hmoi ordinatum optimum Compromissum, paucis diebus, ad finem et terminum vltimum

declinare. Et ubi negocia indiscussa permanerent, formidandum esse, Regiam Mtem, et Regnum Polonie, et Mgrum, et terras Prussie, iterum ad maiores armorum tumultus, prelia, et contentiones, ac humani sanguinis effusionem redituros, in damnum et iacturam tocius Christiane Reipublice,

Ad precauendum igitur hmoi mala, et incommoda, pacisque studio intendentes, quo in futurum perpetua Chriana pax, inter Regiam Mtem, et eiusdem Mtis heredes, successores, Regni Polonie Reges, et inter Mgrum Prussie, et eiusdem terrarum Incolas utrinque interuenire, ac disponi possit, Considerates eciam, quia et nunc Reuerendus dns Statilius Prepositus Vesprimiensis, Serenmi Regis Hungarie, dni nri clementissimi, tanquam dicti Compromissi Arbitri, Internuncius pacis, ac missus Ore ad Sacram Regiam Mtem Polonie, ac Mgrum Prussie, fratrem et Auunculum ac Sororium meum, quo se ad concordiam et ipsum Contractum per nos factum, beneuole submitterent, et graciose, ac benigne eidem consentirent, rogauit, et requisiuit,

Nos tanquam Mediatores reconciliatores pacis, ex supradictis causis et rationibus, sequentes articulos, quos salubri vie concordie intendentes, Christianos, decentes, et idoneos cognouimus, inter Regiam Mtem, et dnm Mgrum, utriusque accedente consensu, fecimus et disposuimus, et prout infra continetur, ordinauimus, et confecimus.

Imprimis quod omnes dissensiones, in his bellis, inter Regiam Mtem dnm Mgrum, Duces Masonie, Episcopos, Varmien, et Culmen. et ceteros omnes, eorumque subditos, exorte, per sequentem transactionem, in uniuersum sublate sint, et neutri parcium in malo reminiscendo imputari debent.

Item quod loca, Castra, et Opida cum omnibus attinenciis et ptinecijs.

in hijs bellis vtrinqз intercepta, cu bombardis maioribus, quemadmodu in prima occupatione Arciu, et opidoru inuēta sunt, restitui, Bombardē eciā vncales hockenbuchs vocant, eo pacto, vt penes modernos officiales restabant, similiter reddi debent, Si vero quicqз bombardaru maioru deesset, debent offles per Iuramēta interrogari, vt mediis eoru Iuramentis dicant, quid illic inuenerint. Quod aut Bombardas in Castro Holand demolito inuentas attinet, debent sine diminutione ad manus Illus marchionis Alberti restitui.

Praeterea debent omnes et singuli, ex Nobilitate, Ciuibus, et Colonis, omnis promissionis et Iuramenti, quibus pntibus bellis, aut citra hec tempora, à suis ad alienos dnós se contulerint, et obligarunt, liberi et soluti esse, et reputari.

Caeteru, qp ad neglecta seruicia attinet, debet à Regia Mte, et Duce ex Prussia illis, qui ea neglexerint, ex gracia cōdonari, et bona, seu possessiones eoru reddi. Caeteru quòd liberis ~~eoru, qui~~ condemnatoru qui ob perpetratu facinus, poenas dedert, bona immobilia vtrinqз reddantur, et patris facinus, honori pueroru nihil noceat, nec apud quempiam in aliquo preiudicet.

Item debet Regia Mtas illis de Neumarck, similiter Marchio Albertus Gilgenburgēn bus et Hoenstenien bus, necnō omnibus Ciuitatibus Ecclesiasticis et Secularibus, Nobilibus, et Plebeis, vtriusqз partis subditis, qp ex timore defecerint, parcere, et condonare, id nulla indignatione reminisci, nec cuiqз, vt hoc vindicet, permittere, sed ex clemēti voluntate, sub vtrjqз hincinde sigillis, et lris, sententia ferre, qp hoc ipsis, et liberis eoru in nulla dehonestatione, aut incommodu vergere debeat.

Item, qt Ecctcorum bona, et Iurisditionem attinet, debet Dux Prussie ad requisitionem Ecclesiasticorum, vnicuiqz iustiam, vt Christianum, aequum, et iustum est, administrare, Caeterum bona, redditus, et census, sub Duce Prussie siti, Epatum Varmiensem, vel eosdem Ecctcos attinens, debent vicissim ex omni parte restitui. Si vero Dux, vel Nobiles sui Curatos, vel alios, in Ecclesiastica beneficia collocare vellet, qui hominibus Christiane providerent, eos Epus, iuxta antiquam consuetudinem investire debet.

Item si possent dni Pontifices constanter docere, q Ecctci in terris dni Ducis commorantes, secus qz Christiani, ac contra ordinationem et constitutionem vniversitatis sancte Ecclesie Christiane se gererent, debet dns Dux, vna cum dnis Episcopis iuvare, vt istiusmodi debita castigatione emendentur,

Item, si quisqz Civium, aut rusticorum, duos annos, ante proxie gestum bellum, vsqz adhuc, dno suo se subduxisset, et absqz eius voluntate aufugisset, repetiti, debent dnis suis, sine omni medio restitui, et exinde nulla parcium alterutri suos detinere Qui aut vi, ab vtraqz parte abacti sunt, y debent publicis mandati lris, ad dnos suos dirigi, seu remitti.

Item, debet dns Albertus Marchio, Regie Mti, et Regno Polonie, Iuramentum, vti naturali et hereditario dno suo prestare, et se in posterum, erga eius Regiam Mtem, in omnibus, sicut Principem Vasallum, erga dominum suum hereditarium, de Iure decet, obedientem exhibere

Debet preterea Marchio Georgius, suo, et fratrum nomie,

vexillu contigere, debent similiter Marchiones Casimirus et Joannes, sigillis et lris suis, intra annu huioi Contractu, agnoscere et acceptare.

Item debet Regia Mtas exadverso Marchioni Alberto, infra scriptas terras, Civitates, Castra, et viros, vzt. tria Opida, et Castru Konigsbergk, Lochsteten, Vargen, Girmaw, Pubetten, Rudaw, Schoken, Caymen, Cremitten, Valdaw, Tapiaw, Taw: plakemn, Narbetten, Insterburg, Allerburg, Vensterw, Ger: dauen, Angerburg, Nordenburg, Labiaw, Lawkißkemn, Tilsset, Rangnet, Rossiten, Vintberg, Mimel, Brandenburg, Crewzburg, Friedlandt, Demenaw, Barthemn, Lezen, Balge, Heylige, Beyhel, Zinten, Landsberg, Prewsteylaw, Barthensteyn, Schesten, Saynsburg, Reymn, Rastenburg, Liech: schansburg, Hollandt, Liebstat, Mulhawßen, Morunge, Pas: senhaym, Orthelsburg, Osterede, Hogenstayn, Neydenburg, Sol: daw, Ilgenburg, Schipenbeyhel, Tewtstheylaw, Prewßhenmarzgk, Libemul, Salfelt, Rißenburg, Mariennerder, Trenberg, Labtaw, Schonberg, Bownuden, Jorgenburg, Resenberg, Gor: densthe, Newhansth, Freyenstad, Solaw, Visthhanßzemn, Bi: sthoffwerder, Medenaw, tanqz Duci in Prussia, in legitimu et hereditariu feudu conferre, et euiusmodi infeudatiois tras ab uno fratre ad aliu, et eorum heredes, tanqz sup indi: viso feudo, iuxta tenorem transactionis, conficere.

Item si quando memorati quatuor Principes, et Marchiones Albertus, Georgius, Casimirus, Joannes, et eorundem legitimi feudi heredes omnes, sine legitimis feudi heredibus decede: rent, tunc, et no antea debent suprascripte terre Prussie, ad Regia Mtem, et Regnu Polonie hereditarie redire et devolvere. Si vero filie superessent, he debent Ducali dote pecunia

a Regia Maiestate, absolui et prouideri.

Item debet Regia Mtas Marchionem Albertu, suos heredes, et omnes Incolas, suprascriptaru terraru Prussie, in omnibg eoru Priuilegijs, huic transactioni, et superioritati Regie, non repugnantibus conseruare, et ats ab iniqua violentia de: fendere, et manutenere.

Item debent, tam Ordinis q3 Nobilitatis, et Ciuitatu, pdictaru terraru Prussie Mandatarii Nuncii, pro se, heredibus, et suc: cessoribus suis, cosentire et inscribere, q, seipsos heredes et successores suos, post obitu quatuor predictoru Principu, et suoru legitimoru feudi heredu, ad Regia Mtem et Regnu Polonie, ac ipsius heredes, debita fidelitate, et subiectione, vt ad eoru naturalem, ac hereditariu Dominu, et nullu aliu, tenere debeant et velint. Ita demiq3, q, Regia Mtas suprascriptas terras Prussie, cu aliquo, lingua Germanica calente, et in eodem Ducatu, bene possessionato, qui oia officia administret, procurare debeat. Et si Mtas Regia Cosiliarios suos, deputauerit, q, Nobiles, et Ciuitates, Eccla, et Secula: res, omniu Ordinu terraru Prussie, Duci ex Prussia, Jura: mentu prestare debeant, q, tunc ex singulis Districtibus, duo ex Nobilitate, ac Ciuitatibus, nomine omnium aliorum, Quemadmodu hic pntes se inscripserut, lris et sigillis suis, hmoi concordia recognoscere debebunt. Et cu Principi ex Prussia Juramentu prestabunt, q, tunc medio hmoi eoru prestito Juramento, etia hanc Concordia se seruaturos pmittant.

Item q, Princeps ex Prussia, primum et proximum locum, in Consiliis, terrarum Conuicijs, et publicis Conue: tibus, apud Regiam Mtem habere debet.

Item, q Princeps ex Prussia, heredes et successores Principes, ex Principatu, et terris Prussie predictis, nihil vendat, verum si ad hoc ingruens vrgeret necessitas, debebunt hoc Regie Mti, tanq3 domino suo hereditario, ante annum prius denunciare, Quod si Mtas sua emere nollet, extunc ipse Princeps vendendi habeat potestatem, Regalibus tamen Mtis Regie, feudi, et obsequiorum Iuribus saluis. Et preterea si Dux in Prussia vrgenti necessitate premeretur, poterit Arces et opida sua, Vasallis suis locare, et impignorare, vt eedem terre vnite et indiuisse, queadmodum nunc sunt, permaneant.

Item, quod ad obsequium attinet, Exquo terra Prussie, in magnum detrimentum venit, promisit Regia Mtas Marchioni Alberto, sex annorum libertatem, se, ex gratia, daturam, Vbi aut Regia Mtas, et Regnum Polonie, à quibuslibet, cuiusuis dignitatis aut conditionis illi fuerint, occasione huius transactionis, et concessionis feudi impugnaretur, extunc Dux in Prussia cum Successoribus, in propria persona, vna cum omnibus suis subditis, pro summis viribus Regiam Mtem, etiam intra hoc sex annorum libertatis spacium, adiuuare, et illi consulere sit obligatus.

Similiter Regia Mtas et Regnum Polonie, erga Ducem in Prussia, et ipsius terras in hoc casu facere debebit,

Si aut contingeret, q Regia Mtas, aut Regnum Polonie, extra hunc Contractum ab Infidelibus, et alis vrgeretur, et in propria persona cum omnibus suis subditis in Castra proficisceretur, tunc Dux in Prussia, cum successoribus suis, obligatus esse debet, Regiam Mtem, cum Centum instructis equis, vsq3 ad terminos terrarum Prussie insequi. Si vero Dux in Prussia, à Regia Mte vltra fines transire requisitus fuerit, extunc huiusmodi centum equites, instar aliorum Mtis sue Equestrium militum, Regiis

stipendiis, militare debebunt. Casu aut, quo Regia Mtas urgenti necessitate, plures q̃ȝ Centu Equites à Duce in Prussia eduri desideraret, quotquot Centenariu numeru excesserit, à tpe exitus Domiciliorum suorum, Regio stipendio, ut pmissu est, militabunt. Si vero in facultate Ducis ex Prussia nõ esset plures, q̃ȝ Centu Equites educendi, non debet pterea ipsu Mtas Regia ulterius urgere.

Item, q. ad Iurisditionem inter Regiam Mtem, et Principem Prussie attinet, ita obseruandu est. Si contingat, q. Regia Mtas Principem, aut vicissim Princeps ipse Regiam Mtem, in causis, personas utriusqȝ partis concernetibus, conuenire vellet, debet Mtas Regia Consiliarios suos, Marienburgi, aut Elbingi collocare, Iuramētis, quibus sue Mti obnoxij sunt, absoluere, et rursu, ad iuste iudicandu obligare. Qcqd tunc à predictis Consiliariis Regie Mti, et Principi, pnūciatum, et decretu fuerit, ratu esse debebit, et sine contradictione seruari.

Si vero quispiā de sorte, seu conditione Principis, Secularis aut Ecclesiastici Status in Prussia, supradictum Principē ex Prussia, super quavis re conuenire pretenderet, debebit Mtas Regia, sex ex Consiliariis suis, et Princeps in Prussia totidem ex suis, ad iudiciu, ut premittitur obligare, et Iuramētis astringere, et quicquid ipsi equu esse decreuerint, et pronunciauerint, ei utraqȝ pars acquiescere, et sine ulla tergiuersatione, id ratu habere debebit.

Si aut aliquis, qui de sorte Principu non fuerit, contra Ducē in Prussia, quampiam actionem instituere vellet, hoc corā Vasallis Principis facere debebit, quos Princeps ipse collocare et ad Iudiciu obligare tenebitur. Si quis aut occasione

hmoi Juditiorum in casibus Principis personam attingentibus sibi iniuria facta, aut se granatum existimaret esse, poterit ad Consiliarios, quos Regia Mtas et Dux in Prussia quotannis ad festum sancti Francisci, cum id necessitas exegerit, marienburgum mittere debebunt, pronocare, qui sup ea re, cognoscendi potestatem habere debent, Quod si ibi cognitum fuerit Appellationem pronocantis friuolam et illicitam esse, debebit pars illa Judicio decem Marcas Pruthenicales pendere, et parti aduersae, ad refundendum expensas litis, et ad parendum priori sententiae, obligata esse.

Vbi vero actiones emergerent, Incolas terrarum Prussiae, et earundem possessiones, vtrinqz contingentes, vnus quisqz in eo Juditio, vbi bona, seu possessiones sitae fuerint, aut reus Domicilium habuerit conueniri, et ad extranea Judicia trahi non debet.

Item, neutrius partis subditi, nec eciam eorum bona, exquo in locis, ad quae spectant, Justicia obtineri possit, in alienis Judiciis, arestari, aut detineri debent.

Item. q deinceps omnes Incolae terrarum Prussiae, vtrinqz reciproca vicissitudine, in terra, et mari, sine impedimento, negotiationes exercere, veteribus stratis proficisci, et curribq transire. Necnon in Priuilegiis suis, hoc casu permitti debent. Caeterum fora in villis, contra fas, et antiquam cosuetudinez instituta, deinceps vbiqz aboleri, et in Ciuitates ad quas spectant, reponi debebunt.

Item quod profundum Balgen, ad Mare recens Haob, et vbicumqz alias profunda, idest ostia maris fuerint, caput Vislae, et omnia flumina, omnibus Prussiae Incolis, vt in

ipsis navigare, et trajicere possint, libera sint, et peregrini Mercatores, nec in Konigsberg, nec Braunsberg, Elbingu Gedanum, aut in ullam aliam Ciuitatem proficisci cogantur, sed debent liberé nō coacti, prout ipsis placuerit velificari, et navigare, At tamen sine antiquorum theloneorum et Priuilegiorum detrimento.

Item, nulla thelonea, depositiones, vel alia grauamina in terras Prussie, contra antiquam consuetudinem et priuilegia, ab ulla parcium institui debent, sed vetera thelonea permanere. Si aut ab alterutra parcium, à tempore transactionis Regis Casimirj, thelonea essent instituta, ea quoq3 hincinde abrogari debét. Si vero successu tempoꝝ contingeret, q Regia Mtas, et similiter Dux in Prussia, ad requisitionem vtriusq3 subditorum suorum, alicubi noua thelonea, aut Emporia, ad vtilitatem terrarum ipsarum instituere destinarent, tunc debet Mtas Regia, Ducem in Prussia, in locum oportunum vocare, et ambé partes sup ea re concordandi, et transigendi potestatem habere. Si eciam aurige, vel naute, hmoi thelonea preterirent, non debent eis bona adimi, sed tantum naues, currus, et equi auferri.

Caeterum, quod ad bona naufragantium attinet, debet id cum eisdem secundum veterem introductam consuetudinem, exquo idem, in Selandia, Holandia, et Brabancia consuetum est, eciam obseruari, ita tamen, q à nautis, nihil plus extorqueat.

Item debet vtraq3 parcium, aduersus alteram, nunc, et deinceps publicarum stratarum Predones, fures, et alios, treis pnicies innehentes, ad receptandum et pmouend abstinere, Sed qui vnius partis pfessus hostis est, debet eciá ab altera parte, pro eius diffidato hoste, et damnificatore ceseri.

Item, quevis partium, potestatem habere debet, hostes et noxios suos, in alterius partis terras persequi, et in quibus Judicijs apprehendentur, in illis sisti, et iuxta ipsorum demerita, iustificari debent.

Item Dux in Prussia, et preterea Elbingen. Gdanen, et Thorunen, omnem Monetam cudere abstineant, Ita q Regia Mtas, intra hinc, et festum Penthecostes sequentis anni, diem statuat se de ratione monete hmoi clare concordandi.

Item q Dux Prussie, omnibus Privilegijs, et Iuribus, huic Cōtractui repugnantibus, seu ea sint à Pontificibus Maximis, Imperatoribus, Principibus, vel Regibus Polonie profecta, nunc, et in perpetuum renunciare, et ea in manus Regie Mtis consignare debet. Si aut quippiam in hmoi Privilegijs contineretur, quod huic transactioni non repugnaret, sed Duci ex Prussia, et terris, occasione finium, et aliorum Iurium, et Privilegiorum, necessarium esset, debebit Mtas Regia, eiusdem tenoris, sub lris et sigillo Mtis sue, ea denuo concedere.

Item, q Regnum Polonie, et terre Prussie, pro se, et eorum successoribus, sufficienter se inscribere debent, q hanc institutam transactionem, in omnibus suis partibus, punctis, et articulis, fideliter, perpetuo, et irrevocabiliter servare, nec unq̄ contravenire, aut agere debeant, aut velint, hoc puncto singulariter adiuncto, si casus mortis Principum, quos Deus p sua voluntate conservet, se offerret, q, terre Prussie Mti Regie et Regno Polonie, et nulli alts adherere debent

Postremo, si quisq̄ cuiuscumq̄ dignitatis aut conditionis existeret, hunc Contractum impugnare vellet, debent tres Marchiones, quos hec concordia pariter contingit, una cum Duce ex Prussia, cum omnibus, quos ad hoc permovere poterunt

Regiam Mtem innare, et super hoc respondere.

Huic supra scripte Christiane Concordie, et unitati, Regia Mtas Polonie, et Dux Prussie, in omnibus articulis, clausulis, codicibus, punctis, superius contentis, Regiam ac Ducalem dignitatem, Christianamq3 bonam fidem, perpetuo et fideliter interponent, inuiolabiliter pro se, et successiue posteritatis eorum heredibus, Successores Reges Polonie, et Duces Prussie, ratam et firmam habere, et obseruare polliciti sunt ac promiserunt, pro maiori prefatorum fide et securitate, Regia Mtas, similiter Dux Prussie, huiusmodi pactum. Concordiam, et unionem, manu eorum propria subscripserunt, et sigilla ipsorum nostris adherentia subappendi fecerunt, ac huiusmodi Contractus, huius lre concordationis, siue unionis, sub eodem verborum tenore confecte, cuilibet parti, vne presentate sunt. Datum et actum Craccouie, Sabbato vigilie Palmarum, que fuit octaua Mensis Aprilis. Anno Domini. Millesimo Quingentesimo Vigesimo, Quinto.

Nos itaq3 de consilio, et assensu Consiliariorum meorum Regni Polonie, omnes et singulos memoratos, articulos, vt premittitur, medio prenominatorum Illustrium Principum, Georgii Marchionis Brandenburgensis, et Frederici Ducis Legnicensis, inter nos, et Illrem dnm Albertum Marchionem Brandeburgensem, Magistrum, ac Ordinem eius in Prussia, actos, condictos, et conclusos, cum omnibus et singulis eorum punctis, clausulis, et continenciis, prout iacent, acceptamus, ratificamus, approbamus, laudamus, et confirmamus, ipsosq3 perpetuum firmitudinis robur, obtinere volumus. Promittentes in verbo nostro Regio, ac sub fide boni et legalis, et ingenui Principis, pro nobis atq3 successoribus nris Regibus Polonie, ac Regno

Dominijs nostris, quantum nos, et illa concernunt, nos omnia supra scripta, in preinsertis lris atqz articulis conductis, et conclusis, expressa, firmiter, et inuiolabiliter obseruare, exequi, et adimplere, neqz illis quoquo modo contrauenire, de Iure, vel de facto, directe, vel indirecte, omni dolo, et fraude penitus seclusis.

In quorum omnium et singulorum fidem, robur, et testimonium premissorum, presentes lras, manu nostra propria subscripsimus; illasqz sigillo nostro Regio, et Consiliariorum nostrorum sigillis communiri fecimus. Datum Cracouie die Dominico Palmarum. Anno Domini Millesimo Quingentesimo vigesimo Quinto. Regni vero mei anno XIX°.

Pars Prussie: Marchionibus Brandeburgen et familie de Aonspach in feudum data

IN nomine Dni Amen. Ad perpetuã rei memoriam. Nos Sigismundus Dei gracia Rex Polonie, Magnus Dux Lithuanie, necnon, terrarũ Cracovie, Sandomirie Siradie. Lancicie Cuiavie, Russie, ac omniũ terrarũ Prussie. Pomeranieq3 etc. Dns et heres. Vniversis et singulis presentibus et futuris, harũ seriem inspecturis, manifestũ facimus. Quia cũ olim multe et graves controversie, multa et Rei Christiane perniciosissima bella gesta fuissent, inter Predecessores nros Reges Polonie, ac Mgros, et ordinẽ dictũ sancte Marie Theutonicorũ, super proprietate in terris Prussie, Regibus et Regno Polonie, Jus suũ hæreditariũ pro virili tuente, et Mgris ac ordine, suis veris ac legittimis heredibus ac Dnis parere recusante, atq3 hijs tantis controversiis, tantisq3 bellis eo res deducta fuisset, vt divino favore Justicie Regni nri opitulante, et pax confecta, et Mgri ac ordo, totaq3 ipsorũ ditiõ, in subiectionem et homagiũ Regibus et Regno Polonie devenisset, idq3 longissimo tpe tentũ et observatũ esset.

Successu vero temporis, nove cõtroversie, de ipsa proprietate, ac demum bellũ inter nos, Regnũq3 nostrũ, et Illrem dnm Albertũ Marchionem Brandeburgenũ, Mgrũmq3 generalem, ac ordinem eius suscitatũ esset, cũ maximo Reipublice Christiane incommodo et detrimẽto, Proinde Summi imprimis Pontifices, videlicet Leo decimus, Adrianus sextus, et modernus Clemens septimus, demũ Invictissimus

Carolus Romanorũ Imperator, et Hispanie Rex Catholicus, necnõ Sermus Nepos nr dñs Ludouicus Hungariae et Bohemie Rex, ac pleriqȝ Germanie Principes, summo studio apud nos egissent, de concordia et pace componenda. Que deniqȝ Concordia cũ medio Illustriũ Principũ dominorũ, Georgii Marchionis Brandemburgeñ, in Slesia, Rathiborieñ Jegendorff, in Prussia, Stetineñ, Pomeranie. Cassubarũ, Sclauorũ etc. Ducis, Principis Rugie, et Burgrabii Norumbergeñ, et Friderici Ducis Legniceñ, et Briegeñ, et Capitanei Inferioris Slesie, tractata, et cõclusa esset, venissetqȝ ad nos ipse Illrs dñs Albertus Marchio Brandẽburgeñ, et Magr gñalis, cũ nonullis membris Ordĩs et subditis suis, plenam, et omnimodam facultatem ab Ordine, et vniuersis subditis eius habentibus, se nob, vti vero et legittimo heredi, et dño suo, ac terrarũ omniũ Prussie subicieñ, ac easdem terras sibi, in feudũ dari, enixe et suppliciter, primũ eius Consiliarii Proceres, et subditi, demũ ipse Illris dñs Albertus Marchio, à nobis petiuisset, declarans se nobis, et Reipublice Regni nri, hoc pacto magis ex vsu fieri posse, pacemqȝ firmiorem futuram.

Nos rationem habentes inprimis vtilitatis ipsius Reipce Christiane, que in tanta Infideliũ tempestate, non nisi pace et concordia inter se Christianorũ Principũ seruari potest, demũ obaudire nolentes, vt postulata Sctmi dñi nri Pape, Caesareeqȝ et Catholice Mtis, ac Sermi Nepotis nostri, dñi Ludouici, Hungarie, et Bohemie Regis, aliorumqȝ Principũ Christianorũ, qui hactenus omni conatu hanc differentiam et bellũ, sistere et componere inter nos studuerũt, Ac deniqȝ gratificari ac cõmodare

volentes dicto Illri Principi dno Alberto Marchioni Bran:
demburgen, vti Nepoti nro ex Sorore charmo, cuiusq3 Domini
de Onspach, annuimus no granatim precibus eius Illtis,
et subditoru ipsius, Illiq3 et eius veris masculini generis
et legittimis Feudi heredibus ex lumbis eius procedentibus,
terras, Ciuitates, Opida, et Arces infrascriptas, in perpetuu
et indiuisu feudum, dedimus et concessimus, et ipsu de illis
per vexilli nri traditionem, inuestiuimus, harumq3 lraru
serie damus, et concedimus; vzt Arcem Konigsberg, cum
tribus Ciuitatibus. Item arces et Opida Lochstete, Vargem,
Girmaw, Pubetten, Rudaw, Schocken, Caymen, Cremitten,
Valdaw, Tapiaw, Taplawcken, Narbetten, Insterburg. Allen:
burg, Venstorw, Gerdauen, Angerburgk. Mimmel. Bran:
demburg, Creutzburgk. Friedlant, Domenaw, Borthenn,
Letzenn. Balge Heylige, Beyhel, Zinthen, Landsberg,
Prewscheylaw, Barthenstam, Schesten, Saynsburg. Reynn,
Rastenburg. Lieck. Johansburg, Hollandt, Lebstat, Mul:
hawsen Morunge. Passenhaym. Ortelsburg, Osterode. Hegenstayn.
Neydenburg. Soldaw, Ilgenburg. Schipenbeyhel, Tewtsche:
eylaw, Prenschemarg, Libemul, Salfeldt. Rißenburg. Ma:
rienuerder, Terenberg, Labtaw. Schonberg, Bowunden, Jor:
genburg Resenberg. Gordensehe. Newhaws. Freienstaldt,
Solaw, Vischhawßenn, Bischoffwerde, Medenaw, cu omnibus
et singulis subditis, vasallis, fructibus, Dominijs, superiorita:
tibus, libertatibus et Iuribus, vnacu omnibus Arcibus, Ci:
vitatibus, foris, villis, mansis, Curiis, molendinis, molendi:
noru locis, censibus, vectigalibus, redditibus, theloneis,
seruicijs feudis, spualibus et secularibus, lacubus, flumi:
nibus, piscationibus, aquis, aquaru decursibus, feraru lustris,
feraru meatibus, venationibus sylvis, nemoribus, pascuis,
pratis, actibus, etiam cu omnibus metallis, que modo sunt,

sev in futuro fieri possunt, auro, argēto, cupro, stanno, plumbo, et salinis, supra et subtus terram, Similiter vnacum omnibus et singulis eminēcijs, Iuribus, et pertinēcijs vniuersis, nullis exceptis, sicuti eiusmodi terras, priores Mgri generales, et idem Ordo habuere, et vsq3 ad presens imperium gestum bellum, vsu et fructu tenuerunt in posterum perpetuē et hæreditarie in commune et indiuiduum feudum, tenendas, habendas, fruendas, vtendas et possidendas,

Vbi vero ipse Illris dńs Albertus Marchio, et Dux in Prussia, sine legittimis masculis feudi heredibus, vel eius Illmi Masculi feudi heredes, nō relicta prole virili deficerent, extunc supradictē terrē, Ciuitates, Opida, et Arces in oī forma et modo, quēadmodum eas, supradictus Illustr Albertus Marchio habuit, ad Illrem Principem dńm Georgium Marchionem Brandenburgen, et ipsius legittimos successores masculini feudi heredes, venire et deuolui debent.

Si vero etiam Marchio Georgius, sine legitimis feudi heredibus Masculis, vel eius heredes post eius obitum, sine legitimis Masculini generis, feudi heredibus, ex humanis concederēt, dictē terrē, Ciuitates, Opida, et Arces, ad Illrem Principem dńm Cazimirum, et eius masculos feudi heredes deriuari et deuolui debent,

Si aūt predictus Marchio Cazimirus, sine prole Mascula feudi herede decederet, aut eius feudi heredes, post ipsius mortem, liberos masculos feudi heredes post se nō relinquerēt, tunc nominatē terrē, Ciuitates, Opida et Arces in Prussia, ad Illrem Principem dńm Joannē Marchionem Brandenburgen, et eius veros, legitimos masculini

generis feudi hæredes, devolui debent. Ita q; dicte terre, Ciuitates, Opida, et Arces, vbi diuina ordinatione huiusmodi casus, futurisque temporibus, accideret, de fratre in fratrem predictos, et eorum legittimos feudi heredes Masculos redeat ac devoluatur, sine nostro, heredumque, et successorum nostrorum Regum, ac Regni nostri Polonie, impedimento, Ita tamen, et quociens se obtulerit eiusmodi casus devolutionis, de vno, in alium predictos fratres, et eorum legitimos feudi heredes Masculos, debebunt illi, et quisque eorum debebit, nobis, et successoribus nostris Regibus, ac Regno Polonie, infra tempus debitum, ac legittimum, debitam subiectionem, et feudi obligationem, ac homagium prestare.

Quod si quatuor predicti fratres de Domo Onspach, diuina voluntate, sic disponente, sine Mascula prole, feudi herede, ex lumbis eorum, ordine suprascripto, procedente. aut eorum huiusmodi proles, similiter sine masculo feudi herede, legitime ex lumbis eorum procedente decederet. tunc omnes et singule terre, Ciuitates, Opida, bona, et Arces suprascripte, ad nos, et Successores nostros Reges, et Regnum Polonie, sine omni impedimento, ac contradictione, devolui, ac redire debent.

Debebit item ipse Illustris dominus Albertus Marchio, et Dux in Prussia, eiusque prenominati successores, et feudi heredes, pro hac nostra in se beneficencia, nobis et Regno nostro tale obsequium prestare q; vbi ratione huius concordie et concessionis feudi, à quocumque, cuiuismodi eminentie et conditionis Principe, seu Potentatu, impeteremur, aut successores nostri impeterentur, tenebitur ipse Illustris dominus Albertus Marchio, aut eius predicti Successores Duces in Prussia, in propria persona, nobis, ac

Regno nr̃o vbiqз, vnacu̅ omnibus suis subditis, et p sum-
mis viribus suis adesse. Quod vicissim nos, et successores
nr̃i Reges, ac Regnu̅ Poloniȩ, in eodem casu facere debebiз
et debebunt,

Vbi aũt contingeret, q. nos, vel successores nr̃i Reges et Re-
gnu̅ Poloniȩ, altera quavis ex causa, tam ab Infidelibз, qз
ab quocumqз alio impeteretur, et ipsi in persona propria ad
bellu̅ cu̅ subditis nr̃is proficiscerem(us), aut successores nr̃i
pficiscerentur, debebit dictus Ill̃ris dñs Albertus Marchio,
et Dux in Prussia, aut eius prȩnominati successores Duces
in Prussia, nobiscu̅, cum centu̅ Equitibus armatis, profi-
cisci, et intra limites terraru̅ Prussiȩ, nobis servire,

Quod si educere extra terminos Prussiȩ, illu̅, aut eius successores nos et
successores nr̃i voluerint, debebimus ei nos, et successores nr̃i debebũt
ad eosdem Centu̅ Equites, stipendiu̅ tale prebere, quale da-
ri aliis nr̃is Mercenariis Equitibus est solitum.

Vbi vero nos, vel successores nr̃i, vellemus ipsu̅ dñm Albtu̅
Marchionem, aut eius nominatos posteros, nobis vel succes-
soribus nr̃is, maiori comitatu servire; debebimus nos, et
successores nr̃i hys omnibus Militibus, quos vltra Centu̅
predictos conducere posset, mox post egressu̅ à Domibus
ipsoru̅, stipendiu̅, quod nr̃is Militibus dabitur, illis, qз
diu servient persoluere. Si aũt plures, qз centu̅ pdictos
Equites, ipse Ill̃ris dñs Albtus Marchio, aut eius succes-
sores Duces in Prussia, educere nõ possent, nõ debebimus
nos, aut successores nr̃i, ab illo, aut posteris eius Ducibз
in Prussia, plura exigere

Preterea non debebit ipse Ill̃ris dñs Albtз Marchio, et eiз

noiati feudi successores, Duces in Prussia, quicq3 ex terris, Ciuitatibus, opidis, arcibus, et bonis predictis, vendere, Verum si ad hoc illum, aut successores eius ingens vrgeret necessitas, tenebitur nobis et successoribus nris, tanq3 Dnis suis hereditariis, ante omnia denunciare, Quod si nos ipsi emere, no curauerimus, aut heredes, et successores nostri no curauerint, in hoc casu postea ipse dns Albtus Marchio, et Dux in Prussia, aut eius legitimi feudi heredes, seu successores, cuicumq3 voluerint, vel poterint, liberam vendendi habebunt facultatem, Regalibus tame nris feudi, et obsequiorum Iuribus, semp saluis remanentibus.

Poterit eciam ipse Dux in Prussia, et eius feudi heredes, vbi eos necessitas vrgens premeret, ex bonis suis pdictis, quantum opus foret, impignorare, suis duntaxat subditis et vasallis, vt eadem bona vnita, et indiuisa pmaneat, Que, ecia et singula suprascripta, et quecumq3 alia, que Vasallus, et feudalis Princeps, erga suum naturalem hereditarium, et supiorem dnm, prestare ac obseruare tenet: Debebit ipse Illris dns Albertus Marchio et Dux in Prussia, ac eius feudi heredes legittimi successores, firmiter, et inuiolabiter adimplere, Nosq3 vicissim illum, et successores eius, omni gracia et fauore Regio coplecti, ac illos in Iuribus, et immunitatibus ipsorum conseruare, pro nobis et successoribus nris Regibus, et Regno Polonie pollicemur, In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium, sigillum nrum presentibus est appensum, Datum Cracouie feria secunda post Dnicam Palmarum proxima Anno Domini Millesimo Quingentesimo, Vigesimo Quinto, Regni vero nri anno Decimo Nono,

Quatuor millia florenorum ad mortem usque Ducis Prussie donata in singulos annos.

Sigismundus etc. Significamus tenore presentium universis, quia cum divino favore, Illustris Princeps dominus Albertus, Marchio Brandeburgensis, ac in Prussia, Stetinensium, Pomeranie, Cassubarum, Sclavorum Dux, Burgrabius Norembergensis, et Princeps Rugie, Nepos meus charmus, post controversiam, ad quam nobiscum devenerat, tandem ad nos veniens, medio Illustrium Principum, dominorum, Georgii Marchionis, fratris Germani, ac Friderici Ducis Legnicensis, Sororii sui, se nobis reconciliavit, magnaque et euidentia testimonia, et indicia, de sua erga nos fide, ac propensione exhibuerit, volentes eius Illustritatem in terris Prussie, quas illi in feudum dedimus, et que bellica sevitia, magnum detrimentum sunt passe, relevare, ac illum nobis, et Regno nostro, maiori beneficencia devincire, dandum, et donandum illi duximus, annuum stipendium, quatuor Millia florenorum in auro, vel pro singulis aureis, viginti octo grossos integros, monete et numeri Regni nostri presentis, harumque serie literarum damus, donamus, et assignamus, ad terminos vite Illustritatis sue, per nos et successores nostros, quottannis solvendorum, Ita videlicet, quod primam ratham anni huius solvere debebimus, ad festum sancti Michaëlis proxime futurum. Alteram vero ratham, ad festa Pasche, anni domini Millesimi Quingentesimi, vigesimi Septimi, et deinceps singulis

annis sequentibus, ad festa Pasche, dictam summam, quatuor millium florenorum Renen, soluere, nos, et successores nostros Reges Polonie submisimus, et presentibus submittimus, ac obligamus. Promittentes in verbo nostro Regio, pro nobis et Successoribus meis regibus Polonie, quod eam donationem ratam, et firmam habituri sumus. et illi semper, quoad sua Mtas vixerit, satisfaciemus. et Successores nostri, Reges Polonie satisffacient, In cuius rei testimonium, sigillum meum est presentibus appensum. Datum Cracouie, feria quarta proxima post Dominicam Palmarum, que fuit duodecima Aprilis. Anno Domini. Millesimo, Quingentesimo, Vigesimo, Quinto. Regni nostri Decimonono.

Promissio Prussorum: q, deficiente prole mascula domus Onsbach: regibus et regno polonie parebunt et se subycient Approbant concorda iureiurando.

Nos infrascripti Erhardus, Electus Pomesaniensis. Fridericus dns de Haydek. ordinis Teutonicorum in Prussia, Henricus de Kittlicz. Georgius de Kunheym, Nomine Nobilium, Nicolaus Richan. Mgr Ciuium Ciuitatis antique. Crispinus Schenbergk Consul in Kueibhoff, nomine maiorum et minorum Ciuitatum in Prussia, palam facimus. et recognoscimus, cum retro temporis, multa grauiaqz bella, inter Sermos Polonie Reges, et Inclytos Theutonici Ordinis Magnos Mgros, tantis odiis inueteratisqz dissidiis, in vtriusqz Populi, et Polonici et Prutenici, calamitate gesta sint, vt parum hactenus profuerint, contractus. et pacis foedera, summorum Pontificum. Impatorum. Regumqz auctoritate semper interposita. Cuius mali origo hinc dimanauit, q Prussie terra, nam de huius proprietate tantopere pugnatum est, Rectore hereditario caruit, cum hinc Reges Polonie, illinc Magni Mgri, et militaris ordo, Jus suum pretenderet, mallentqz armis, qz pia Christiana Concordia negocium transigere, peruenit eorum maiorum, non parua porcio ad nram vsqz ætatem, sicqz paucis abhinc annis, oborto iterum ea de re bello, concurrentibusqz infestis signis Sermo Rege Sigismundo, et Illmo Principe Alberto, magno Mgro, quanta vastitate vtraqz terra affecta sit, ostendunt ipse ruine, et calamitas

miserorum, Sunt vastati agri, abducti coloni, effusus san:
guis Christianus, vim passe mulieres, stuprate virgines
prophanate sacre edes. Pretereaq3 alia scelera, et bellorum
incommoda perpetrata, que turpe est audiri, nedum fieri
in populo Christiano. Cuius belli immanitate moti, et
miserorum fortuna misecti, Summus Pontifex. Sacratissima
Caesarea Mtas, Sermus Hungarie, Bohemieq3 Rex, ad In:
ducias Quadriennales, vtramq3 partem, piis rationibus,
flexerunt, eo proposito, vt quadriennio illo Induciarum,
veterem discordiam omnino tollerent, et firmam pacem
inter nos finitimas gentes componerent. Erat spes bona
nobis, fore, vt aliquando concordia pro discordia veniret.
Caeterum cum Christianus orbis, vndiq3 bellorum tumultu,
variisq3 perturbationibus vexaretur, factum est, vt tam
pium consilium, tantorum Rectorum Rerum publicarum, de
concordia statuenda, impediretur. Quandoquidem quadri:
ennium Induciarum irritum abiit, vt eius fine, pro pace, bellum
videretur renasci, Quod sane ita erat in manifesto, vt
aut ipsum, noua cum Christianorum calamitate fuisset sus:
cipiendum, aut in Contractum Thoronensem, cui titulus est,
perpetue pacis, conniuendum.

Quando igr versaremur, inter duo eiusmodi pericula, vt
aut arma, Patrie nostre, intolleranda, deinceps forent ca:
pessenda, aut necesse esset consentire, in Concordiam, et pre:
dictum Contractum perpetue pacis, nec in aliam partem
se flecti pmitteret Sermus Rex Polonie, et Inclytum eius
Regnum, respexit. Deus propicius oculis, in pias preces,
calamitate afflicti populi, deditq3 ex improuiso, pios ac
prudentes pacis per alium modum Procuratores, Illmos

Principes, et dños, dñm Georgiu Marchionem Branden-, burgensem, etc. et dñm Fridericu Ducem Legnicew etc. quos vetus discordia et periculu redeuntis belli, non minus movit, q͡3 si eoru res ageretur, cum sint vtriq͡3 parcium sanguine et affinitate coniunctissimi, Hy diui-na inspiratione inuenerunt Articulos Transactionis, et pacis, cum iustos tum Christianos, Qui si bona fide custodiantur, nõ erit amplius timor, de periculo renascituri belli.

In primis aut̃, sua prouidencia curarunt, quo prẽstingue-retur fons, vnde hactenus tot mala fluxerunt, scilicet vt habeat terra Prussia, Principem hereditarium, qui in-stis de causis superiorem recognoscat Sermu Regem Po-lonie, et Inclytu eius Regnu, quandoquidem certis indi-ciis et argumẽtis haud fallacibus, iam tandem euidẽter cognouimus, fundum et solum terre Prussie, intra fines limites, et in Circulo Ditionis Inclyti Regni Polonie cõ-tineri et concludi,

Quando aut̃ nihil pocius esse debet Christianis pectori-bus, q͡3 cum omnibus si fieri possit, inprimis vero, cum Vicinis, in pace et tranquillitate viuere, quam nob Ma-gister noster Christus, et eius Discipuli tanta cura, et studio commendarunt, volentes accessimus ad tam pior Principu oblatas conditiones pacis, qua hactenus indigni visi sumus, et nunc diuina commiseratione do-namur, Idq͡3 eo libencius fecimus, q nos ad eandem transactionem amplectend, clarissimus vir dñs Joannes Statilius Prẽpus Eursiew Secretarius et Dx

dni Ludouici Hungarie et Bohemie Regis Serm̄i, dni n̄ri graciosissimi, adhortabatur duplici nomine, cum q ad percuciendu foedus pacis missus esset, tum q propositi articuli transactionis iusti ac Christiani à prefato Sermo Rege indicarentur, qui ceu alter summoru Arbitroru concordie statuende in Quadriennalibus Induciys, nihil eque ad se pertinere affirmauit, q3 vel in ipsis Induciys, vel post finem earu, inter Principes, vtrinq3 sibi coniunctissimos, et populos vicinos, pacem procurare, Ideo consensimus et consentimus, in transactionem et Concordia inter Sermu dnm Sigismundu Regem, et Inclytu Regnu Polonie, ex vna, et Illmu Principem dnm Albtu Marchionem Brandenburgeu etc. haeredes et successores ex altera partibus, super feudo, Iuribus, et proprietate predicte terre Prussie, ac alys punctis, articulisq3, per prefatos Illmos Principes dnm Georgiu Marchione etc et dnm Fridericu Ducem Lignicen etc. pacis mediatores, Anno, Millesimo Quingentesimo Vigesimo Quinto. die nona Mensis Aprilis. Cracouie ad nraz petitioez et placitu, conceptam, et confectam, Ipsamq3 in oibus punctis, et articulis, perinde ac si inserta hic esset, nros, Constituentiu, haeredu, et successoru, nomine laudamus, approbamus, et cu magna hilaritate, animiq3 gratitudie suscipimus et amplectimur, pro nobis prefatis constituentibus, haeredibus et successoribus nris, sincera et Chriana fide, et sub honore nro, necnon Iurisiurandi sacrameto firmiter et constanter Promittens, et efficaciter nos obligantes, q eandem concordiam, transactione vt prefertur, in omnibus et singulis articulis et condicoibg

fideliter, et irrenocabiliter sine fraude et dolo, rata et grata habere et perpetuo obseruare, nec vnq; per nos aut submissas personas, quouis pretextu, sine colore publice, vel occulte ipsi contrauenire volumus nec debemus. Renunctiantes preterea, omnibus et singulis, Juribus Priuilegiis, et exceptionibus, quibus eandem Concordiam impugnare, infringereue possemus.

Porro si Illrimus Princeps, et dns Albertus marchio Brandenburgen etc, in Prussia ~~Princeps~~ dux etc, quem de voluntate prefati Serrmi Regis Polonie Sigismundi, in hereditarium dnm suscepimus, et pntibus suscipimus, necnon Illtis sue, veri et legitimi feudi heredes masculi, et subinde Illmi Principes, et dni Georgius, Casimirus, et Joannes, vna cu omnibus suis ltimis feudi heredibus, e vita migrauerint, et prefata terra Prussie, ipsis in feudu concessa, iuxta inscriptionem predicte transactionis, ad Sermos Reges, et Regnu Polonie, deuoluta fuerit q nos Sermis Regibus eisq et Regno Polonie, cui nos vnanimiter, sponte, et ex certa sciencia, vna cu predicto Principe nro, tanq; superiori dno, subiciemus, et exnunc subicimus, nec cuiq; alteri adherebimus, obediemus, et subiecti erimus, sed eosdem Sermos Reges, et inclytu Regnu, pro Dominis nris, quoad vtile et directu dominiu, meru et mixtu Jmperium in perpetua subiectione profitebimur, et recognoscemus, Saluis tamen semper manentibus, omnibus et singulis transactionibus, articulis, quibus in hoc casu terre Prussie cautu est, Jn quoru omq; fidem et robur, nos supra scripti Oratores nomine constituentiu, et nro has lras sigillorum nrorum appensione muniuimus. Datu Cracouie.

Anno Domini et Saluatoris nri Millesimo. Quingentesimo Vigesimo Quinto. die vero nona mensis aprilis, que erat dies Dominica Palmarum.

Andreæ Critii Episcopi Præmislien. Ad Joannem Antonium Pulleonē. Baronem Burgi, Nuntium Apostolicū in Hungaria de negotio Prutenico. Epsla.

Stanislaus Hosius, lectori.

Quis magis est clemens inuicto Rege Polono?
Dic sodes, quisquis tam pia facta leges?
Hostilem potuit qui cùm fudisse cruorem
Extirpasse manu funditus exigua;
Abstinuit tamen; et vultu suscepit amœno.
Viscera quem sciuit diripuisse sua.
Id quod in hoc tradit nitido faciliqꝫ libello.
Qui decus est vatum gloria Pontificū.
Quem tu si memori lector studiose reuolues,
Mente, sciès quo hæc res sit acta modo.

In somnium Alberti Marchionis. Mathiæ Pyrserij.

CVM. daret Albertus Dux alto membra sopori
È cœlo est illi visus adesse DEVS.
Cur mea sic, inquit, circumfers symbola pacis,? (curen)
Pectore, cùm maneat bellicus vsqꝫ furor?
Quem crucis hîc gestas, omnem deponito fastum
Meqꝫ fide et votis disce vocare piis.
Sigismundo Regi subsis, Dux inclytus, ille
Auxilio poterit rebus adesse tuis.
Est bonus, est clemens, omni virtute redundans.
Dixerat, et Sedes iuit ad æthereas,

Ioanni Antonio Pulleoni

Baroni Burgi Nuntio Apostolico in Hungaria agenti.
Andreas Cricius.

Audio te mirari, mi Baro, Magistrum ordinis quem vocant Sanctæ Mariæ Theutonicorum, Ducem in Prussia creatum, eamque Methamorphosim non probari à te, hoc nomine, quod et à religione et à piis studiis Ser^mi Regis nostri, quodam modo aliena videatur. Quare vt cognoscas, nihil, cum ab ipso religiosissimo Principe, tum à Senatu nostro, actum esse perperam et inconsultè, explicandas tibi duxi succinctè causas et rationes, quæ nostros, ad eam pacem conficiendam, adduxerint.

Primum mi Baro, constat fermè vniuerso orbi hanc controuersiam Pruthenicam, et tot prælia, tot lites, tot turbas, quæ etiam vniuersam Rempublicam Christianam concutiebant, non alia de causa obortas, quam quod Reges Poloniæ, terras Prussiæ vtpotè suas hæreditarias, asserebant: Magistri verò et ordo ille, Regibus Poloniæ, vt hæreditariis dominis, parere et subesse reluctabantur, donec superis iustitiam nostram adiuuantibus, eò res venisset, vt ordo ipse, cuius Imperium adeò excreuerat, vt maximis quibusuis Regibus par censeretur, succumberet tandem, et cum tota ditione sua in subiectionem Regibus et Regno Poloniæ solemni concordia et pace perpetua, cederet. quam longissimo tempore obseruatam, cum postea refectis viribus, rursus ordo ipse infringere cœpisset, reque aliquandiu dissimulata et flamma sensim inualescente, tandem erupisset hoc postremum incendium, ac illud è vestigio Diuus Leo Pontifex; demum Adrianus Sextus, vltimo verò Beat^mus Clemens noster, præterea Cæsarea M^tas, Ser^mus Vngariæ et Bohemiæ Rex, ac plerique Germani

Principes extinguere studuissent, factis quadriennalibus Induciis, sperantes per arbitrariam cognitionem eam controuersiam componi posse: idq3 minime successisset, sed nec succedere forte vnquam potuisset. Atq3 id videntes Ill mi Principes, Georgius Marchio Brandeburgen, et Fridericus Dux Legnicen, et Inferioris Slesiæ Capitaneus, veriti ne bellum acrius ineruideseret, edoctiq3 Comitia regni Piotrcouiæ de ipso negocio agi, rem suo Marte aggrediendam, pro debito necessitudinis duxerunt, venturosq3 se illuc ad proponendas Mti Regiæ nonnullas conditiones et modos pacis significarunt. Quia vero Comitia tum soluebantur, visum fuit rem Cracouiam reijcere, quo demum sequuti fuerunt Mtem suam plerique Consiliarij, tam Ecclasi quam seculares, et facultas Conuentus generalis fuit eo, quo ad ipsam actionem producta.

Venientes autem prædicti Principes, ingenue e vestigio et citra vllas ambages id quod attulerat proposuerunt. Non posse vllam certam et firmam pacem cum Ordine constitui: nec eum esse ordinem aliquem, qui ordo putaretur: proindeq3 haberet bona nonnulla in Prussia Magister, Iure vt vocat feudi, et ex illis subiectionem debitam Mti Regiæ, vti hæreditario suo domino præstaret: Duxq3 in Prussia et Princeps Regni Poloniæ crearetur. Eandem esse voluntatem et postulata, cum ipsius Magistri, tum omnium membrorum et subditorum ordinis: qui quidem Ordo iam alioqui tempore sic ferente, deficeret.

Res ea ad Senatum relata, primum non mediocrem omnibus admirationem, mox varias varijs sententias et opiniones iniecit. Quibus enim conditio non probabatur, has potis-

simum rationes adducebant. Ordinem hunc, vt creditur, Sedi Aplicae subiectum, proindeque sine authoritate illius destrui non debere. Caesarem et nationem Germanicam, quod ad se ordo ipse pertineat, persuasum habere, vnde pro pace maiora bella oriri posse in futurum. Magistrum et comendatores abiecta religione vxores ducturos, id nostro consensu fieri, male apud omnes Christianos auditurum. Non fidendum esse his, qui ab vnitate sanctae matris ecclesiae desciuerunt, quique votum et Iusiurandum DEO praestitum non servarent, minus hominibus seruaturos. et alia id genus, quae verbis extensa, varie animos Senatorum afficiebant. Qui vero diversum senserunt, in hunc modum praedicta diluebant. An ordo esset seu religio eorum, qui militiam profiterentur, nec ne, Aut, cui, ratione ordinis, subessent, nostra nihil refferre.

Verum cum olim Pruthení Principibus Polonis ad fidem conversis, solita tributa et debita pendere recusassent, damnaque insuper plurima Regno Poloniae inferre consueuissent, accitos fuisse ipsos milites, illicque in Prussia ea ratione collocatos, vt aduersus infideles, Principibus Poloniae auxilio essent, et tras sub rebellibus Prutheniis partas, cum illis partirentur. Milites vero ipsos, vbi radices altius in terris illis agere coepissent, impetrasse clam lras, cum à Sede Aplica, tum etiam à Caesare, vt quas terras sub infidelibus nacti essent, illas obtinerent. Successu itaque temporis, et Monarchia Regni in multas partes scissa, eos ipsos milites, Polonos pro infidelibus premere et infestare coepisse; occupatas terras meram haereditatem Regni Poloniae, oppidis et arcibus firmasse, omniaque hostilia nunquam moliri destitisse. Sed et domi subditos expilare vxoribus eorum abuti, puellas et virgines violare; dies et

et noctes potare, ac pergraecari: nihil denique diuini humaniq pensi habere. unde bella ingentia cum Polonis, et defectiones iustissimae subditorum secutas. ... Et quamuis saepe caesis et succumbentibus Cruciferis, omnis ipsorum ditio in potestate Polonorum redacta esset, maiores tamen Ser.mi Regis nostri, se ad pacem et concordiam saepius ineundam adduci passos, quam nihilominus milites ipsos semper infringere solitos fuisse. Ac denique pace perpetua authore Legato Sedis Ap.licae facta: et subiectione seu homagio, ut vocat, per Magistros pleros et subditos omnes longissimo tempore Regibus Poloniae praestari solito: neque dum finem hanc tragoediam habere potuisse, data etiam illi maxima occasione per Sedem Ap.licam, recusantem semper eam pacem confirmare, quae alioqui per Legatum eius fuisset composita. Unde periuria saepius comissa, et bella denuo proximis temporibus orta esse, quae M.tem Regiam, quominus tueri se ab infidelibus, et Nepoti suo Ser.mo domino Regi Hungariae et Bohemiae adesse posset, distinebant, ac prorsus impediebant, cum maxima totius Reipublicae Christianae iactura et detrimento.

Quare cum ordo ipse constitutus esset in eo loco, septo undique dominiis Christianis, ubi secundum professionem suam, nihil rei Christianae comodare posset, quin etiam bene de illa merentes interturbaret, foederaq et societates cum Scysmaticis et infidelibus iniret aduersus Christianos, et dominos suos haereditarios, ac nihil denique ordine seu religione dignum ageret; Nihil iustius, nihil Regno Poloniae, et toti rei Christianae utilius contingere potuisse, quam ut dudum haec pernicies religionis extincta fuisset, quemadmodum in pleris alijs regnis et dominijs Christianis factum constat, citra ullam Sedis Ap.licae authoritatem, quam adeo nunc demum non agnoscere ipsum ordinem, ut nihil apud illum nomine Pontificis inhonestius sit

et contemptibilius. Cum vero constitutum esset in Conventu gnali novissimo, neque pacem neque Inducias cum ipso ordine incundas, sed illum ex terris illis exturbandum: quandoquidem eo durante nullam unquam pacem vel concordiam firmam fuisse, futuramque esse in posterum satis experimento constaret. Discrimen vero comune cum Regno Hungariæ, suaderet concordiam qualemcunque faciendam et arma in Turcas convertenda, nihil optabilius, et magis ex usu accidere potuisse, quam et ordinem non minus quam olim Templarios, noxium, à semetipso, sine bellico strepitu destrui, et pacem unà rei christianæ pernecessariam confici. Hoc uno turbarum fomite è medio sublato, neque Pontificem, neque Cæsarem, aut nationem Germanicam, ullam iustam causam adversus polonos quicquam agendi habituros: cum ordo is esset, qui modo pontificiam, modo Cæsaream, aut nationis Germanicæ, authoritatem et Ius prætexendo, et interim terras Regni Poloniæ hæreditarias occupando, hanc omnem Camarinam movere consuevisset. Quod si maxime liberet cuiquam polonos eam ob rem impetere, illos, uti hactenus fecerunt, constanter ac intrepide iustitiam et hæreditatem suam defensuros esse.

Quod autem ad religionem attinet significatum fuisse iampridem Summo Pontifici, Luteranismum, apud ordinem ipsum, sacrosanctum: Romanam vero Ecclesiam, execrabilem esse: plerosque comendatores quos vocant, et sacrificos nubere: altaria et imagines demolitas, Ceremonias et ritus Ecclesiasticos sublatos, Sacra omnia prophanata, hæcque non modo non animadversa et correcta esse per eius Sanctitatis, aut Cæsaream authoritatem, sed etiam ab utraque hactenus, ordinem ipsum, adversum nos Sedi Aplicæ fidos et obsequentes, continuoque cum infidelibus decertantes, fotum esse et adiutum. Neque Sermum regem, neque ullum Polonum

occasionem dedisse, neque etiamnum dare ordini religionis abyciendæ suum duntaxat Ius ab illo exigere: satis esse Regnum et dominia Regni Poloniæ ab hac peste hæretica, iam vbique in vicinia grassante tueri et conseruare. de alijs viderint alij, ad quos magis pertineat: qui cum pestem ipsam sinant indies magis inualescere et ad bella intestina solum intenti, ad tantam Ecclesiæ perniciem Catholicæ et calamitatem oscitent et conniueat, cum præterea sublato per eam hæresim ordine, ditio ipsius ad Mtem Regiam et Regnum, iustissimè vt hæreditarium dominum, recidere debeat nec ea repeti à possidentibus, nisi armis et perniciosissimo tumultu, posset, consultius fore illam in feudum donare, hijs qui iam eam teneret et necessarij suæ Mtis essent, quam omnia æstu bellico miscere. et Regno Hungariæ, suoque tanta mole infidelium laborantibus adesse. Quos quidem necessarios, si quid delirarent, sperari posse sub religiosissimo Principe, et nationi incontaminatæ coniunctos, ad cor aliquando, et celerius quàm alia occasione, redituros. Quod si maximè non fieret, nullam tamen esse rationem, cur vel Regi vel Regno Poloniæ culpa impingi deberet: cùm non hac concordia, sed longè fatis quibusdam, vel furijs potius, non in Prussia solum, sed etiam in tota fermè Germania ad hunc modum erretur: Quam rem si Summates illi Principes, et quorum magis interest, sistere nequeunt, minus à Polonis prohiberi posse. Iusiurandum verò cùm vnicum sit et vbique receptum subditorum vinculum, quo et Rutheni et Armeni, Iudeique et Tartari, qui Mti Regiæ subsunt vinciuntur, non posse etiam ab illis eo quicquam sanctius aut arctius exigi.

Talibus vtrinque rationibus tota fermè quadragesima per Senatum nostrum satis frequentem, diligenter expensis et disputatis, conuentum est tandem, Nullam vnquam pacem vel Inducias

firmas cum ordine fuisse, necdum fieri posse, proindeq, cum, tempore sic ferente, à sua professione desisceret, et bona ipsius iniquè alioqui occupata ad Mtem Regiam, vti hæreditarium dominum Iure reci: derent, pro quibus in tanto Reipublicæ Christianæ discrimine, noxium foret bellum excitare, concederetur quod Magister et oës subditi eius postularent. De religione verò reficienda, cum vniversæ Germaniæ consultum foret quod iampridem tanto in: cendium exposcit, etiam huic minori parti facilè prouideri, et oïa ad rectum tramitem reduci posse, præsertim firmata in terris illis regiá authoritate.

Habes mi Baro causas et rationes totius transactionis, huius pacis et concordiæ, quæ si tibi minus idoneæ videbuntur, cogita eam esse horum temporum conditionem, vt plæraq mala minori dispendio tolerari possint, quàm vt acrius resecari deberent, et præ: sertim cum nos authores non simus erroris, aut præuaricationis alicuius, sed hac duntaxat occasione, in rem nostrã immò rei chrianæ abusi sumus. Nam vt ea ommittam, quibus probari posset or: dinem hunc nunq̃ boni aliquid de re Christiana meritum; vbiq verò et noxium fuisse, et seditiosum, certè vulgus haud imeritò existimat crucem hanc, eius latronis fuisse, qui redemptori nrõ ad sinistram pendebat, Proinde vt ominosam, à bono Principe et militibus ipsis desertam, de qua vt more nostro inter nos, tecũ iocer, addam et meum Epigrama olim æditum, cum huiusmodi nugas nostras tibi placere sciam.

Esse cruces triplices constat, tripliciq colore
Distinctas, dominũ quas gerit ordo triplex.
Est rubea, rectè hæc domini dicetur Iesu
Sanguine quæ illius facta cruenta fuit.
Est alba, et rectè hæc latroni congrua dextro
Mundarunt cuius paucula verba nephas.

Est nigra postremo, qui latronis, et istud
Quam recte, illius, non minus, ordo probat.

Sed de his hactenus. Nunc quo ordine et quibus ceremoniis, acta sit ea, quam dixi, Magistri Methamorphosis et subiectio seu homagium praestitum, accipe.

Dum hanc nouam consilii materiam versamus, dum capita et conditiones huius totius transactionis condiuntur et scribuntur, tota abiit quadragesima: quare actum et celebritatem quae circa huiusmodi homagia fieri consueuit, ad diem lunae sacrae hebdomadae statui oportuit. Eo igitur die in ipso diluculo, erigitur suggestum amplissimum prope praetorium vrbis, tectum sericeis et aureis stragulis et praesertim locus ille editior, quem vulgo Maiestatem vocant, vbi Rex cum Ser^mo filiolo sessurus esset. Concursus fit ad forum immensae hominum multitudinis, opplentur viae omnes quacunque incessus erat, armatorum virorum cateruis: satagit pro se quisque vel ornatus vestitu, vel armis instructus apparere. Interim M^tas Regia cingitur ingenti et splendida Senatorum procerumque suorum corona.

Accersuntur primum Orator Ser^mi Hungariae et Bohemiae Regis dominus Statilius Praepositus Cursiensis, vir, vt nosti suauis, et minime fucati ingenii: demum duo Principes Georgius Marchio, et Fridericus Dux, quibus omnibus M^tas sua comitata, et praecedentibus principibus, ac omnis ordinis Consiliariis et Aulicis, vexilloque pulcherrimo, nouo Duci de more cum Insignibus dando. Sequente vero Ser^ma domina Regina, cum Illmo principe filio et Reginulis, ingentique insignium foeminarum caterua, in essedis et carpentis decentissimis. Venit M^tas sua in praetorium, Ser^maque Regina cum cohorte sua in domum oppositam suggesto diuertit, vt illinc comodius eam actionem spectare posset. Principes vero duo ad diuersorium Magistri concedunt, dum Rex, ornatu

Regali indueretur, eo videlicet, Sandalys, amictu, alba, Dalmatica chlamide seu pluuiali, et corona. Erant qui, pro moribus huius seculi aegrè ferrent, Principem eo ornatu indutum, veluti quae Sacerdotes ineptè commenti essent; non perpendentes Regem omnium Regum Jesum Christum, eo modo ornatum fuisse ad ignominiam: qui modus postea cessit in eam memoriam et dignitatem Regum Christianorum. Nec intelligentes, regiam potestatem à religionis subsidio dependere, quandamque habere inter se etiam apud Ethnicos affinitatem et coniunctionem. vnde priores illi clarissimi Romanorum Imperatores, ydem Summi Pontifices extiterunt, vnde etiamnum reges itidem, vt sacerdotes ex more et lege veteri, vnguntur, et sacri Reges sacraeque Mtes appellantur. Maluissent hi ipsi Censores optimum principum, armatum, ceu Thrasonem quempiam in theatrum producí: cum tamen innumeri Christiani et fortissimi Reges ac Imperatores, ornatu isto sanctissimè instituto, in his et alys id genus actis semper sint vsi, qui nihilominus armorum suorum clarissima gesta posteris reliquerunt, nunc hy, qui magis arma crepant, seque in illis, cum opus non est, ostentant, minus armis cum opus est, agere solent. Sed ad rem coeptam redeo.

Induta Mtas sua ornatu Regio, processit de praetorio in suggestum, media inter Rmos dominos Archiepiscopum Gnesnensem Primatem, et Episcopum Cracouien praecedentibus contiguè primarys dominis Consiliarys secularibus. Sceptrum, pomum et gladium Regium ferentibus, ac innumeris proceribus alys, sequentibus verò reliquis Epis et Secretarys. Vbi in solio Regio Mtas sua consedisset. venerunt primum Epus Pomesanien et plerique Consiliary et subditi Illustr. Principis alberti Marchionis qui oratione decenti facta, quod gratias agerent domino DEO

de sublatis et compositis tandem omnibus controuersiis et bellis
Christianae Reipublicae perniciosissimis, quae in Prussia per tot
annos gesta essent, nec hactenus pacari potuissent, idque pia opera
et Christiano studio Illustrium principum, Georgii Marchionis
Brandeburgen, et Friderici Ducis Legnicen, Suppliciter a Mte
sua petierunt, vti Nepotem suum Illustrem Albertum principem,
in gratiam suam suscipere, et illi terras ac bona condicta in feudum
tradere et concedere, illumque principem feudalem Regni sui
creare dignaretur. Postea venit ipse Illustris princeps
medius inter duos dictos principes, ac ferme in eandem sententiam
comptius tamen, vti est ipse patrio sermone disertissimus, verba fecit,
singularem fidem, supplicitatem et subiectionem testantia. Responsum
est tam Consiliariis prius, quam ipsi principi deinde, latinis verbis
ac illa rara facundia et lepôre, quem nosti, per Rmum dominum Petrum
Tomiczki Epm — Cracouien: Bellum videlicet, quod inter Mtem Regiam, et
eundem Principem intercessisset, gestum esse ab eius Mte animo
inuitissimo, quandoquidem esset illi tam arcta necessitudine princeps
ipse coniunctus, et discrimen rei Christianae postularet maxime
omnium Principum Christianorum inter se pacem et concordiam.
Proinde cum diuina benignitate, essent tandem tot difficultates
et controuersiae compositae, et eius Illtas tantam fidem et pro:
pensionem erga illius Mtem, et Regnum eius testaretur, missam
facere non grauatim eius Mtem, omnia quae animum suum offen:
debant: et tam ipsum Principem quam omnes subditos et optimates
eius, omni fauore et gratia complecti velle, eamque pacem et
concordiam quae condicta sit, amplecti et seruaturam esse. Idque
potissimum causa Reipublicae Christianae, et tot postulatorum
Sanctmi domini nri Papae, Caesareae et Catholicae Maiestatis,
ac Sermi Hungariae et Bohemiae Regis, cuius status id po:
tissimum exigeret aliorumque Principum Christianorum, concedereque

illius Mtem haec singula, quae tam ipse Princeps q̄ eius subditi postularent, ea spe, quod se deinceps erga eius Mtem, et Regnum ipsius ita gerent, uti probos et fidos subditos erga suum dominu haereditarium decebit.

His finitis, accessit Princeps ad solium et pedes Regios, ibiq genuflexus, accepit ab eius Mtis manibus vexillum et Insigne, aquilam nigram cum S lrã, coronata in pectore, cuiq institutione ore Regio facta ad Ducatum et tras designatas in Prussia. Deinde super libro Euangeliorum, ac tenēs vexillum, fratre vero Marchione Georgio, qui proximus successor est caudam ipsius vexilli contingente, praestitit Jusiurandu in haec verba.

EGO Albertus Marchio Brandeburgen, in Prussia, Stetinen. Pomeraniae. Sclauor. Cassubaru. Dux. Princeps Rugiae, et Burgrabius Nuremberge, promitto et Juro, quod Ser mo Principi et dño dño Sigismundo Regi Poloniae Magno Duci Lithuaniae, Russiae ac omniu trar Prussiae domino et haeredi, sicuti meo naturali domino, et eius Mtis haeredibus et successoribus Regibus, et Regno Poloniae, ero fidelis et obsequens, eiusqz Mtis, ac haeredum, et regni Poloniae bonum procurabo, et damnu praecauebo, ac omne id faciam, quod ad fidelem vasallum pertinet. Ita me DEVS adiuuet, et haec sancta DEI Euangelia.

Accepto h eiusmodi Juramento Mtas Regia, gladium educens, nouu ducem praecinxit, et vocat, equestri dignitate, imposita illi etiam torque aurea, regio munere non indigna. Mox hospites primu, dehinc omnis ordinis homines, qui magna pressura ad id equestre munus contendebant, sunt praecincti.

Quibus omnibus peractis, ac depositis regalibus indumentis redijt eius Mtas cum toto illo comitatu in Arcem. vbi actis primum in Eccl'a solenni cantu DEO gratijs, et benedictione Pontificali accepta, reliquijsq sanctorum patronorum cum à Mte sua tum à Principibus osculatis: demum eius Mtas, in Regia sua omnes, tam hospites quam suos optimates ac proceres, lautissimo prandio excepit. Duo dehinc dies in conficiendis lris vltro citroq dandis sunt consumpti. Tandem Principes omnes donati ampliter, et eorum Consiliarij, die Jouis Sacro discesserunt.

Accipe mi Baro suauissime pro meo longo silentio, de quo toties conquestus es, verbosissimas lras, adeo tamen synceras et fideles, vt nihil vel eorum praetermissum sit, quae secretius et liberius sint in consilio nostro agitata et dicta. Non quidem in contumeliam vel ordinis vel cuiusuis alterius, sed ad declarandum duntaxat, quod vtrinq non sine iustis ac decentibus rationibus sit ea pax et concordia hoc modo composita. Nunc mi Baro lepidissime vale perpetuo, et me dilige, tuamq aliquando de his et alijs rebus sententiam ad me perscribito.

Cracouiae 1525.

In Arma & insignia Ducis, et frar. Prussiae Andreas Cricius

Scissa prius fueras magnisq; agitata procellis,
Prussia, cum aduersus Regibus ordo fuit,
At nunc Sigismundo Rege. Albertoq; nepote.
Haeredi tota es subdita facta tuo.

Ad Ser.mu Sigismundu Poloniae Regem Mathiae Pirserij Silesij congratulatio.

Nuc merito Sigismunde tibi Rex inclyte Regum
Dicat Io Paean Marte Polonus acer
Quod per te patruo pax est sancita perennis,
Atq; nepos Regni subditus imperio.
Quot pater et auus quot gesserut aeria bella?
Vistula queis toties caede cruentus erat?
Non tamen hos poterat armis pacare furores.
Pacauit pietas, Rex tua et integritas.

SIgismundus I Rex Polonie Summo Pontifici

SAnctissime etc. Quod erat iampridem in votis, cum vestre S. eiusqz Predecessorum, tum omnium ferme Principum Christianorum, vt bellum, quod inter me, et Mgrum Prussie intercesserat, compositum esset vt pote, vniverse Rei christiane noxium et pniciosum, id tandem divino favore factum, vra Sctitas non ignoret, Cum enim Inducie expirarent, neqz vlla esset spes, tante controversie, per arbitros dirimende, venit ad me Mgr Prussie, condictis prius, medio Illustrium Principum, Georgii Marchionis Brandenburgen, et Friderici Ducis Legnicen, communium Consanguineorum et Affinium nostrorum, conditionibus pacis et concordie, que pro tempore fieri potuerunt, et quales mutua necessitudo nra postulavit, prestititqz ille mihi debitum suum, quod et maiores mei, et ego iustissime exigebam. Prestiti et ego vicissim erga illum, que Iure meo potui, presertim descisscente à professione sua Ordine illo, et terris omnibus Prussie, iustissima hereditate Regni mei, in potestatem meam redactis, Vnde sperem tanta bella et dissidia, non sopita solum et composita, sed etiam radicitus sublata et extincta, Alioqui Tragedia hec nullum vnqz finem habere potuisset, presertim cum subditi mei omnes, exigerent à me modis omnibus, neqz ab hoc instituto vllo modo dimoveri potuerint, in Conventu generali Regni mei novissimo, vel cogendum tandem Mgrum Prussie, ad prestandam obedientiam et homagium, mihi et Regno meo debitum vel illum ac Ordinem ex terris illis exturbandum.

Videns aut ego, quantā perniciem afferret, nō hys regionibꝫ solū, sed etiam vniuerse rei Christiane bellū resuscitatum, à quo me semper et vrā S. et ferme omnes Christiani Principes dehortabantur, elegi potius eam pacem, quę p ratiōe temporꝫ contingere potuit, et visa est solidior, q̄ꝫ omnino necessitate, et furore bellico, terras et haereditatem meā, et Regni mei repetendo, omnia vastare et destruere. Considerans alioquin iampridem in Prussia, nō de ordine solū, sed de tota prorsus religione, actū esse. Cui errori nullā adeò penitus occasionem vnq̄ꝫ prebui, vt eciā in hac pace conficienda, nihil nō tentauerim, quo omnia acta fuissent, iuxta obseruationem sancte religionis Catholice, prout omnes actus, et tractatus nostri, testari poterunt. Inter quos tamen, multa effeci cū Consiliarijs meis comoda pro Jurisditione Ecclesiastica, et restitutione bonorum Ecclesiasticorū in illis terris, quę acta et deplorata videbantur. Et spero subinde Deo propitio, et vrā S. mihi aßistente, reliqua sine magno strepitu, ad normā et debitum modum per me reduci posse, qui cupiam et paratus sim semper pro bono Statu Rei Christiane, et istius sancte Sedis Apostolice, non modo, studiū operam, et facultates omnes meas, sed et sanguinem, et vitā meā, si ita res postulet, exponere et profundere, neq̄ꝫ vnq̄ꝫ S. vrā aliter sibi de me, et subditis meis persuaderi patiatur. Nam et Pestem istam Lutheranā, perniciosissimumq̄ꝫ incendium eius, quo Regni mei proximus, et maior ardet paries, quanto labore et solicitudine extinguere, et à Regno meo arcere nitor, satis cum edicta et legatiōes meę, tum vel Nuncij et legati S. vrę testimonio esse possūt.

Significandum aūt duxi hunc successum Rei Prutenicę

S. vre, cum quia sciã illam, omni studio, ad cõmunẽ pa-
cem Christianorũ incũbere, tum eciã q, nõ ignorem, qua
cura et benignitate, me, et res meas omnes, complecti dig-
natur. proindeq3 spero non mediocrem inde leticiam, et
voluptatem, vrãm S. habiturã esse, Cui me eciã atq3 eciã
humiliter et ex corde cõmedo, et opto, vt diu viuat incolu-
mis et foelix.

Sigismundus I. Rex Polonie Erardo qweiss, nominato Epo Pomesaniensi.

Rde in Christo pater, sincere nobis dilecte, Credimus
nõ latere vrãm Ptem, quanto studio nixi fuerimus hac-
tenus, nitamurq3 eciamnum, ne quid eius labis ad Regnũ
et Dominia nrã pmanaret, qua hoc infoelici, et turbulẽto
tempore, omnia diuina et humana misceri et cõfundi vi-
demus, edocti satis cum priscis exemplis, tum vero hijs
que pre oculis sunt, quantas turbas et insolencias pararit ij,
qui sibi censurã corrigendi orbis sumpserunt, qualemq3
fructũ afferant rebus humanis, contempta et violata
sancte religionis Catholice instituta, Quare grauissĩo
animo ferentes, irrepsisse hanc pestem in terras nostras
Prussie, eisq3 pro virili cõsulere volentes, q, ob hoc iã
apud alios Reges, Principesq3, ac nationes Christianas,
quodam modo non recte audire incipimus, et nollemus
vllo pacto nos, et decus nostrum Regium, vel mini-
ma euismodi suspitione, ne dicamus nota, inquinari,

Postulamus à vra Pte, vt huic studio nro, manutene=
de isthic religionis Catholice, ita vt illam per manus
accepimus, adsit, et subscribat. Quod si ea res illi, non
perinde sit cordi, hortamur eam, curet saltem, ne quid
inter subditos nros Diocesis sue, contra norma vniuer=
salis Ecclesie, innouetur. Nam inde facillime, pacatis
iam isthic rebus nris, aliquid nouaru turbaru suboriri
possit, quod maximu aliquod detrimetu, et perniciem
secu afferret, Quod nos æquo animo ferre, aut tollerare
nequaqz possemus. Factura vra Ptas, pro sua pru=
dentia, sueqz professionis debito. Datu.

Sigismundus I. Rex Polonie Joanni Dantisco oratori suo apud Papam.

Cum Inducie, cu Mgro Prussie expirarent, ageretqz cum
Summus Pontifex, tum Sermus dns Rex Hungarie Ne=
pos noster, apud nos, de Induciis progandis, ad quas sub=
diti nri consentire nequaqz voluerunt, iudicantes eas, bello
futuras nocibiliores, proindeqz nos, ad prosequeda rem
nram, armis insisteremus, venit ad nos id senciens ipse
Mgr, cu Illbus Marchione Georgio, et Frederico Duce
Legnicen, transegitqz nobiscu cora tota controuersia,
prestito nobis debito suo, et datis illi per nos in feudu
terris, quas prius ante bellu nouissimu possedit.

De religione vero nihil inter nos est actu, cum quia in=
teresse nra non videbatur, tum q ecia ordinis Institutores

non fuerimus, tum vero q no in tota ditione ordinis p[ro]s[us]
de tota religione Catholica sit actu et deploratu, p[ro]indeq[ue]
abusi sumus ea condicione depravati t[em]p[or]is in rem pacis, cu
res aliter transigi nullo pacto potuit.

Inivimus etia Inducias cu Imp[er]atore Thurcoru his rationibus
adducti, quas Summo Pontifici nup[er] scripsimus, Quaru l[itte]raru
copia, tibi mittimus, vt si qui essent, qui isthic hos actus n[ost]ros,
tam in re Prutenica, q[uam] etia in ipsis Inducijs susceptis
suggillare vellent, haberes quo innocencia meam tueri
possis. Nam quod ad rem Pruthenica attinet, nos Ordinis
Curatores no sumus, sed hereditariu Ius nostru duntaxat
semp[er] exigimus, Religio Catholica semp[er] nobis cordi fuit,
pro qua neq[ua]q[uam] dubitans, vel sanguinem meum profundere.
tantu abest vt illi, n[ost]ra opera, vel consensu, esset quicq[uam]
per hanc transactionem detractu. Cum Thurco etia
quando alii rem habere decreverint, nos postremi no erimus.
veru nos solos in id discrimen, citra vllius auxiliu, ex-
ponere nolumus, quandoquidem tantis hostibus, quibus
vndiq[ue] septi sumus, vni satis esse non possumus. et pre-
sertim, cu videmus istos Summates Principes indies
longius, no solu ab expeditione g[e]n[er]ali, sed etiam ab omni
concordia et pace abesse.

Responsum a Sigismundo I. rege Polonie datum Nunciis Epi Varmiensis

Braunsberg et Tolkmit oppida Epi Varmien. feruente bello Prussiaco intercepta per Magistrum erant. Pace confecta Rex ea a duce prussie recepit, et aliquandiu tenens: ea Epo restituit.

Miratur Sacra Mtas Regia, q. Rmus dns Epus Varmien. et Capitulum eius subdubitare videntur, in eius Mtis in se clementia, et Christiani Principis offitio, quòdqz paululum sustinere grauatur, donec Mtas sua Regia, suis et Reipce rationibus prouideat, propter quas in presens Opida Bransberg et Tholkmit in suam potestatem accepit.

Et quamuis hec cause, quas explicastis videatur ecia Mti sue non parum habere momenti, ad ipsa Opida, sine mora resti-tuenda, tamē quia Mtas sua, id non suapte voluntate, sed suasu, et consilio suorum Consiliariorum fecit, nō est ei satis integrum, absqz illis, quicqz aliter statuere.

Satis sit in presens Rmo dno Varmiēn, et eius Caplo, q. Mtas sua Regia, nō eo aīo accepit ea Opida, vt illa sibi vsurpa-ret, vel aliqd alienum à pio et Christiano Principe committet. sed quia ista faciendum nonnulle rationes Reipublice, et Dnorum Consiliariorum persuaserunt.

Curabit tamen Mtas sua, vt interim prouetus eorundem Opidorum integrè conseruetur, et ab eis Luteranismus eradicetur, sub-ditiqz illi in fide, et obediencia debita retineantur.

Quare et ipse dns Epus, et eius Captum, interim boni consu-lant hāc dispositioēz Mtis sue Regie, et certo sibi persuadeant q. eius Mtas, in eo negotio, et oībus aliis rebus, vult se erga illos benigne, et equanimiter exhibere, eosqz gratia et bene-ficencia sua Regia cōplecti, et tueri dignabitur

Petrus Tomiczki Eps Crac: Vicecancell[s]
Carolo Duci Minsterbergen: Slesie Capit[o] generali

Illme Princeps, et due due et amice honoran[me]. Non mirum est spargi fama per Piccardos et Lutheranos, de mutata re=ligione Sermi dni Regis mei, vt magnis auctoritatibus errore suu fulcirent, Sic illis et Chrus et Apostoli, et Euangeliste Lutherani sunt, quos sibi solis vendicant, Veru nulla alia res his fabulis occasionem dedit, qz homagiu Ill. dni Magri Prussie, Mti sue prestitu, et illius in Ducem creatio, cu quo, nihil vnqz nobis, de religione negocii fuit, nrum dutaxat ab illo Ius exigebamus, Eo eu illu redegimus, vt debitu suu nobis prestaret, de aliis no erat cure, neqz facultatis nre. terras aliquas in feudu ipsi Duci dedimus, quando copimus Ordinem sua pfessione transgressu, et terras illas in Mtez Regia, vt hereditariu dnm recidisse, De quibus si hoc modo non coposuissemus, opus fuisset ad arma venire, que multu Reipublice Christiane incomodassent, Vtina ita pii, et re=ligiosi essent omnes Christiani Principes, omnesqz, vt est Sermus Rex, et Regnu nru, no laboraret Respca Christi=ana. Itaqz vra Illma D. no adhibeat aures hys vanissimis comentis improboru, et alys ne credant, psuadeat. Seruat enim Mtas sua, et seruatura est cu vniuersis subditis suis ea fidem et religione, qua à Maioribus suis p manus acce=pit, omni integritate et constantia. Foelicissime valeat vra Illma D. cuius bone gratie me comedo. Datu

Sigismundus primus Rex Polonie
Alberto Marchioni Brandeburgensi
Et in Prussia Duci: nepoti ex sorore.

Illme Princeps, et dne Nepos noster charme, Accepimus lras vre Illtis, quibus declaras, vti se Status et mebra Ordinis Theutonicorum illi subiecerint, vtq3 distributis, pro victu et necessitate ipsorum, bonis, et possessionibus eorum, sint eius prouentus nimium attenuati et diminuti, petit à nobis impense, vt de prouidendo, et augendo ipsius statu, curam suscipiamus. Vtq3 opidum Brawmsbergk. illis certis conditionibus, tenendum concederemus, et duo millia florenorum, quę pro festo sancti Michaëlis futuro, illi à nobis, iuxta pacta, numerari debent, ad festum diui Jacobi pręteritum persoluerētur. Ac postremo, vt aliquid monetę, intra hunc et festa Natalis dni, excudere posset.

Charme Nepos nre, nos comendamus plurimum eam virtutem et ęquanimitatem, qua vsa est vra Illtas, in prouidendis hijs membris Ordinis, quę se illi subiecerunt, Quandoquidem ea conditione illa regenda, ab initio susceperat, et multi ex illis sortes Patrimoniorum suorum isthuc contulerunt, Et licet tam hoc modo, q3 etiam bello, prouentus eius sint imminuti, tamen ita ferendum est vt fides et iustitia, vtq3 temporum conditio exposcit.

Nos vero, et pro debito necessitudinis nrę, et etiam pro ea fide, et propensione animi, et obsequii illius, quę erga nos pręsefert, volumus libentissime eius Status augendi per omnē occasionē benignam habere curam et rationem

Verum. quod ad opidum Brawmsberg attinet, licet illud.

in presens ob certas causas, in potestatem nostram accepe-
rimus, tamen, quia neque usurpare, neque alienare quicque
Ecclesiasticum, dignum ducimus Christiano Principe, integrum
nobis non est, Opidum ipsum Maiestati vestrae conferre. Verum duo
Millia florenorum, faciemus in manus Michaëlis Spiß
numerari, à quo, illa, quando volet, accipere poterit.

De cudenda vero moneta, commisimus tractare Consiliariis
nostris, terrarum Prussiae, ut videlicet talis cuderetur, quae
ab omnibus sine detrimento capi, et communis isthic esse
possit. Proindeque Maiestas vestra, paululum expectare velit,
donec iste modus cussionis, bonae et communis Monetae
statuatur. Et foeliciter valeat vestra Maiestas.

Ratificatio eorum que acta sunt per legatos regios, missos ad tradendam possessionem Prussie Dno Duci Prussie

Sigismundus etc. Manifestu facimus tenore psntiu, Quia cum anno superiore, misissemus Mandatarios et Ores nros, Magcos et Generosos Georgiu de Baysen, Palatinu Marienburgen, et Gdanen Capitaneu, Joannem de Wiezwna, Castellanu Ploczen. et Capitaneu Brathianen, et Achaciu Ceme, Succamerariu Pomeranie, ac Schlochowien Capitaneu, ad tradendam nro nomine Investitura, ac possessione terraru quarunda Prussie, quas in feudu concessimus Illri Principi dno Alberto Marchioni Brandenburgen. et Duci in Prussia etc, ac illi retulissent ad nos testimoniu ipsius Investiture, ac possessionis tradite, et Juramenti subditoru illi prestiti, nos quoq3 testandu et declarandu duximus, ac psntibus lris nris testamur, et declaramus, q ipsa Investitura et possessione, per prefatos Ores nros tradita nro nomine, eidem Illri dno Alberto Duci, et Juramentu illi, à subditis eius prestitu, ratum, gratum, et firmu habemus, ac in posterum, et nos et successores mei Reges Polonie, habituri sumus, eandem Investitura et possessione, tenore psnciu cofirmates. In cuius rei testimoniu, sigillu nrm est psntibus appensu. Datu in Civitate nra Gedanen, Sabbato pximo, ante festu sancte Trinitatis. M° D.° XXVj°.

Joannes de Lasko Archieps Gnesnen. primas Sigismundo primo regi Polonie:

De Legatione ad ppam et expedicione Doctoris Misskowski .

Quando direxeram Romam, venblem do. Georgium Miskowski Juris vtriusqꝫ Doctore, Cancellarium meum, habui qdem mate-rias, priuatorum Ecclesie mee, et amicorum et seruitorum meoꝝ, negociis oportunas . itaqꝫ apud Sctitatem dni mei, captādo beniuolentiam, comiseram agere primum aliquid publicum.

Itaqꝫ Cancellarius dicebat testimonium obediencie Mtis vre R. quia vellet mittere Electos ex Prelatis Regni, sicut sua S. optat, siqdem Sctitas sua istud habere volet, cōcilio nō cele-brato, quod Mtas vra suadebat celebrandum . etc . porius, qꝫ ante id Prelati priuati ex Regnis christianis conuenirent etc.

Item sicut Mtas vra, Sūmo Pont, cōsuluit, sic vt lrās presente Archiepo eidem Pontifici scribi mādauit, sic Archieps, pro suo in Sedem aplicam debito, ex necessitate inualescentium heresum supplicat, q id sacro sanctum Concilium decernere dignaretur .

Item ante egressum de Regno Polonie eidem Cācellrō, quia contigit me Pontifici ex necessitate Loterismi scripsisse p cōcilio celebrā-do, et S. sua mihi Arcepo respondebat, quia nō satis Cesari meo cōfideret, tamē diligenter voluit facere, vt optimam cōsequeretur à Mte Cesarea confidentiam, tūc demum suas sollicitudīes pinas adhibere vellet p remouēdis ab eccta istis erroribus etc. Jcirco ego Arcepus, iterum iterumqꝫ Pontm. iam nō lrīs, sed oretenus p nuncium ppriu, eūdem scilicet Cancellm, nō solum suadebam sed orabam, vt Concilium esset celebratum, si sua S. saluare vellet ecctam vniuersa- tem.

à summis periculis, nunc imminentibus, vel maxime ob Luciferinum propagatorem, imminentibus, consulnique propter illam mihi notificatam Caesaris diffidentiam, in quibus locis credidissem securum fore, ut Concilium esset celebratum, quod pecii indici ob ista tempora, maliciis hominum impedita, ac ut aliquis reformatio esset universalis, etc. Igitur Pontifex in hac parte pro Concilio, et Caesaris meliori animo, mihi Archiepiscopo reddit aliter, quia cum Caesare perpetuae amicitiae conditiones condit.

Item circa Concilii proposita, avisata faciebam S. suam, per eundem Cancellarium ut cum nec per Concilium, neque aliter parari possit defensio contra Infideles, mirum non esset habitura S. sua, si Maiestas vestra R. saluti suorum, et Nepotis Regnorum consulens, treugas et concordias cum Infidelibus faceret: Et quia Thurcarum Caesar, tanquam optaret istud à Maiestate vestra, Igitur cum istius esset animi Caesar Thurcarum, non esset impossibile, quod Maiestas vestra includeret Papam, Italiam, Romam etc., in treugas, quod quia absque scitu S. suae forsan non esset tutum Maiestati vestrae, ut aut faceret, aut ego ipse suggererem. Volui per eundem Cancellarium meum, ex sua S. intellexisse, quo animo esset, Igitur S. sua reddit, pro treugis sic, ut est scriptum.

Item, quoniam metuebam, ne Summus Pont. contra me, et alios Praelatos, Consiliis istius Regni interesse solitos, sinistrum haberet animum pro novitate in Magistro Prussiae facta, commiseram dicendum non tamen motu proprio, sed si interrogatus esset, quomodo fuerit Magister Prussiae à Magistratu et professionibus suis religiosis destitutus, ac si ego et Praelati accusaremur, nullam Cancellarius meus de hac re faceret aut excusationem, aut declarationem, licet non ignorabat, quomodo fuerit processum. sed diceret, ut istud S. sua, ab Regia Maiestate vestra exquireret. Igitur et privatim et publice actum erat serum dataque ei fuit expeditio, sicut omnibus Respublicas repraesentantibus dari convenit, consistorialiter. prout continetur in cedulonibus singulis

Collocutio familiaris Sumi Pontificis Et aliorum cum Doctore Misskowski De concordia Prussiaca.

Circa prima Mensis May, venit rumor de concordia facta inter Mtem vram, et dnm Albertum Marchionem Brandenburgen, qui inicium habuit ex fratre suo, qui est in Curia Summi Pontificis, Ex rumore fuit Papa turbatus, et Curia tota. Inquirebatur inter Curiales Polonos, num aliqs haberet rem certam ex partibus, de facta Concordia pdicta Et cum per singulos responderetur, q non. Tandem Rndus dns Matheus Bibbertus, Epus Veronen, sue S. Datarius, vocavit ad se Cancellarium meum, et interrogavit eum, de facto concordie hys verbis.

Est ne verú, quod dicitur publicè, et scribitur à virys fidedignis Summo Pontifici, quia Rex vester Polonie, ex Prelato Regulari dno Alberto Mgro Prussie, fecerit et creaverit, auctoritate propria Ducem Secularem? ex bonis Ecclesie, et Ordinis, fecerit unum Ducatum, et ad eundem Ducatum dnm Mgrum investiret, sibiqz hoc modo homagialem facere debuit. Cui Duci, aut filiam suam, vel affinem quandam in uxore dare cōstituerit, Mirum est, si tantus Rex, qui virtutis et sapientie opinionem inclytam semper de se habuit, et ex Predecessoribus suis, alioqn Christianissimus extitit vel ob id heresi Lutherane omnium nephandissime, subscribere et consentire deberet?

Similibus fere verbis, diversis tamen tpibus, interrogatus est per Rmos dnos Cardinales Sanctorum Quatuor, de valle

Romanum et Triwlcium Mediolanien, qui prout et Datarius, in magna sunt gracia Pontificis moderni, Ad quorum interrogata Cancellarius meus respondit hoc modo.

Rmi dni, Ego nihil penitus scio, preter rumorem publicum de hijs, que Rmae D. vrae à me scrutari dignantur. Est bene verum, q Rex noster Serenus, cum Senatu Regni sui, et Illmis dnis Alberto Mgro Prussie, Georgio fratre eius Marchione Brandenburgen, et Federico Duce Legnicen, aliisque oribus Regum et Principum agit hisce temporibus Cracovie, ad tractanda pacem perpetuam, vel saltem prorogatione induciarum, cum dno Magno Mgro, Quid aut in illa congregacione inclyta, conclusum sit, mihi hucusque no constat, Sed neque alicui ex Curialibus Polonis, Hoc vnum velim sibi persuadeat Rmae D. vrae, de Rege nro Sermo, quia eius Mtas, nihil facere consuevit in tractatibus concordiarum quarumcunque, nisi quod sit dignum Principe Christiano vsquequaque, et id quidem pro bono pacis, nedum Regnorum et Dominiorum suorum, verum eciam totius Reipublice Christiane. Neque fide adhibere dignetur, varijs istis, et incertis rumoribus, vt opinor, ab emulis et inimicis Mtis sue exortis, presertim contra eum Regem, qui ab ineunte etate, fidem Catholicam, et hanc Sedem Sacrosanctam, apprime coluit semper, et hucusque colere, venerari, et armis insuper protegere non desinit

Neque dubitare debent Rmae D. vrae, de Concordia, si que facta est, quin sit sancta, legalis, et maior omnium excepcion. Super qua, vt est constans opinio mea, Rex noster Sermus more suo solito Sctitatem dni nri facere dignabitur auisatam. Cuius eciam Sctitati Rmae D. vrae pro singulari prudenciã, qua pollent, persuadere dignetur, vt potius auisamenta Regie Mtis expectare, quam rumoribus et lris quorumcunque sua Sctitas in hac parte fidem adhibere dignaretur.

Postea dum haberet audientiā apud Papam Cancellarius meg, in rebus per me Sue Sctitati intimatis, inter conferendū coepit eciā Sctitas sua mirari vehemēter, de meritis concordie predicte, Potißimū vero cupiebat ab eo informari, Primo qualiter vrā ātas, de Prelato Regulari obstricto tribus votis religionis, potuit sua auctoritate creare Ducem Secularem. Secūdo; qualiter eidem tribus votis religionis obstricto, possel ȓsuadere contrahere matrimoniū, cum quadam affine sua, Nam de filia carnali, nihil tale S sua, speraret futurū, quandoqdē preter impedimentū, voti obstaret eciam consanguinitatis impedimentū perpetuū, Reliqua dicebat sua S. in dicta Concordia contenta, procederent suo marte, et possent esse tollerabilia, dummodo super duobus dubijs predictis sue Sctitati, daretur bona resolutio De quibus per Sctitatem suā interrogatus, breviter se expediuit Cancellarius meus, et respondit sue Sctitati hoc modo.

Beatissime pater, hec que iam Sctitas vrā, ex me clemēter audire dignata est, nihil amplius habeo in commissis à Rmdo dño meo Arcepo ad referendū vre Sctitati, in facto huius Cōcordie Pruthenice, sed neqʒ resolutiones dubiorum quorumcumqʒ mihi sua P. suggerere, committerene dignata est, que vna cū cōsilijs, et causis mouentibus, sepulte sunt in scrinio pectoris Regie ātis, et Senatorū Regni, quorū secreta me latent penitus. Quare Sctitas vrā pro sua prudencia, et bonitate immensa, veniā aequo animo mihi concedere dignet̃. si ego, vt par esset, quesitis Sctitatis vre, hac vice respondere, et satisfacere nō valeo, Respondet aūt et resoluet, de dubiis predictis sufficienter Sctitatem vrām ātas Regia, si eā desup per suas lrās Sctitas vrā, requirere et auisatā facere dignabitur. Ex cuius ātis sue responsis et resolucōibg plane cognoscere dignabitur oīa in predicta concordia, sancte, iuste, et legittime facta et cōclusa fuisse.

Hys exauditis subticuit modicum Pontifex, tanquam aliquid meditaret. Et postea subridens. Regia Maiestas, inquit in concordia ista Pruthenica, forte secuta est gesta Maximiliani Caesaris, qui, quae Imperio et Dominiis suis, utilia fore cognoverat, fecit et conclusit primum, et postea consensum et auctoritatem Apostolicam ex post facto postulavit, Rogabitis nostro nomine dominum Archiepiscopum, ut sua P. anteque de hac materia scribamus aliquid suae Maiestati, describat nobis consilia et causas, quibus mota est Regia Maiestas et Senatus Regni, ad huiusmodi concordiam faciendam, Id enim magis convenit suae Paternitati, tanquam illius Regni Praelato primario, et huius Sedis Legato perpetuo, Ad cuius Paternitatis Legationem adhibito consilio Consistorii publici, dabimus vobis Responsum in scriptis.

Similiter dum Cancellarius meus osculatus esset pedes suae Sanctitatis in valedictione in vinea extra Romam, et acciperet Responsum in scriptis, de manibus solius Pontificis, super omnibus, quae meo nomine, per eum dicta fuere, vicibus repetitis sua Sanctitas eum monere dignata est, ut me de consiliis, et causis moventibus dictae concordiae, suae Sanctitati intimandis diligentius suae Sanctitatis nomine, moneret et requireret

Responsum a PP. Clemente septimo Doctori Misskowski Cancell.o ac núcio Archiepi Gnesnen datum.

Ad ea, que Sctitati sue, per Doctorem Georgiu, Nunctiu Rxdi dm̃i Archiepi Gnezw, de Regno Polonie, proposita sunt, sic per Sctitatem sua Consistoriate responsum est.

Placere Sctitati sue optimu animu illius Sermi Regis, qui semper curiosus pacis et salutis Chrianoru, paratum se offerat, mittere electos ex Prelatis Regni sui, ad Romanam Curiam, qui pro reformandis rebus Ecclesiasticis, à Ste sua fuerant petiti, et nihilominus suadeat indici Conciliu vniuersale, tanqz magis necessariu, ad placanda tempora tam turbulenta Christianitatis. Cognoscere, em Stas suam in omnibus rebus veterem illam, et nunqz satis laudata, tanti Regis pietatem erga Deu, ac prestantem virtutem, Itaqz de concilio caperet libenter Stas sua, consiliu Regis. si id possibile videret, et de eo àts fuit ecia tractatum, cum ipsomet Caesare, cognitaqz impossibilitas illius celebrandi, propter innumerabilia impedimenta et calamitates temporum ac Prouinciaru, Nam neqz in tantis dissensionibus et periculis Prelati Gallie, ac Conciliu venire possent, aut vellent. neqz Prelati Hispanie, sine Gallorum consensu, si terra iter facere vellent, nam mari, neqz dignum, neqz tutu esset, Germania vero quomodo se habeat, omnibq notum est, Qui Germani eciam protestati sunt, se nolle Conciliu nisi in Germania, Ita si fieret extra Germania, magis ecia exacerbaretur, In ea vero quod Conciliuum, et

q3 sincerũ fieri possit, plane cernitur.

Quod si eciam omnes ex omnibus locis Prelati, et Principum oratores conuenire possent, grauiter pertimescendum esset id, quod profecto accideret, ne suis domesticis factionibus impediti, propter inimicicias, et odia nationũ, inter se pocius ad dilacerandũ, q3 ad consuendũ tunicam Chri accederent, et Conciliũ quod esset pro pace et concordia quesitũ, in grauiores discordias, et peiora mala erumperet

Deinde armis vbiq3 vigentibus in tanto tumultu et cõfusione rerũ omnium, quis esset aut Rex, aut Princeps, aut Prelatus, qui res suas domi turbatas relinquens, ad Cõcilium tuto, et quieto animo, posset accedere, Quod precipue accideret Germanis, Quorum nemo posset, sine manifesto excidio rerũ suarũ, à domo esse absens.

Propter hec Sctmus dñs nr. cupidißimus pacis et quietis Christianorũ, ac desyderans, cum Dei auxilio, multis abusibus religionis Christianę prouidere, electissimos dignissiosq3 aliquot Prelatos ex omnibus Prouincijs constituerat euocare, non particulares reformationes meditans, sed eas, per quas, vniuersa Christianitas Deo fieret acceptior et gratior, A quo eciam sancto et salubri concilio, propter causas supradictas fuit retardatus, cum nec ex Gallia, nec ex Hispania potuerint venire, et tamen Sctitas sua, in eadem sententia perstat, si res fierent sedatiores; suum de vocandis Prelatis consiliũ exequendi, In quo habet gratiam isti Regi inuictissimo, qui se offerat, paratũ mittere. oportunoq3 tpe admonebit Serte suã, factura reformatioẽs, si Deus annuerit, tales, et tã vtiles, vt eas Sertas istius Regl imprimis sit pbatura et cõmẽdatura,

De bono atq; optimo non sinistro animo Serᵐⁱ Cæsaris, erga Sᵗᵐᵘᵐ dnm nostrum et Sedem Aplicam nihil commonetur Sᵗᵃˢ sua, est enim bene conscia optimi animi ipsius Cæsaris, et mutuæ inter eos beniuolentiæ, ac voluntatis, quæ semper fuit et permansit inuiolata, ac firma, Deinde eciam confidit, Dei, et beatorum Aplorum Petri et Pauli præsidio, qui Sedem Aplicam à se constitutam protegere non desinunt, ac ut melius pateat omnibus, quæ sit bonitas, quæ pietas, et religio maximi Cæsaris, qualis eiusdem in Sᵗᵗᵉᵐ suam, et sanctam Sedem Aplicam voluntas, iussit mihi Arepo exemplum literarum ipsius Cæsaris, à se nuper acceptarum, ex quibus apparet, vigere inter eos, patris et filij amorem et charitatem.

De rebus Prutenicis, quæ allata sunt Sᵗⁱ suæ, noua et mirabilia visa sunt, propter opinionem virtutis et sapienciæ, quam de illo Inclyto Rege, semper habuit maximam, Cuius eciam consilium nosse, et causas, quæ illum mouerunt, intelligere optat ab Arepo, et mandat. Cum multum miretur, quid in illo Agro Prussiæ, Sᵉʳᵗᵃˢ sua, fidei et spei collocare possit, De quo manifesto apparet, illum, nec Deo fidem seruare, et eciam locis terrisq; quas possidet, multas species impietatis, rapinæ, crudelitatis, in loca Deo sacrata et Ecclesiasticas præsertim personas, exhibuisse, aut exhiberi passum esse, vt plurimorum iam Nuncijs et querelis, ad Sedem Apostolicam est perlatum.

Quod ad treugas et concordiam cum Thurcis, et cum ipso Rege ptinet, Sᵗᵉᵐ suam optare vt Rex conseruet et obtineat veterem suam gloriam Regis Christianissimi et prudentissimi, velle tamen salutem illorum Regnorum, quem, quomodocumq; veniat, dum sit cum dignitate, sine seruitute sine

preiuditio Christi et Virginorum, S^tem^ sua, in bonam par-
tem accepturam, presertim, scientem nihil Regem illum factu-
rum, quod se dignum non sit, De se vero, et de Italia, ac
vrbe Roma, non esse nunc tempus tractare conditiones
in Inscriptionibus, esse tamen gratam S^ti^ sue curam et co-
gitationem ipsius Rndi dni Gneznen, pro rebus S^ti^
sue, et totius Christianitatis susceptam.

Ad cuius P. etiam lras suas dirigit, vt curam capiat provi-
dendi, ne huic impie, et perniciosissime Lutherane haeresi,
licitum sit confundere omnia, et Summi Dei Legibus, ac
Principum suorum obedientia, omnes avertere, In quo ma-
xime necessaria est, auctoritas et sapientia istius invictissi-
mi Regis, et probitas, ac prudentia sue P^tis^, quorum vtro-
rumque virtuti et pietati erga summum Deum, S^tas^ sua
plurimum confidit.

Carolus V. Romanorum Imperator. Clementi septimo Pontifici Max.°

Beatissime pater, dne clementissime, Exhibuit nob Rndus Balthazar Castillionens, Apostolice Sedis Prothonotarius, vestreq3 Stis apud nos Nuncius, lras beatis vre, annulo Piscatoris obsignatas, datas nona Marcii, et pro Credencia ei commissa, nobis eciam nonnulla verbo, scriptoq3 retulit. Placuit profecto, ex ijs didicisse, optimum vre Stis in nos animum, de quo nunq3 dubitauimus, nec diffisi fuimus, nec in malam partem, quod gestum est, cepimus, sed benignis interpretati sumus, prout Stas vra ex lris nris, quas septima fluxi mensis Februarii, ad eam dedimus, Jam apte didicisse potuit, q3 semper, vt patrem habere, obseruare, et vt Christi Vicarium, Christianiq3 gregis, Pastorem, venerari et colere cupimus, nec immerito vra Stas de nra in hostes victoria congratulari, letariq3 videtur, A dno enim factum est istud, et est mirabile in oculis nris, hinc enim prebuit diuina clementia iter, quod hominibus non patebat, sed inuium, clausumq3, et quasi desperatum videbatur, ad pacem scilicet, quietemq3 Christianorum, ad hostes fidei repellendos, coterrendosue, ad hereses, sectasq3 erroneas extirpadas ad Christianam religionem ampliandam, stabiliendamq3. Gregem quoq3 Dominicum in vnum ouile redigendum, Nil enim cordi nro ineunte etate magis inerit, q3 vt Deo in primis, deinde Christiane rei satisfacere possemus, Vnde is, qui scrutator est cordium, qui mentem meam nouit, et nihil ignorat, sue pietatis oculos in nos conuertens,

impedimẽta ac offendicula, quibus iter pacis prẽcludebat. submouit, caliginosã nubem, veritatis noticiam obumbrãtem, claritatis suẽ lumine abstersit, gressusq3 nros in semitã rectã disposuit. Nec ab re vrã Stas pphetico quodã Spiritu prẽdixerat, foedus illud cũ Gallo percussũ, cõis pacis auspitiũ fore, Gallus em̃ fretus fundamẽto, viribq nrĩs, vt arbitrabatur diminutis, seq3 multo superiorẽ putans, vincitur, inuictusq3 ad æquas pacis conditiones trahitur.

Quod superest. Stĩ vrẽ Nuntio, et verbo et scripto rudius. et amplius per Oratores nrõs, vrẽ Sti. referendũ, explicãdumq3 commisimus, quibus eadem Stas fidem prẽstare dignabitur. Quam diu foeliciter viuere, et Ecclesiẽ suẽ prẽesse cupimus. Datum in Opido nrõ Maioretti die quarta Aprilis. M° D.° XXV°. Regnorũ nrorũ Romani vj°. et aliorũ X°.

Responsum a Sigismundo primo rege Polo^e: Statilio oratori Lodouici regis vngarie et Bohemie

SAcra Mtas Regia Rende dn̄e Orator, agit et habet in primis immensas grās, Sermo dn̄o Hungarie et Bohemie Regi, Nepoti suo charmo, q illius Mtas constituta alioqui ipsa in sūmis difficultatibus et angustiis, sit tamen sollicita de statu, et rebus eius Mtis pacandis, Quam beniuolentiã et officiũ, curabit vicissim illi, Mtas sua, omni studio, omnibus viribus et facultate sua semper referre.

Quamuis aūt animi omniũ Regnicolarũ, adeo exacerbati fuerint, aduersus Illrem dn̄m Mgrum in Prussia, et illũ ordinem, vt maluissent rem armis, qȝ aliqua concordia determinari in idqȝ decreta fuissent certa subsidia, tamē necessitas et discrimen, quod Sermo dn̄o Regi Ludouico, et Regno Hungarie incumbit, ita pmouit cum Mtis sue Regie, tum omniũ ordinũ mētes, vt dimisso proposito ac instituto suo, amplexi sint eam concordiã, que hoc tempore magl ex vsu esse videatur, Cui cum vr̄a D. non interfuit solũ, sed eciã nomine Principis sui prefuit, lacius illã, vti facta sit, illius Mti, et dn̄is Consiliariis suis, declarare poterit, et presertim, vt ad eam conficiendam, potissima ratio, et causa fuerit, necessitas Regni Hungarie, De quo et Mtas sua, et vniuersũ hoc Regnũ, non minus est sollicitum, qȝ de Statu suo proprio.

Declarabit eciã vr̄a D, quã significatione habuerit Mtas sua ab Imꝑatore Thurcorũ, ex qua conijci pōt, illũ ad pacem, vel

Inducias prensu, nihilq3 esse cosultius hys Regnis, q3, cu summates illi Principes Chriani, se mutuo, ad internitioez vsq3 persequatur, nullaqz spes reliqua sit auxilij ipsoru, pace ipsa vel Inducias inire, et à tot laboribg et sumptibg, quibg hec ipsa Regna exhausta sunt, aliquatu respirare, interimq3 quo hec turbe intestine deuenient, expectare, Et pinde qd reliquu est, ad eas ipsas Inducias tractandas, et coficiedas, mittet Mtas sua citra mora Orem suu, qui no minus negotia Regni Hungarie, q3 huius, cure habebit, vt ex vsu et dignitate, quantu fieri poterit, conficiantur.

Comendabit tande D. vra, Mtem sua Regia, Sermo dno Regi suo, quem, eius Mtas, vt pupilla oculi sui, vt dimidium anime sue, pendit, ac reputat, no minoriq3 amore coplectitur, q3 vnicu filiu suu, nec minus est eius Mtas anxia, et sollicita de bono statu illius Mtis, q3 de suo pprio. Proindeq3 quicquid officii erga illa Mtas sua prestare vnq3 poterit, viribus, gentibus, et facultatibus suis, id se q3 libentissime factura offert et pollicetur.

Quod reliquu est, referet vra D. nomine, Mtis sue Regie, plurima salutem Serme dne Marie, Hungarie et Bohemie etc Regine, ac Serma Coniugem et liberos suos diligenter commendabit.

Petrus Tomiczki Eps Crac. R. P. Vicecancell.s
Anthonio Pulleoni Baroni Burgi nuncio App.co

Magce dne, amice charme ac honoran. Et si per tantum temporis internallu, nullas ad Magciam vram dederim lras. Quod quidem partim maximis occupationibus distentus, partim propter Nunciorum raritatem (qui si forte huc freque-tes commeant, mihi tame se no offerunt) facere pretermisi. tamen fixa permanebat in animo meo, iocundissima vre Magcie memoria, simul et mandatorum, quorum negocium explicandum, mihi hinc discedens mandaverat, Quoniam aut eorundem mandatorum attentandi occasio, hactenus mihi defuerat, iusta excusatio mihi se obtulisse videtur, q hactenus à scribendo ad Magciam vram, mihi temperaverim, cu aliud argumetum scribendi no facile occurrebat.

De Oratoribus quos Sctmus dns nr, iam dudum mihi ad se postulavit, deliberabat Regia Mtas, et cum Consiliariis de ea re cotulit, prestolatur, quo nam pacto, alii Principes in hoc casu se gerent, Qua de re cum certior facta fuerit sua Mtas, imitabitur non invita caeteros Principes Christianos, et Oratores suos libentissimo animo Romam mittet, et S. illam Sedem, prout iam ab initio factitabat, venerabitur. Quam ad rem, atq eciam ad alias, de quibus superius attigi, mea opera, fides, diligentia, et si qua est auctoritas, nequaqz deerit, De qua, tum eciam de caeteris, cum primum occasio dabitur, nulla mora interposita, Magciam vestram, faciam aliis lris certiorem.

Quomodo negotium Pruthenicum transactum fuerit, scio à Nepote meo dño Episcopo Premislien. copiose ad Maiestatem vram perscriptum, Ideo non existimabam operepreciume esse, eandē Cantilenam frustra repetere.

Illud rogo et oro, me solita sua beneuolentia Maiestas vestra prosequi, et negotia mea, quę hactenus Romę confecta nō sunt, diligenter cōmendare velit. Valeatq3 foelicissime vra Maiestas, meq3 habeat sibi charum et commendatum. Crac.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Cardinali Campegio
Legato Apostolico.

Rme in Chro pater, et dne dne clemenme. Post seruitutis et obseruantię meę humilem commendationem. Accepi lras à Rma D. vra, officii humanitatis, ac summę in me beneuolentię plenissimas, Itaq3 quum legationis munus, apud Serenissimum dnm Hungarię et Bohemię Regem obiens, meę dignitatis et cōmodi rationem, se habere, eisdem lris, humanissime, simul et benignissime testetur Rma D. vra, habeo eidem amplissimas, et nunq3 intermorituras gracias. Velit Deus immortalis, eam occasionem mihi olim offerri, qua Rma D. vra intelligere posset, q3 grato animo, tantam eius in me benignitatem exceperim, profecto, nulla tam dura Prouincia mihi demandari posset, quam nō libentissime, et infracto animo obirem, vicissim in procuranda et augenda dignitate et cōmodis, eiusdem Rmę D. vrę. Quod quidem re, q3 verbis agere mallem, modo, vt scripsi,

Deus occasionem offerre dignaretur.

Quantum ad rem Pruthenicam attinet, non modo Inducie protracte sunt, sed et pax, et amicicia perpetua, stabilita et confecta est, offerente se occasione, quam hec Regia Maiestas, dominus meus gratiosissimus, non inuita arripuit, eo, quod à dissidiis, inter Christianos Principes, natura abhorreat, et vt hoc domestico, et pene Ciuili bello imminenti, liberata, commodius et expeditius, contra fidei, et sancte Sedis Romane hostes, si ita sors tulerit, bellum gerere possit.

Quo autem modo, et quibus conditionibus res acta sit, e Serenissimi istius Regis, tum eciam ex hoc nostro Oratore qui isthuc mittitur, abunde intelligere poterit Reuerendissima D. vestra.

Ego, quantum mihi diuinitus concessum fuerit, quicquid ad pacem inter Christianos Principes procurandam, et sancte Sedis Romane, auctoritatem et Maiestatem augendam pertinebit, nihil pretermittam, Vestram interim Reuerendissimam D. foelicissime valere cupio, eidemque me quam diligentissime commendo.

Sigismundus primus Rex Polonie Ludovico regi Vngarie et Bohemie

Sere.me Princeps etc. Mittimus Oratorem nrum Magcum Stanislaum de Sprana Castellanu Zarnovien. et Capitaneum Opoznen ad Imperatorem Thurcoru, per Regnum Mtis vestre Hungarie, quem mittere quidem per Moldania decreveramus, sed veriti sumus eum, illi itineri et fidei credere, Proinde rogamus plurimu Mtem vestram, pvidere, lrasq3 suas per manus huius Cubicularii nri, dare faciat ipsi Oratori nro, de securo per Regnu, et Dominia sua trasitu, ne qua mora et impedimenta illius, pariant vtriq3 nostrum maiores difficultates apud illum Imperatorem, aliqua sinistra suspitione, cum iam alioqui, post significatam illi iampridem missionem ipsius Oratoris, satis superq3 tardaverimus illu expedire. Faciet Mtas vra, rem summe necessaria et salutarem, Que foelicissime valeat, et nos diligat. Datum

SIgismundus primus Rex Polonie Archiepo Strigoniensi.

Rxme in Christo pater, et dne amice sincere nobis dilecte. Expectauimus satis longu tempus, cupientes cerciores fieri, quid nam Sermus dns Rex Ludouicus, Nepos nr charmus, in causa ineundarum, cu Imperatore Thurcoru, induciaru, deliberaret, et constitueret, sed cu ab eius Mte, nihil certi hactenus intelligere potuimus, constituimus iam tandem Oratorem nrum, ad eundem Imperatorem Thurcoru mittere. Cui fuit quidem iter longe breuius et comodius per Moldauiam, sed no satis fidebamus Vaynode illi, securiusqz est visum nobis, vt idem Orator nr, per Hungaria proficisceret, Rogamus igr P. vram, velit ab eodem Sermo Nepote nro, eidem Oratori nro, lras, pro libero et securo, per Regnum Hungarie, transitu, obtinere, easqz in manus huius tabellarii nri dare, nostro Oratori reddendas. Quod si et item Ducem, ab illius Mte, Rxma D. vra obtinere poterit, faciet nobis in hoc rem longe gratissima, Quam illi vicissim omni studio, et gratificatione nra referemus, et cupimus eam bene, ac foeliciter valere. Datu etc.

Sigismundus I. Rex Poloniae Solimano Turcorum Imperatori

Serme ac Potentissime Cæsar, dñe amice et vicine noster charme. Veniens ad nos iste Nunctius Mtis vrę, et salutavit nos illius nomine, et benevolentiam eius erga nos, non mediocrem declaravit, et presertim eam, q. Mtas vestra mandaverit, omnibus subditis et officialibus suis finitimis, vt liber esset transitus, liberaq3 commertia vtrinq3 subditorum nostrorum, Quę res fuit, et est nobis multo gratissima.

Retinuimus autem hunc eundem Nunctium Mtis vestrę, ea causa, q. vna cum illo, magnum Oratorem nostrum mittere voluimus, et mittimus, qui tam cito, ad iter adeo longum expediri nequiuit, tamen cum iam expeditus sit, breui apud Mtem vestram constituetur. Quę optime valeat, et nos diligat. Datum.

Sigismundus I. Rex Poloniae Salomoni Turcorum Imperatori.

n.º i.

SErme ac Excellentissime Impator, frater, amice, et vicine, charme. Cupientes pacem, et bonam amiciciam, cum vestra Mte cõservare, decrevimus Oratorem, et Consiliarium nostrum, ad Mtem vram Sermam mittere, vt et sanitatem illius inviseret, et nonulla ad pacem et amiciciam inter nos spectantia, illi significaremus. Rogamus itaq3 Mtem vram, vt pro ipso Oratore nro, lras suas Salui Conductus et securitatis, nobis per hunc Nunctium mittere velit, citra moram, vt illum oportune ad Mtem vram expedire possemus, et ille secure isthuc, ad eandem Mtem vram perveniret. Quo faciet rem nobis gratissimam, et vtriusq3 nostrum bono statui et amicitie conducibilem. Valeat tandem Mtas vestra foelicissime. Datum.

Legatio a Sigismundo primo rege Polonie ad Salomonem Turcorum Cesarem data Stanislao de Sprova Castell° Zarnouiensi & Capit° Opocznen.

SErme ac Potentissime Cæsar. Sermus Princeps dnus Sigismundus Polonie Rex. et Magnus Lithuanie Dux, dnus meus gratiosissimus, mittere me dignatus est. ad visenda sanitaté Mtis vre. Cui imprimis plurimã salutem dicit, optans ex animo, vt Mtas vra, et diutissime valeat, et illi omnia, pro voto et desyderio succedant, tanqз amico et vicino suo.

Offerende dehinc lre Credencie, quibus lectis, dicendum.

SErme Cæsar. Sciens Mtas dni mei, et in memoria habens que fuerit illi amicicia et coniunctio, tam cũ Sermo olim parente Mtis vre, qз eciã Predecessoribus suis, cũ Maioribus Mtis vre, mittere me dignata est ad Mtem vrã, causa renouande et redintegrande, eiusdem amicicie et coniunctiois cũ Mte vra, et Regna Dominia, ac subditos communes Mtũ vrarum,

Misisset vero dudũ illius Mtas, ad gratulandũ pronectioni ad Sedem paternã vre Serenitatis, nisi bello longinquo à Regno suo, tunc occupata fuisset, et nisi eciã intellexisset Mtem vram suis quoqз bellis illo tempore fuisse implicitam. Sed nunc per me gratulatur et pronectioni vre Mtis, et successibus illius, quos faustos et foelices esse desyderat.

Vt aũt ipsa amicicia et coniunctio inter Mtes vras, ad effectũ et firmitudinem deduceretur, committere mihi dignata est

illius Mtas agere, tractare, et concludere cum vra Serte, eam amiciciam et coniunctionem, que esset, certa stabilis, et sincera, tam inter Mtes vras, q3 eciam inter Regna, Dominia, et subditos earum comunes, vnde et cresceret inter ipsas eadem amicicia, et vtilitas eorum, ac subditorum comunium vtriusq3 augeretur.

Et vt Nuncii, Mercatores, et subditi quicumq3 Mtum vrarum, possint vltro citroq3 inter vras Mtes, et earum Regna et Dominia, libere commeare, et redire, negociariq3 in omnibus suis mercimonijs, et negociis honestis, ac decentibus, Ita quemadmodum tempore olim Predecessorum Mtum vrarum fieri cosuevit.

Et quia, vt scis, nullam adhuc significatione habemus ex Hungaria, vtrum easdem Inducias cum Impatore Thurcorum, inire volent dni Hugari, nec ne, et nos, libenter illas Sermo Nepoti mo, dno Ludouico, Hungarie et Bohemie etc Regi, cociliaremus, Intelligentes eas illi esse necessarias, decreuimus id, quicqd ab illis Mte habebimus, post te mittere, teq3 demum instruere, quomodo rem tractare debebis,

Quod si non mittemus ipsam Instructione tibi, priusq3 ad Curiam Caesaris peruenies, volumus vt hoc modo, de re Hungarica, loquaris, et agas.

Serme Caesar, Quia Sermus dns Ludouicus Rex Hungarie et Bohemie, est nepos Mtis dni mei, et is in sua etate Iuuenili existens, nescio, quomodo deuenerit ad differenciam cum Mte vra, dolet ex animo dns meus, hanc esse dissensionem animorum, inter illum et Mtem vram.

Et cum ipse dns meus esse vult, cum Mte vra in bona, et

solida amicicia cupit, vt pariter inter illa, et ipsu dnm Regem Hungarie, Nepotem suu, pax et concordia, bonaqz amicicia fieret, et per me firmaretur, Siquidem ita Regnicolis illius Regni Hungarie visu fuerit, quoru metes nondu haberet illius ntas in hac re exploratas.

Placeat itaqz nti vre, vt vna cu dno meo, Sermus quoqz dominus Ludouicus Rex Hungarie, ea amicicia, et beneuolenciam cum nte vestra, ineat, et habeat, Ita vt olim inter Predecessores ntis vre, et Reges Hungarie fieri consueuit.

Quod si Hungaris aliter videretur, neqz grati essent beneuolentie ntis vre, nihilominus, vt inter ntez vram, et Sermum dnm meu Regem Polonie, Magnumqz Ducem Lithuanie, communiaqz Regna, Dominia, et subditos maiestatu vestraru bona pax, et amicicia illesa pmaneat.

Priuatim agend cum Bassis.

Primum salutatis Bassis, nomine Regio, dicendum cum illis, ad quid te isthic miserimus, vt videlicet pacem et concordiam tractares, inter nos, et illum Cæsarem, talẽ, qualis erat int Predecessores vtriusq3 nostrum, Et similiter, vt de ineunda amicicia, et pace, inter ipsum Cæsarem, et Serenmum dnm Regem Hungarie tractares, inquantum ita Hungaris visum fuerit, si interim tibi alia Instructio à nobis non veniet.

Si requisitus fueris, quanto tempore Inducias inire vellemus cum ipso Cæsare. respondebis nos nunqs optasse, neq3 optare aliquam differenciam esse inter nos, et ipsum Cæsarem, et pinde vellemus Inducias cum illo sex annorum, vt intra illud tempus, posset solidior et diuturnior pax et amicicia, inter nos concludi et firmari. Et proinde ages, vt ipse Induciæ sex annorum, inter nos fiant, et cõficiantur.

Si aut recusabũt tot annorum Inducias, dices breue spacium Induciarum, malam spem prebere vtriusq3 firme et sincere amicicie, et res tanti momẽti, tractari et confici nõ possũt commode, per tanta viarum et locorum interualla tempore angusto, Et pinde perstabis quantum poteris in sex annorum Induciis. Qua in re si illi ptinaces fuerint, descendes ad quinq3 annos. Si ad id nõ consencient, nominabis quatuor, et postremo, si aliter fieri nõ poterit, stabis in tribus annis, ita quemadmodum est ante solitum fieri.

Si quesitum fuerit, quare cuperemus Inducias fieri int illum

Cæsarem, et Sérmu dnm Ludouicu Regem Hungarie, non habito illius, et Hungarorū animo explorato, dices, tunc, cū expediebaris, Conuentū actū in Hungaria, noluisseq3 nos illius conclusionem expectare cū absolutione tui. ne Cæsar interim longius discederet, aut aliquid aliud causé suspicaretur.

Si eciā quéreretur, quare postularemus Inducias ipsi dno Regi Hungarie, cum ipse non postulet, essetq3 in hostilitate cū Cæsare, Respondebis ita, vt corā Cæsare loqueris, nos pro eo, q Sérmus Rex Ludouicus est Nepos nr, et nos volumus cū Cæsare solidam habere amiciciā; Cupe eciā nos vt pariter Nepos nr, nobiscū esset cū illo, in bona pace, et amiciciā constitutus. Qui si huius officij, et curé née, aut subditi eius ingrati essent, vt nihilominus inter nos, et Cæsarem pax, et coniunctio. Induciéq3 pmanerent.

Si quérerent Bassé, an verū esset, q Vaynoda Moldanié Cæsari significauerat, nos voluisse Kiliam. et Byalagrod expugnare, dices, nobis nunq3 fuisse animū, aliquam inire controuersiā et inimiciciā cū ipso Cæsare, neq3 ea esse vera, qué idem Vaynoda Moldanus intimaret. persuasumq3 habere nos, q Cæsar ex talibus eius significationibus permotus, miserat hijs annis preteritis, gentes suas, ad Dominia nra, qué nobis dampnū ingens fecerūt, Et proinde vt Cæsar deinceps nō adhiberet fidem, talibus intimationib9 ipsius Vaynode Moldanié, Sed si quid illi eiusmodi significaret posthac, mitteret ad nos sciscitatū, vtrū ita esset nec ne

Si quérent de bellis Principum Christianorū, et capto Rege Gallié, dices, verū quidem esse, de differencia et conflictu istorū magnorū Principū, et Regem ipsū Gallié captū.

verum omnes alios Principes Christianos, et nos pariter inter-
posuisse operam meam, ad illos concordandos, esseque nobis certam
spem bone pacis et concordie omnium breui conficiende, vel
iam hactenus confecte.

Dicendum etiam erit, vel cum Cæsare, vel cum Bassis, vt illic videbitur
quod Thartari Byallagradenses, qui sunt Subditi Cæsaris, partim
soli, partim asscitis sibi Thartaris Precopensibus, turbare solent
pacem et Inducias, que fieri consueuerant inter Cæsares
Thurcorum et Reges Polonie, grassantes in mercatores vl-
tro citroque commeantes, et ad fines Regni ~~aut Ducatus,~~
aut Ducatus Lithuanie excurrentes, et plurima damna
perpetrantes. Et proinde, vt Cæsar illos, à talibus facino-
ribus cohiberet, quod etiam erit in articulis Induciarum expri-
mendum.

Inducie firmande sunt Iuramento Cæsaris, quemadmodum
ante hac semper est fieri solitum.

Item vt ipse Inducie fiant, ad sex annos, vt predictum est.
inter nos, Regnumque nostrum Polonie, magnumque Ducatum Lithua-
nie, aliaque omnia Dominia, et subditos nostros, ac inter Cæ-
sarem eiusque Regna, Dominia, et subditos quoscunque.

Et vt nullum damnum nobis, Regnoque, et Ducatui Lithuanie,
aliisque Dominiis, et subditis nostris, à Gentibus quibuscunque
Cæsaris, et Thartaris Byalogradensibus, aliisque omnibus
ipsius Cæsaris subditis inferatur, et vt pax firma, et ami-
citia solida fiat, et obseruetur vtrinque.

Vt Nuncii et Oratores tam Cæsaris, quam nostri, vltro citroque
inter nos commeare possent, Similiter et Mercatores ex vtraque
parte, vt libere ire, redire, et commercia ac negotia sua,

libere exercere valeant, theloneis et vectigalibus consuetis, persolutis.

Ad eundem modum tractande sunt Inducie, pro Sermo Rege, et Regno Hungarie, si interim aliam à nobis Instructionem non habebis, cum conditione, inquantum Hungari consenserint, Atque illis non consentientibus, vt nihilominus inter nos, et Cæsarem fiant Inducie, modis suprascriptis.

Cætera industrie et virtuti tue committuntur.

SIgismundus primus Rex Polonie Clementi VII. Summo Pontifici.

SAnctissime etc. Non ignorat vestra Sanctitas, quantis difficultatibus et discriminibus, expositum sit continue Regnum et Dominia mea, quibus, tot moles, non solum Thartarorum, Moschorum, et Valachorum, sed eciam Thurcorum assidue incubunt.

Meminisse eciam potest vestra Sanctitas, mihi et Serenissimo domino Ludovico etc, cum Predecessores vestre Sanctitatis, tum ipsa quoque spem prebebat, de reducendis ad concordiam Christianis Principibus, et generali expeditione paranda, qua hactenus inherentes, pacem et Inducias cum Thurco recusantes ambo, tam ego, quam Serenissimus Nepos meus, ingentem iacturam his proximis annis subivimus, vnde et vniuersa res Christiana non parum multum inclinata videtur. Quare subditi et Regnicole mei considerantes, non sopiri modo bella intestina Christianorum, verum eciam illa indies magis ac magis augeri, et exasperari, ac vestram quidem Sanctitatem, pro officio optimi et pientissimi Pastoris, nihil cure et laboris pretermittere, in sedandis hijs intestinis, et nimium intempestivis turbis et seditionibus, sed nihil proficere, nequaquam pati voluerunt me ea spe generalis expeditionis diutius pendere, et tantas tempestates, quibus hic vndequaque obruimur, citra vllius auxilium sustinere. et presertim cum factus essem cercior, Ducem Moschovie societatem cum Thurco aduersus me tractare, qua intelligentes ipsi subditi mei presentissimum Regno, et Dominijs meis discrimen imminere. dum Thurcus, Thartarus, et Dux Moschovie, simul illa impeterent, adegerunt me ad Inducias

cū ipso Thurco incundaiæ, supra quas aliquandiu respirare, et tot aliis hostibus, quorū vel vnus, maximo cuiq; Regno, satis est, comodius resistere possent.

Quam rem vestre Sctitati, significandā duxi, Cui pro summa eius in me, regnumq; meū benignitate, nihil rerū mearū, nō cōmunicandum putem. Supplicoq; illi, vt si quid in hac re fiat preter eius animi sententiā, boni cōsulere dignetur. Quandoquidem me et necessitas ipsa, et subditorū meorū continue expostulationes, quinimo, et tanta eorū Principū, de nobis, et Re Christiana incuria, qui inter se ipsos sine fine digladiantur, eò impulerunt, Tamen cum ad agendum aliquid in commune, cū eo communi hoste, ventū fuerit, persuasissimū habeat vrā Sctitas, me cum omnibus gentibus, et viribus meis, futurum non postremum. Me vestre Sctitati. etc.

SIgismundus primus Rex Poloniȩ Cardinali . S . Quatuor Coronatorum . Protectori

Composuimus iam pridem differentiam nr̃am, cum Magistro Prussiȩ, non adeo ex animo nr̃o, q̃ ex re Christiana, quȩ nulla nunc alia re magis, q̃ comuni pace indiget. Significare aut̃ S.ctmo dño nr̃o distulimus, q̃ adhuc nõ plane omnia essent transacta. Nunc tamen confectis omnibus tã hic, q̃ eciã in Prussia, quȩ ad perpetuam pacem pertinent, scribimus de hys ipsi Sanctißimo dño nr̃o. Scribimus et de Inducijs cũ Thurco ineundis, ne quid illius S.ctitatem rerũ nostrarũ lateret, quã tantopere, cũ rerũ nr̃arũ singillatim, tum vero communis Christianorũ pacis, pientißimũ patrem et Curatorem esse, compertũ habemus.

Rogamus vr̃am D. R.mã, curare dignetur, vt l̃rȩ nostrȩ accipiantur ab eius S.ctitate in eam partem, prout nos integerrimo et deuotissimo in illã animo scribimus, persuadeatq; illius S.ctitati, nos, vti hactenus fuimus fecimus, eciã in posterũ omnibus iussis, et votis eius S.ctitatis obsequentissimos, deditissiosq; illius sanctȩ Sedi semper futuros. A quo studio nr̃o, si qd Sanctitati suȩ dissidere aliquando videretur, cogitaret nõ omnia voluntate et Judicio nr̃o, sed partim necessitate, partim eciã horũ temporũ malignitate fieri, quibus omnia sursũ ac deorsũ miscentur et confunduntur,

Sigismundo primo Regi Polonie Stefanus Brodericus Ludouici Regis Vngarie: apud papam orator

SAcratissima Regia Mtas, dne dne mihi clementissime. Post seruitiorum meorum in gratiam vre Mtis humillimam commendationem, Accepi aliquot lras vre Mtis hys diebq, in quibus vra Mtas scribit mihi de nonnullis negocys suis que mihi perinde cure erunt, vt negotia Sermi et gratiosissimi domini mei, charmi Nepotis vre Mtis, neqz vlla ratione magis poterit vra Mtas suam in me gratiam ostendere, qz si seruitute mea quantulacunqz vti fuerit dignata. Quod vt facere velit, eidem supplico humillime,

Nescio aut, quibus verbis vre Mti gratias agam, vel quibus obsequiis promereri apud eam possim, eam gratiam, quam, superioribus Mensibus, in commendando me, suo minimo seruulo Sacratme Mti, Nepotis sui charmi, declarauit, hoc vnum semper et palam profitebor, et re ipsa, ac seruitute mea sincerissima ostendere conabor, vram Mtem, quod in me contferet, in gratum, et fidelissimum seruitorem collaturam, et qcqd mihi accessionis contigerit, id soli vre Mti libens debebo,

Verum vt ad ea redeam, de quibus vra Mtas scribit, ea partim sunt expedita, sicut mihi dns Joannes Rudinzki retulit, partim erunt, vna cum Rmo dno Cardinale sanctorum Quatuor. sicut vra Mtas iubet (. de Prelatorum huc missione loquor.) Sermo dno meo referentur. De cuius voluntate faciam vram Mtem ilico certiorem,

Pontifex in facto pacis, inter Cæsarem et Christianissimum

Regem faciende, vehementissime laborat. Delegit eius rei gratia Rmum dnm Cardinalem Salviati Nepotem suum, ad Cæsarem mittendum, cum quo consultissimum indicaret, me quoqz, qui huius potissimum rei gratia, a Mte dni mei gratiosissimi missus sum, illuc proficisci. De qua Pontificis voluntate, scripsi ad Mtem Regiam. Si posset confici ista pax, sicut sumus in non parva spe, propter illas causas, quas ad Rmum dnm Premisliensem, cum quo mihi notæ occultiores sunt, perscripsi. Si unquam confici posset, essemus securi de salute Christianæ Reipublicæ, præsertim ob eum animum, quem certe magnum et excellentem, in Rege Christianissimo esse animadverti superioribus diebus, dum apud eum essem, de quo ad vram Mtem proxime scripsi. Sin minus, ego quantumcumqz cogitem Sapientissime Rex, non video ullam aliam salutis meæ rationem, qz illam, de qua scio, me aliquando ad vram Mtem scripsisse, et quam utinam ante perditum Belgradum, ac dirutum Severinum, sequuti fuissemus. Sed vetera sero querimur.

Clementissime Princeps unusquisqz curat sua propria negotia, et nemo nra, et alij Christiani, sanguine Christiano inexplebiles, sub tegmine alarum vrarum Mtum sacratissimarum requiescunt. Sed de hijs satis, præsertim cum non sit sine periculo scribere veritatem.

De tumultu Germanico, mira scribuntur, sed illa scio vre Mti, qz nobis, esse notiora. Affirmatur ex omnibus partibus, Thurcam pro hoc anno, nos magna vi nō aggressurum, Sed hoc etiam si verum esset, parum consolationis nobis præbere deberet, nisi qp per has moras exitium meum longius pferri, ac prorogari videtur.

De rebus Barem, scio vram Mtem à suis fieri certiorem.

Si mihi, ad Cæsarem eundum fuerit, et si quid me ibi, vestra Stas sibi, in hoc servire voluerit faciat me certiorem. Lre vre Stis, eciam si interim discederem, per Collegam meum, dnm Franciscum Marsupinum, qui hic erit, vel eciam per Rmum dnm Cardinalem Sanctorum Quatuor, fideliter ad me mittentur; Me, et serviciа mea, in graciam vre Stis rursus humillime commendo Rome 17 May. Anno Domini. M°. D°. XXV°.

CAROLVS. V. CAESAR Franciscum Regem Gallorum, prelio fudit. et captiuauit.

Post scripta tandem in eadem hora venit Nuncius, significãs quatuordecem millia Gallos esse prostratos, et intercẽptos in conflictu cũ Cæsare proxime prẽterito

Isti sunt detenti

Sẽmus Princeps dominus Franciscus Gallorum Rex.

Sẽmus Princeps, Rex Nauarre.

Hij duo detinentur in Castello Cremonñe

Comes sancti Pauli.

Dñs de Scuto de Foys,

Dñs de Momeranti.

Dñs de Florentiá

Dñs de Vtigni,

Nomina interceptorum magne conditiois hominum.

Dominus de Trimaglya.

Dominus de Paliza

Dns Comes, de Amiraglio etc.

Dns Magnus Marschalcus, de sancto Seuerino.

Dns Magnus Marschalcus de Gallia

Dns de Buzi,

Dns Franciscus dux de Anglia, de Rusa Alba. qui fuit ex Reno expulsus frater Ducis de Dioclerena.

Dns Galliacius de Veschkonthe.

Dns Marcus de Trimulcis.

Dns de Langon, inuentus erat cu duobus millibus Equitum, vltra fluuium Burgo de Ticinio, et occluserant se contra Mortaria Ciuitatem sic dictam, Populus vero inuestigans eundem, tam de Pauia, qz ecia Alexandria, cum omni conatu suo fortiter prostrauit,

Ita sonabant lre Sermi Principis Austrie, sub Data ex Auspurg. Calendis Augusti.

M°. D° XXV°.

Responsum a Sigismundo primo rege Polonie datum Consaluo de Sangro Camerario Clementis PP.ᵃ septimi Die pentecostes 1525.

Attulerat is Camerarius a PP.ᵃ Pileum et gladium: et verba inania et muneratus hinc abiret

Sacra M.tas Regia, vti iam antea vobis dici fecerat, immensas agit et habet gratias S.ctmo d.no n.ro, pro muneribus, que illius S.ctitas, per vos M.ti sue, mittere dignata est, Que, M.tas sua, et gratissimo accepit animo, et illa inter alias res, quas habet carissimas et preciosissimas, habitura est semper existimationis non posterioris.

Eum vero paternum affectum, et benignitatem in se illius S.ctitatis vicissim illi, et eius sancte Sedi, sua perpetua fide et observantia, referre, et demereri curabit.

Commendabitis autem diligenter illius S.ctitati M.tem suam, Ser.mam d.nam Reginam, Ill.mum Principem filium, ac reliquos Liberos M.tum suarum, totamque domum, et familiam, Regnum, Dominia, Gentes, et omnes facultates M.tis sue, quas pro re Christiana, et sancta Sede Ap.lica, M.tas sua effundere semper est parata, et presertim cognitam habens, hanc S.ctmi D. n.ri, erga se benignitatem et affectum. Quem, vt illius S.ctitas perpetuo retinere, et eius M.tem ac negotia ipsius sua gratia complecti velit, illam M.tas sua, omni studio et devotione rogat, et precatur.

Verba Dni Tomicii epi: ad Regem polonie: in traditione pilei et gladii a papa missi.

Volens Sctmus Dns nr Clemens vij, approbatas sanctorum Patrum consuetudines obseruare, statuit Mtem vram Principem Catholicum, sancteqz Sedis à Deo vtrumqz gladium habentis, deuotissimum filium, hoc suo preclaro munere insignire, necno et hoc pileo, in signum muniminis et defensionis, aduersus inimicos fidei, et sancte Romane Ecclesie protegere, Firmetur igr manus vre Mtis contra hostes sancte Sedis, ac Christi nominis, et exaltetur dextera illius, eos, veluti ipsius assiduus intrepidusqz propugnator, de terra delendo. Et armetur caput Mtis tue, spus sancti, per Columbam figurati, protectione, aduersus eos, in quos Dei iustitia atqz iudicium, pro Romana sancta Ecclesia, et Aplica Sede preparantur. Quod Mti vre prestare dignetur idem Dei filius, qui cum patre et spu sancto viuit, et Regnat Deus, per omnia secula seculorum. Amen.

Quando dns Consaluus de Sangro, Camerarius Sctmi D. Clemetis Pape vij, obtulit nomine illius Sctitatis Mti Regie, Ensem et Pileum, Rmus dns Petrus Epus Crac. Regni Viceca cellarius, tradens illa in manus Mtis sue, post Patrem, intra Missam die Ascensionis dni Anno dni 1525. verba suprascripta dixit.

Albertus Marchio Brandeburgen. Dux in Prussia: habuit Secretam audientiam apud M^tem regiam Polonię feria tercia ante Pentecostes.

Comemorauit imprimis ea, quę per dnm Cema M^ti Regię iam antea significauerat, suadens et rogans, vt M^tas sua cu Sermo Nepote suo, dno Hungarię et Bohemię etc Rege, conueniret, quod se dixit fecisse, tum propter multas difficultates sopiendas, quibus idem Sermus dns Hungarię et Bohemię Rex, in Regnis et Dominiis suis premeretur, tum ob firmandu statu Illmi filii M^tis suę in Regno Poloię ob ea causa, q sciret esse no paucos in Regno, qui forte nollent, vt idem filius succederet in Regno M^ti suę. Qua in re ex animi sententia M^tis suę pficienda, pollicitus est opam. vires, et facultates suas,

Deinde recensuit, q cuperet, vt frater eius Illris dns Joachimus Marchio, esset in bona amicicia cu M^te sua, habereq se dixit copias, quorunda foederu, quę confecta fuerut, regnate iam M^te sua, optauitq, vt M^tas sua, designare dignaretur aliquos Consiliarios suos, qui cu Consiliariis dni Joachimi Marchionis conuenientes, innouarent eadem foedera, et si quid in eisdē addendu videretur, vt adderent pro communi vtilitate et pace vtroruq Dominioru, et communiu subditoru. Dixitq p idem agere vellet, apud ipsu dnm Joachimu, nomine M^tis suę, si id ipsa vellet. vt ad hoc accederet.

De Illma Reginula, filio Juniori, eiusdem dni Joachimi

Marchionis desponsanda, quod suaderet et rogaret ex se ipso, non ex commissione eiusdem dni Joachimi.

Non posse sibi persuadere, vt Principes Arbitri, qui susceperunt ad se differenciam, que est inter Principes Pomeranie, et ipsum dnm Joachimum Marchionem, dirimendam, eandem differenciam componere possent. Cum aut, prout accepit Dux Georgius Pomeranie, velit libenter pati, vna cum fratre suo, vt Mtas Regia, eam ipsam differerenciam sopiret, que est inter Principes Pomeranie et ipsum dnm Joachimum, et componeret, vbi per priores Arbitros non fuerit composita, arbitratur fore valde vtile, et plurimum expedire, ad eam ipsam differenciam facilius componendam, vbi Mtas sua dignaretur, affinitatem cum ipso dno Joachimo Marchione contrahere, modo supra dicto.

Vt Mtas sua fratrem suum Vilhelmum Marchionem, ad Curiam suam accipere dignaretur, et eum gratia sua prosequi, ac oculos suos super eum calefacere, collocaretque illi in Matrimonium Ducem Masonie, relictam, vna cum Ducatu. et si totus Ducatus dari ei non posset, vt saltem aliquam eius partem habere posset, Quam graciam Mtis sue, vna cum eodem fratre, et alijs suis amicis, omni studio et facultate sua vellet semper demereri.

Putat multum accomodum fore rebus hijs, que ex responso Mgci Lunonien accepit, vt Mtas sua foedus iniret, cum dno Rege Dacie moderno, Socero suo, Cuius Regnum confermimum est, Dominijs Mtis sue, Et si placuerit Mti sue, vellet ipse hoc curare, et operam suam impendere, apud eundem Socerum suum.

Dixit habere se plurimos amicos in Imperio Principes.

Comunitates, Nobiles, et Civitates, quos pertrahere vellet in societatem sua, quo ab illis in necessitate, auxilia opportuna et suppetias habere posset. facere tamē id noluit, neq3 vult, absq3 sciencia et voluntate ntis sue, quam peciit sibi declarari.

Postremo repetiuit petitionem sua, quam ats publice fecerat, commemorando damna perpessa, et extenuationē proventuum suorum, quos distrahere eum oportuit in fratres qui fuerunt cum eo in ordine. Rogauitq3, vt ntas sua, benignam rationem eius habere dignaretur. quo honestius et vtilius nti sue, in omni necessitate sua seruire possit.

Rogauit pro Cerna, vt daretur ei in hereditatem, bona Cristburgk. que ats eciam similiter donata erant dnō olim Spoth.

Item rogauit pro Ciuibus de Nouaciuitate etc.

Andreas Crziczki Eps Premislien
Petro Tomicio Epo Crac. Vicecancell.o

Rme mi dne, dne gratiosissime, Qualis legatio huc superve- (s. a rege Lodouico: de egressu regni)
nerit, post discessum D. vre Rme, cognoscet ex lris Regiis.
Mihi neutiqz probatur, vt cum aliis isthic comicari deberet.
Nouit em, qz aliorum futilia, aliorum Chymerica sint ingenia.
vnde et res emaneret subito, et aliqui eciam no solum miras
nenias immiscerent more solito, sed ecia ad hoc iter, quod
nescio, quo pacto iam vitari possit, se se ingererent, suaqz
Platonica disciplina ad motus sedandos, et rempublicam
bene constituenda explicarent, vel pocius magis implicaret.

Ego cum Legatio referretur, no aderam heri de industria, ve-
rum, quantum accepi à dno Palatino, qui mox ipse ad
Domum meam venit, hec relaturus. Item Regia, hoc ad eius
sententia addidisse, cum rem comunicanda isthic suaderet
inquantum Rme D. vre ita videretur. Vnde coniectio illa
idem vereri, quod ego minime dubito futurum. Hec tamen
indicii sint Dnis vre Rme.

Filius dni Palatini (Christofori Szidlowiecz) extinctus est die Veneris preterito.
forte Ventris profluuio, vel pocius medicinis, ita sunt
humane foelicitates. Eum euentum minus anxie fert
sua D. qz aliquis putaret.

Allata sunt quedam noua prodigia, que facta sunt recens
in Germania aduersus Lutheranos, et noua, aduersus
illos Doctorum opuscula, que nondum vidi. Premonitus sum

à Concionatore illo sancte Mariae, serpere hanc labem in dies magis in hac Urbe. Id rogo D. vra Rma no levipendat, sed curet, vt venienti morbo occurratur. Novit Principem, qd no agat quicqz sponte, qd item agat omnia, que Consiliarii tanti momenti censeant, Et proinde cura, et stimulis opus est, Res em eo procedit, vt iam dissimulari, citra discrimen no possit. Me Rme D. vestre humilr comendo. Crac Dnico XXVij Junij, M° D° XXV°

Andreas Criczki Eps Premislien
Petro Tomicio Epo Crac: regni Poloe Vicecancellario

Queritur de Bona Regina qd per eam repulsus sit a posts Epatu per Tomicium dimisso

Rme mi dne. Scribere mihi dignata est vra D Rma, rem nostra deploratam, idem ego ex illo magno amico nostro, hesterno die intellexi, quin ecia succensam illam, quasi nos ea, no ipsa nos impediret, quasiqz aduersus illam vi conaremur, exprobrans conditiones iustissimas, et decentes à se, nobis propositas, easqz reiectas, proindeqz no suam sed nostram culpam. Esse quidem Rmam D. vestram, dignitate, gratia, eloquentia summam, fauere qz se illi, maximas quasqz Sedes, attamen propter officium, melius fuisse, vt omnes Preposituree Regni, illi collate, fuissent ad officium, qz hmoi Epatus incompatibiles. Et alia multa mihi retulit illa questa, Ex quibus qz auerso sit à nobis animo, facile coniycio.

Addidit ipse amicus sibi quiddam cognitum de futuro sed

se fide obstrictum, no audere prologui, submonuit tamen me, vt caveremus, ne eodem modo in reliquis omnibus pre: occupemur, visusq3 est mibi amicus ipse, titubantius quo: dammodo mecum agere, quemadmodum in adversis fieri solet, Ego mi Rme dne, vulnus hoc fortune excipiam, et feram eo animo, quo potero, Verum iam de futuris magl sum sollicitus. Est quidem res D. vre Rme, extra aleam, sed nos miseri necessarii, obnoxij erimus inimi: corum libidini, qui sua in nobis, cum in illa no poterunt, voluptatem, vel rabiem potius, explere curabunt.

Quare supplico humiliter Rme D. vre, prospicere ve: lit tempori honori suo, et rebus nris inclinantibus, neq3 adeo sue de Principe, aut rerum successibus, secure existi: mationi, et fiducie confidere, Novit enim non esse viri sapientis dicere, non putaram, Offerebat mibi prius nra illa Sacerdotia Adversarii, nunc ne illa quidem, vt puto, prestabit, re suo marte, ex sententia potita, Ex pessimis rebus, si vtiq3 illa contingerit, lenimen vtiq3 esset quoddam, saltem per illa necessariis comodandi, et amicis gratificandi, et vt illos spes frustraretur, qui adversariis applaudentes, illa inhiant,

Hoc à Rma D. vra, etiam atq3 etiam humiliter, et cum lachrymis peto, rogoq3 vt que scribo, clementer suscipere et corrumpere, ne quis videat, dignetur.

Andreas Cricius Eps Premislien
Petro Tomizki Epo Cracovien
Regni Polonie vicecancell.

Rx Me in Chro pater, et dne gratiosissime. Mitto vestre D. Rxme, bina brevia, Pontificis lectu dignissima, mitto et alias binas lras, quarum alteras, quia dns Jo. Carnkowski, in fasciculo suo, in absentia eiusdem Rxme D. vre mihi asscripserat, aperui, putans in illis aliquid ad Mtem Regiam attinere. Dns Palatinus mittit reliqua.

Solet Mtas ipsa Regia, et dns Palatinus me de multis percontari, que ad expeditiones rerum attinent, putantes mihi aliquid eiusmodi negotiorum commissum, Esset itaqz necessarium, vt aliquis ex Notariis hic semper, absente Rxma D. vra maneret, prout dns Crassowski manere solet, qui de rebus incidentibus, posset Mtem Regiam certiorem reddere, Nam et nunc cogitur Mtas sua, cum expeditione Rachembergk, Nunctium à D. vra Rxma, expectare, Cuius mansio, qz incomoda sit hic gregi eiusdem D. vre Rxme, quenue hic Conventiabula fiant, malo vt ab aliis intelligat.

Mtas Regia omne fauorem et correctione offert, modo quis debito modo ad se deferretur, Abhorret illi animus à Conuetu illo, et omnino puto non profecturam. Censet enim, et quidem recte, nihil per se effici posse. aduersus animos Regnicolarum, et presertim cum eorsum res tendat, vt fluctuanti priuate auctoritati consuleretur, pretextu Regio. Preterea q, insciis et inconsultis illis Regnicolis, res in suspitionem aliquam, et tumultum maiorem incidere posset, pluresqz .s. cu rege Lodouico.

alias rationes adducit Mtas sua, vt ne congrediatur

Mi Rme dne, Mtas Reginalis, ad quatuor ferme horas, hesterno die mecu, de meo vlcere est loquuta, me modis omnibus declinante, et illu versiculu subinde repetente, Infandum Regina iubes renouare dolorem, in nos ipsos omnem conijciens culpam se excusabat. Ego legem pauperis non ignorans, vt pugnis cotusus adoret, fassus su culpam. Multa adijciens, que illi partim risu, partim ecia ruborem excitarunt. Habet nunc lætiora ex Italia, de quibus ex lris suis Rma D. vra intelliget. Cuius gratie me hutr comedo, Crac iiij. Julii M° D. XXV°.

Mitto ecia Dantisci, et alias lras Mti Regie scptas.

Cricius Tomicio

Rme mi dne, Mtas Rlis impetrata dudu expectatione ad Burgrabiatu Pallatinidi Rauen, nuc vacatem, mee petitiois causa, que no admodu ex animo fuit, dno Chelmski cotulit, cu admiratione oium, et pudore illius boni Juuenis. ita coparies eius Mtas mee aduerse sorti, et amisse apd vulgu hoium, cuius fauor ex fortuna dependet, existimacoi. Obtrudere ecia videtur vltro sua in partes meas beneficecia.

Mi Rme dne supplico hutr, indulge dignetur, vt si diutius isthic manebit, ego interim ad Epatu meu cocedere possim, Sut em multa necessaria, que me illo vocat. Est pterea duru spectare hic qthidianas victorie et palpatoru oracoes, que no adeo mihi, q3 famulis et amiculis meis, miserrimu pbent spectaculu.

Andreas Cricius Eps Premislien
Petro Tomicio Epo Cracouiensi
Vicecancell. R. Polonie

RVme in Chro pr, et dne gratiosissime. Responsum est iam Oratori Sermi dni Regis Hūgarie, facturam Mtem Regiam (regressuram in Lodomiriam) id, quod postulat, pro festo Natiuitatis Marie, si domi aliquod impedimentum nō interuenerit. Verum quantum Mtas sua prese fert, nō faciet. Videt em̄ priuate rei causa id expeti, et timet ne res ita facta, vt creditur, inscijs Regnicolis, et parte Procerum, huic que regit aduersa, magis vlcus exasperaret, neue sinistra aliqua suspitione, et timore, patraretur aliqd tali mali, vt demum mederi nō possit, et tota gratia et opinio de nobis, vtraqz in parte magna, concidat.

Noster Cunonium redijt ex Vrbe incolumis, arrident ei pleraqz in Italia, sed super omnia Corsicum.

Aduentante huc dno Epo Posn, multi se ab obuiam itione cōtinuerūt, et presertim Aulici Mtis Rlis, putantes me id notare debere, cum nihil minus cogitarem, quamuis et hinc cuiusqz affectus spectari pot, vt pote dni Marschalci Curie (Petri Kmithe), qui ingenue fassus, q nondum dolorem ex casu meo conceptum deposuisset, id captationis officij nō fecerit. Verum ipse dns Epus veniens, publice et priuatim, cum multis preconiis efferret vre Rme D. in se (in susceptatione) officium, et obsequium, vt que illi nō adeo astantis qz Capellani vice fuerit, cedere nos hic etiam omnes fortune, et victorie gemma submittere, pennasqz, vt illius vtar prouerbio, colligere coepimus, atqz vtinam fortuna, magnitudine forsan animi nri irritata,

placata demum hac humilitate mea saevire desinat. Verum timeo, quod improbitas nullo flectitur obsequio.

Mitto vestrae D. Reverendissimae mei domini Iudicis Posnaniensis litteras, licet ille vetuerit, ex quibus intelliget, quanti simus illic, etiam apud fratres quosdam. (Lucas de Gorca Castellanus Posnaniensis notat) et quid adhuc periculi immineat (sc. de privatione sigilli). Quae litterae me non adeo permoverent, si relatio domini Palatini Sandomirien, coram Maiestate Regia de instituto communitatis more Hungarico, non accessisset. sique non notassem Principem, quasi ad ea conniuere, si denique à Maiestate Reginali, non accepissem quaedam, futurum periculum designantia, Supplico itaque Reverendissima D. vestra cogitare tandem dignetur, iam non modo de me necessario et servitore suo, qui iam alio me compono, quam de sua ipsius auctoritate, gratia, et existimatione conservanda. Video enim nihil esse tutum, nihil, cui sit fidendum. Has vero litteras domini Iudicis, quandoquidem ex debito et fide sunt, benigne consulere dignetur, et praesertim cum eas minime vanas probare possunt litterae, anno superiore similiter mihi scriptae, et domino Scholastico, per me ex Episcopatu meo missae, Sed de his sapienti pauca, satis.

Vestra Reverendissima D. dignetur reditum suum maturare, nam Maiestas Regia, videtur gravate ferre, quod cum pleraque interveniant, quae scire et habere ex officina illius oporteat, nemo sit relictus, qui id praestare possit. Me Reverendissimae D. vestrae humiliter commendo. Crac. ix Julii. M°. D°. XXV°.

Tomicius tunc post discessum suum ex Synodo provinciali in bonis Episcopatus sui Crac. commorabatur.

Andreas Crzizki Eps Premislien Petro Tomiczki Epo Craconiensi & Regni Polonie Vicecancell.°

Rme in Christo pater, et dne dne gratiosissime, Dns Carnkowski nondu ex Vngaria redijt, neqz du post Conuetum sancti Joannis, quicqz significauit. veru nudius tercius allate sunt terne lre eadem continetes, dno Michel Spiß, coacta videlicet illam Mtem Regiam inter communitatem venire, inibiqz dominu Archiepum, idqz absentem offitio sigillario priuatu, et ad illd. Secularem quenda eius inimicu insolito prouectu. Dnum item Palatinu Regni exauctoratu, et in eius locu Nigrum Stephanu illu popularem suffectum. Dnm item Thurzonie à Thesaurariatu depositu. Sarkan vero; vix saluti fuga cosuluiße, et alia multa mala perpetrata. Lukzan Rachemberg adhuc hic detinetur per dnm Schidlouiecz Palatinu Craconien.

Ego indolens tantis blasphemiis, que in omnibus copotatoibq fiebant, ecia inter purpuratos, facta primu declamatione in cosilio, supplicaui demu Mti Regie, vt Curia sua ante omnia coherceret, vt pote, que exemplar est omnibus alijs, ta subditis, qz externis, Juuit me in ea re egregie dns Palatinus Sandomirien, Commisit tandem Mtas sua, indignato animo, dno Marsalco, vt ediceret omnibus, de religione silentiu, sub poena irremissibilis carceris, et exilij à Curia. Qua commisßione dns Marsalcus Curie, pro sua virtute, alacri animo, et verbis oportunis est exequutus, omnibus in unu conuocatis, Speroqz continentiores iam futuros Aulicos, si illis per nos ipsos habene non relaxabuntur.

Rusticorum furor in Germania, nō solū non remittitur, sed augetur eciā indies, dantibus miserrime poenas tā Epis q̃3 Secularibus Principibus sue in tanta Dei cōtumelia incurie, et cōniuēcie, Sed de hijs et aliis dicet lacius d. Isdbyenski. Me Rm̄e D. vr̄e humiliter commēdo. Crac. die xv Iulii Anno dn̄i. M° D.° XX.v°.

Andreas Cricius Eps Premisliensis Petro Tomicio. Epo. Vicecancell°. auunculo.

Rm̄e in Chr̄o pater, et dn̄e benefactor gratiosissime, Post discessū Mt̄is Regie ad venationes, ego eciā huc ad meum Tusculanū, ad Curiā vz͡t sancti Floriani commigraui, animūq3 meū, partim hortulis, partim eciā litterulis meis relaxo.

Venit huc hodie frater Cothnicii mei ex Gnezna, qui refert, q3 in Predijs et Domibg [Pl tere Gnesnen. tuno date] corrasa sint omnia, adeo, vt nec hostia seramnane, aut fenestra vlla sit relicta,

Noster [Punczoska] Doctorculus nudius tercius, cū e domo mea cenatus exiret, acriter est cōtusus, et eciā vulneratus, vnde id processerit potest D. vr̄a Rm̄a, ex suo Capellano, dn̄o Baccalario, coniecturā capere. Si meritus sit euismodi tractationem necne, qui sua cōmotione, et maledicentia, maiorem voluptatem prebere videtur, q̃3 iniuriā, aut ignominiā, et si maxime meritus esset, an decuit hominē, nihil tale suspicātem, et a me exeuntem, ante domū meā, iam ipsa nocte verberari subornare, cōtectis vultibg more latronū, vr̄e Rm̄e D. inditiū esto, Spero do. Nicolao meo, p illius virtute, id nō placiturū.

Sebastianus Opalenizki Custos posnanien.
petrus Conarski Custos Cracouien : fredi fututoreb
doctorem istum cedi p seruos coꝝ subornauit.

Mi Rme dne, vereor aprime, ne sit nunc [i. in hungaria] Regie, illo, quo vocatur cundum, Quod iter, et omnia, frustra exunt, si is, qui regere debeat, nihil minus, quam id sciat, et velit, et ad ea consilia non causa Regni aut Reipublice, sed causa retinende auctoritatis eorum, qui invitis omnibus hominibus, omnia dirigunt. pretextu publici boni, prebeantur, Ad que homines, multo plus quam expediat, et vident et sapiunt.

Ex Germania literas iterum habuerunt quidam, quibus mira monstra describuntur, seditio rusticorum adeo opprimi non potest, ut etiam indies magis invalescere videatur, qui iam ultra ducentas Arces et Monasteria, funditus evertisse, cum pane et caseo feruntur, quod milites cum omni tormentorum genere, in tam exiguo tempore, prestare non potuissent, Quicumque illis vel spiritualis, vel nobilis, ad manus incidit, omnem occidunt. Civitates vero, hanc spiritualium et Nobilitatis ruinam, quos utrosque ex laboribus plebeiorum virorum vivere et luxuriari ferunt, per digitos leti inspectant.
Commendo me humiliter Rme D. vre. Ex Curia S. Floriani Crac. M° D.° XXV°.

Andreas Cricius eps Premislien
Petro Tomicio epo Crac: Regni Polo:
Vicecancell:o

Rme mi dne Mtas Regia no reditura est, vt costituerat, hodie, sed forte preliabuntur illic ad die martis, vel mercurii.

Dns Scholasticus publicari iam fecit, hoc biduo, Indulgentias, Quarum processum mitto.

De fuga Regis Gallie, quodammodo res cofirmatur, qmuis Carolus Mercator scribat ex Vienna, illum Mediolani esse, et a viginti millium exercitu Caesariano custodiri, que sunt mere gerre Germane.

Rustici in Germania mira patrant, Allate sunt heri mercatoribus lre, Vlmam Ciuitatem, et aliam quandam ab illis interceptam, et inibi Marchione quendam, seu Comitem per eos, in moenijs suspensum,

Mtas Rgis misit mihi induis quartus ceruinam Venationis sue, Cui hoc remisi extemporarium Epigramma.

Tam bona Regina es, bene tam venabula tractas
Vt dubitem Juno, an sis ne Diana magis.
Verum sic vtinam mihi sis bona Juno precanti,
Vt bona nuc facta es, sponte Diana mihi.

Commedo me humilr Rme D. vre. Cracouie Sabbato.
M°. D°. XXV°.

Sigismundo primo regi Polonie . . . A.
Stefanus Brodericus Ludouici regis
Vngarie et Bohemie o[r] apud papam

Serme Princeps, et dne dne mihi clementissime. Post mei, et seruitiorum meorum in gram vre ntis humillima comedatioez. Accepi nudius tercius lras vre ntis, xij Junij, ad me datas, et cum his simul lras, ad Setmum dnm meum, ad Rmum D. S. iiij[or], et quosdam alios, In quibus scribit mihi vra ntas, de negotio Ducatus Barem, et de mea in Hispanias pfectione.

Negotium Ducatus accepi iam esse in eo statu, vt non sit p hoc magnopere laborandum, admissum esse in possessione Ducatus Seruitorem vre ntis, Que si vera sunt, put mihi pro verissimis sunt relata, no dubito vram ntem, iam de hoc factam certiore. Ego tame sub hoc dubio, no ommisi, tam apud Setmum D. meum. q3 alibi, facere omnia ea, que hic fieri per me poterant, queue mihi a nte vra, et ab Serma et gratiosissima Dna mea Sacratssma Rgli nte fuerunt comissa.

Et quoniam ipse no sum ad Cæsarem iturus, egi apud Setmum dnm mem, vt causam hanc Rmo dno Cardinali Saluiati, Legato, diligentissime committeret, qui iuxta Instructionem oratorum vre ntis, apud Cæsarem existem, agere deberet.

Consilium em mee ad Cæsarem profectionis fuit mutatum, Cuius mutationis, vix scirem ego ipse dicere certam causam, hoc scio, Pontificem, vt ad vram ntem scripseram, fuisse in ipso mei huc aduetus principio, huius mee profectionis cupidissimum, nuc vero, non ita, neq3 aliam causam affert, nisi lras et mandata Ser[mi] et gratiosissimi Dni mei Regis, serius, q3 oportebat, venisse.

Si me illuc ire contigisset, nihil mihi optatius certe fuisset, q3 vrē Mti, tam in hoc negotio Baren, si nondu confectu fuisset, q3 in alijs, quę mihi comissa fuissent, seruire. Pro pace aut et concordia illoru Principu, pro liberatione Chrianissimi Regis (nam et hoc mihi per clemētissimu dnm meu fuerat commissu.) totis viribus elaborassem, Et ego certe ita existimo Sapientissime et clementissime Rex, nō futurat fuisse hanc vel mea, vel alterius, et prudentioris, et maioris me, vrarū Mtum seruitoris, illuc profectionem, à Statu pntiū reru, atq3 ab illoru Principum nūc inter se tractatibq aliena. Non eni dubito vrarū Mtum auctoritatem, qui soli, cu vris subditis, sustinetis pondus diei et æstus, multu potuisse illos mouere, et plus, q3 omniu reliquoru Principu auctoritatem. Sed ego hęc me prudentioribus relinquo iudicanda. Ego is sum, cui quicquid per vrās Mtes oneris, quod humeri mei ferre possint, iniungetur, libens feram. ecia si longe vltra Hispanias mihi esset in seruicijs vrarū Mtu eundu. Et quidem de his, et de negotio Baren. hactenus. Venio ad alia.

Cum Pontifex lrās, de foedere, per vrām Mtem cu Thurca inito, et de pace, cu Illmo Mgro Prussię facta, perlegisset, et cu ego paucis verbis, vtriusq3 rei causas, quas et antea à me audiuerat, ei exposuissem, multa mecum, et cu Rmo dnō Cardinali Ceso, qui p Rmo dnō Cardinale S. iiij. nunc absente, aderat, est loquutus. Quoru omniu illa est summa. Se se vrām Mtem, de foedere cu Thurca inito, habere excusatu. Neq3 miraturu si Rex ecia hungarię, vrę Mts exemplum sequutus, idem faciet, Nam et de hoc dnm ecia meum clemētissimu idem tractare, Pontifex nō est nescius, Tota hanc rem, quomodocumq3 cadat non vris Mtibus, quę à

tot annis, hostes Christianae Reipublicae, sole sustineret, sed Principibus Christianis, qui nullo modo ad pacem induci possent, esse imputandam.

De negotio vero Pruthenico, repetiuit illa eadem, quae superioribus diebus dixerat, quae ego ad vram Mtem perscripseram

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Quibus de rebus Pontifex et ipse scribit ad vram Mtem, quae lrae adhuc expediri non potuerunt, mittentur per primam mittendi occasionem, Sed quicquid Pontifex, ex Sacri fortasse Collegii inductione, nam cum eis est rem communicaturus, scripserit, illam esse sciat vra Mtas Pontificis mentem, quam perscripsi, et nullam aliam, Utinam clementissimus dns meus, factum vrae Mtis in foedere cum Thurca ineundo sequeretur, Qua de re, neque praesens destiti assidue apud eos, vbi id faciendum videbatur, loqui et clamare, neque hinc scribere. Deus det suae Mti, et Dominis meis, suae Mtis Consiliariis, talem mentem, ne illud nobilissimum, ac potentissimum Regnum, sub spe nescio quarum expeditionum ammittant.

Noui nihil est, nisi quod de Regis Franciae in Hispaniam aduentu, nihil adhuc habemus. neque scimus quid speremus, aut quid desperemus. Nuper quod vrae Mti scripseram, in maximam spem pacis erecti eramus. Quae non est illa quidem adhuc penitus sublata, sed certe non parum diminuta.

Venerunt noua de Constantinopoli, quae vra Mtas intellexisse potuit, milites pretorianos, quos Janizeros vocat, seditione

facta, q. augeri sibi stipem annuã postulabant; plures domos, et inter cæteras Imbraymbasse, et nonnullorũ aliorũ diripuisse, atq3 in predam vertisse. Adortos deinde locũ, in quo thesaurus Imperatoris seruatur, cum locũ expugnare nõ potuiße. Imperatorem ægre tandem, seditione oppreßa, coactũ id facere, quod milites postulauerant. Hęc pro re vera, et certa, huc scripta fuerunt. Me et seruitia mea in gratiã vr͡e M.tis rursus supplex cõmendo. Romę iiij.a Julii. M.o D.o XXV.o

Superuenerũt lr͡e ex Hispania, Regem Chr͡ianissimũ xvij mensis Junii, proxime preteriti, ad portũ Barcinonę appulisse.

Interpretatio schede oratoris Vngari Broderici per Cifras scripte

Si M.tas vr͡a habet aliquã bonã occasionẽ faciẽdę pacis cũ Thurco, fortasse nõ erit malũ, nõ pendere à spe, istius pacis inter Chr͡ianos, quę parua est, immo nulla, neq3 credo aliqd secuturũ. In causa est, q. Rex Anglię, magnã partem Gallię petit, à quo nõ poterit separari Cęsar, licet his diebus exorti fuerit qdã cõtrarii rumores, qui iã rursus nõ credũtur esse veri, de quibusdã alienationibus metuũ, inter Cæsarem et Anglũ, et meliori spe pacis, quę oia credo esse vana.

Si M.tas vr͡a faciet pacem, et si nõ vult extremũ excidium Nepotis sui, et Regnorũ eius, includendus videtur ipse q3 et Regna illius in hanc pacem.

Responsum a Lodouico rege Vngariæ Joanni Carnkowski nuncio Sigismundi Regis Poloniæ. Datum Budæ 24 July 1525

Ad Capita Legationis meæ, quæ habui nomine Serenissimi domini mei Poloniæ etc. Regis, apud Maiestatem Hungariæ et Bohemiæ etc. Regis, est mihi per ipsum Serenissimum dominum Regem, ore aut Reverendissimi domini Strigonien., in hanc sententiam responsum, idque die xvi Julii, die iam in vesperum declinante.

Et primum quidem, quod est ad scripta, sive literas Summi Pontificis, de mittendis in Vrbem Oratoribus etc. qui fuit mihi prius Articulus, visum est isti quoque Maiestati in præsentia non mittendos, illuc Oratores, cum neque sint illic, aliorum Regum aut Principum Oratores, quando res quidem fidei, per recentem istam, sed exundantem, et indies magisque invalescentem hæresim labefactata, itidemque et reformatio Cleri, cuius sunt mores, plus nimio depravati, per duorum Regum Oratores, non possit instaurari, imo nec aliquid fieri ex animi sententia, aut dignitate fidei, Sedisque Apostolicæ, aliis Principibus dissencientibus, cum tota Germania sit hac labe infecta, eique pertinaciter inhæreat, etc.

Itaque probat hæc Maiestas, sententiam illius Maiestatis, quod Papa admonuerit de indicendo generali Concilio, Addens velle se se hoc ipsum facere, et committere suo Oratori, quem habet in Vrbe, ut Pontificem admoneat super hac ipsa re, imo et illi Sanctitati, vult in eundem modum scribere, nec prius mittendos censet communes Oratores in Vrbem, quam illic fuerint aliorum Principum oratores.

Quod est ad Regem Galliae captum etc. qui erat mihi secundus articulus, fecit iam haec Mtas in aliqua parte officium, Dederat enim negotium suo Oratori in Urbem eunti, ut intereundum Romam, deflecteret in Pizigatam, inviseretque Mtem illam, eique condoleret, de hoc infoelici casu, praeterea offerret et pollicaretur, utriusque Mtis istius operam, super liberando illo, et concordia paceque inter Mtem Imperialem, et hunc ipsum Regem, bonis mediis componenda

Rescripsit iam autem dns Brodericus huius Mtis apud Sedem Apostolicam Orator, quod functus fuerit offitio, et quod officiosa haec pietas, illi Mti gratissima fuerit, Egit maximas gratias in praesentia, et est referre pollicita, futuramque se se his Mtibus, non tantum fratrem et amicum, verum et Servitorem,

Proinde censet haec Mtas, ut Serenissimus quoque dns meus faciat, hoc ipsum per suum Oratorem etc, mittatque et ad Caesaream Mtem, ad tractandum inter illam, et praefatum dnm Galliarum Regem, de bello tandem aliquando, bonis medijs componendo. deque pace et concordia sancienda. etc, cum et ista quoque Mtas dederit in Mandatis Oratori suo dno Broderico, ut rebus in Urbe confectis, eat recta ad Caesaream Mtem in Hispaniam, eius rei gratia, quo misit iam etiam Pontifex, dnm Cardinalem de Salviatis Legatum, etc. Speratque Mtas haec rem istam honestis conditionibus terminandam, etiamque affinitate. quandoquidem Rex ille captivus, sit iam in Hispanias traductus.

Quantum est ad Inducias cum Thurco etc. Respondit, non sibi videri ex re sua, et Regnorum, ut foederaranciat, vel

Inducias cum hoste illo, cum satis fuerit compertum, quod iam alias, te:nentibus Induciys sit Regnum hoc perpessum non parvam iacturam, quod illo potissimum tempore sit terra depopulata, arces intercep:te, et quedam dirute, Nominatim vero quod arx illa nobilis:sima et oportuna Nandoralba, sit tempore Induciarum occu:pata.

Hortaturque Maiestas hec illam, vt memor foederum memorque facto:rum, ab ineundis Induciis, aut sanciendo foedere cum hoste illo fidefrago, se se contineat, cum breui speranda fuerit pax, et vnio inter Principes Christianos, et potissimum, inter prima precipuaque capita, inter se se decertantia, videlicet inter Maiestatem Im:perialem, et Serenissimum dominum Galliarum Regem. Quod si fuerit, po:terit hec Maiestas, superis bene propiciis, non tantum propulsare, verum et inferre bellum.

Quantum vero est ad articulum de dominis Comitibus, Scepusien[sibus] vult hec Maiestas, ob amorem Serenissimi domini Polonie etc. Regis, Pa:tris, vt mos illi est dicere, sua omni eos gratia, fauore, atque singulari beniuolentia, complecti, potissimum vero, quod necessitudine illius Maiestatem, ac deinde et se se constringunt, nec patietur eos op:primi etc, dummodo domini ipsi Comites tales se se prebuerint. quales oportet, probos, videlicet, et fideles subditos, seruitoresque obsequentes.

Preterea de bonis, Ducis Lanzecii, vacantibus, curabit debi:tam illis ministrari iusticiam, secundum dictamen Iuris et Con:suetudinis in Regno, obseruate, Ad quod faciendum cogit sua Maiestatem Iusiurandum

Quod est ad iniurias Scepusien[ses], etc. Quoniam non minus eciam queruntur, huius Maiestatis subditi aduersum Scepusienses, asserentes.

grauari se se ab illis magnis iniuriis, cum in rebus aliis, hijs q3 multis et variis, tum vero in occupatione finium etc, Cuperetq3 Mtas ista, vt vtriusq3 subditi viuant pacate, et sublata sit omnis dissensionis occasio, Cum non sit illi minor cura, de Serenissimi dni Regis mei subditis, q3 suis, etc, Censet rem aliter componi non posse, et istam vtrinq3 subortam diffidentiam, pacari, q3 inter presentes etc, Quare censeret designandam certam diem, et dandum negotium certis Nobilibus, in Regni vtriusq3 Cofiniis habitantibus, vt conueniant aliquando vna, et rem inter presentes, presentes et ipsi transigant, et fine bono, seruata vtrinq3 aequitate, coponant, Idq3 tam de limitibus, q3 aliis quibuscunq3 iniuriis.

Id aut quia in prntia no potest comode fieri, tam propter messem q3 vindemiam, idq3 genus, censet rem istam in tempus aliud reijciendam, videlicet post festum sancti Michaelis, et inter festum dni Martini etc, Perscribetq3 Mtas Serenissimi dni mei, et determinabit quo die, vbi locorum, et per quos, quotue, rem istam velit agitari, Hec aut Mtas voluerit se se in omnibus accommodare votis illius. etc

Quod item est Caschouien, qui no patiuntur subditos, Serenissimi dni Polonie etc Regis, de Scepusio ire vltra Ciuitatem suam et progredi in penitiora Regni, mercadi gratia etc. Responsum est, habere et Caschouien vetustiora Priuilegia, quibus cautum est, ne Poloni, et quicumq3 alii, pretergrediantur Caschouiam etc. Quod Mtas hec, dixit se non posse infringere, cum neq3 liceat, etc

Adiecit, Mtas, inquit, Serenissimi dni Polonie Regis, hanc etiam controuersiam, examinatis vtrorumq3 Priuilegijs, definiat,

et decernat, quid pars vtraqз Juris habeat. Cu͠ eni͠ sua Mtas sit, et vbiqз gentiu͠ predicetur iustissima, defert hec Mtas hu-nis cause cognitionem, et definitionem ipsimet, vt comodo spe, et potissimu͠ du͠ Mtes iste simul conuenerint, arbitretur, et decernat, quod Jus dictare videbitur.

Quod est de Bohemis, quibus no͠ tantu͠ fuerant ingratus abrogati, sed citati etiam erant super Crimine lese Mtis etc. vt essent restituti, et preterea esset illis cautu͠, honoriqз coru͠ lris huius Mtis, satis promissum etc.

Hoc ego negotiu͠ dn͠o Rmo Strigonien ita censente, egi in pri-vato, potissimu͠ propter Regina͠, que fuit illis infesta. Audiuit Mtas Regia, nihil inuitis auribus, et prebebat spem mihi bo-nam, Mtem dni mei, simulqз et dn͠os Bohemos. voti istius, fu-turos compotes,

Egi et cu͠ Reginali Mte, que et ipsa visa est, accommodare se se votis Sermi dni Regis mei etc.

Ad vltimu͠ tame͠, cu͠ iam abiturus quererem, quid hec Mtas ad hunc de Bohemis Articulu͠ responderet, dixit se voluisse face-re satis votis Sermi dni Regis mei, ia͠ in presentia, Sed quia interuenerũt quedam, necesse habuit, rem, in tempus aliud, difer-re, Nominatim aut in Comictu͠ Regni, petens vt sua id Mtas no͠ grauatim accipiat. Satis eni͠ fuerit votis sue Mtis etc.

Non pretermittendu͠ et illud, q̃ die xv Julii Mtas ista, me ad se se accersito, inqз Rlis Mtis Cubiculu͠ introducto, exclusis ar-bitris omnibus, nemineqз adhibito, preter Rlem Mtem, et dnm Burnemissa, est solenniter protestata, q̃ ea omnia que facta sunt in Hatuan, demumqз et Bude, in exauthoratione dignita-tioru͠ etc, facta sunt ea, non tantum non consenciete, veru͠

et inuita, cu sint ad indignitatem sua, et ad derogatione sue authoritatis, etc. Vt tame deuitaret maius periculu, vt pote frementis populi tumultu qui et Statu Regni, et Rege ipsu, ducturus eßet in discrimen, est coacta sua Mtas, condescendere illoru pernicatie, et parere tempori atq3 neceßitati etc. Hec aut Bude in priuato, inq3 Rlis Mtis cubiculo, quod etia alias in Hatffan die quinta Julii fecit, cora me, et dno Barone, Sedis Aplice Nuncio, etc.

Sed nec illud pretermittendu fuerit, q, diebus nouissimis, post ia data mihi relatione, prebitamq3 abeundi facultatem die vz^t 17. Julii, Sacra Mtas ista, vocando me ad sese, inq3 Secretu abducto, nemine preter sola Rlem Mtem adhibito, recensitis hys, quibus agitatur turbis, comemoratisq3 multis indignitatibq que adiit, et periculis, que, nisi fuerit sana ratione, maturoq3 cosilio obuiatu, imminent tam Regnis istis, q3 statui suo, et vite. etc.

Post longiuscula declaratione, ac testationem sue fidei, sui studii, amorisq3, et obseruantie Domini mei, cuius nunq3 fecit mentionem, sine honorificentißima prefatione, non ia Patruu, sed Parentem identidem appelando, petiit suppliciter. nec ipse tantu Princeps, veru et Rlis Mtas, vt idem ipse Serenus dns meus, coru Regnis, imo et ipsimet, statuiq3, et vite coru consulat. et assit authoritate sua, etc

Quod si facere distulerit, actu fuerit de Regnis istis, actu et de vita coru, id est Regis, et Regine, fortaßeq3 et de Regno Polonie. firmando enim vacillantem statum horu Regnoru. suaq3 Principi authoritatem restituedo, Regno suo Poloie, filioq3 recte cosulet.

Id aut non aliter videtur futuru, q3 vt sua Mtas ad locum

certum, tempusq3 cōueniat, cū hac M^te, et id genus multa.

Cum aūt scire vellem, vbi aut quando id vellet, nihil diffinire voluit, totū illud in arbitriū Sacre M^tis dn̄i mei reyciens; hoc tamē addidit, q̄ q3 primū fieri possit, opusq3 esset accelleratione, si se, et Regna sua vult salua etc.

Post aūt sequēti die R^mus dn̄s Strigonien̄, qui me cōuenit, cū iam discessurus essem, rem dixit explicatius, nominatim aūt vt sit Conuētus ille Regū in Olomuncz, et circa, vel statim post festū sancti Michaëlis, cū propter alia, tum vero ꝑpter dn̄os Regni Bohemiē et Morauiē, vt illic et illa sint fine bono cōposita, quē ad illius Regni pacationē ꝑtinent, etc.

Interea vero tp̄is, quo hēc in Olomuncz agūtur, daremus, inq̄t dn̄s ipse Strigonien̄, operā de indicendo Conuētu ḡnali Regni mei Nobilitati siue Regnicolis, alicubi in propinquo, in q3 Ciuitate aliqua Morauiē, aut Austriē cōtermina, aut vicina. vt Sacra M^tas dn̄i mei, Conuentu illo Regū in Olomuncz defuncta, ad illam item Dietam Regnicolarū accurerat, simul cū hac M^te in Thernawa, siue, q̄ hēc M^tas, plus cuperet Posonii celebrandā, vbi prēsens in re p̄nti ageret, qd̄ facto esset opus, ad sedandas discordias inter Regnicolas, ad dirimenda odia, quibus certant adinuicem, et ad alia, quē Regnorū istorū, simulq3 Regis, ac Reginē status, equidem dubius et vacillans postulat, foelici exitu cōponēda.

Inter alia censet idem dn̄s Strigonien̄, ab his minime excludendā R^lem M^tem Hungariē, cuius ingenii acrimoniā, viuacitatem et dexteritatem, prēsentemq3 animū, et vere heroicū cōmēdat etc

Adyciens finaliter, et obtestans M^tem Domini mei, vt iam,

iamq3 intenta sit, et prospiciat Mtas sua, Nepoti et filio suo, ne ad vltimu statu suus, imo potius totius familie Mts dni mei, pessu eat, et periclitetur, cu magno dedecore, et indignitate Domus Regie etc, quandoquidem, inquit, ego, vlterius nec valeo, nec scio prospicere, Idq3 testatu esse volo per te Mti Regis tui, quem et ipse no minus colo, veneror, et obseruo, ac aliquis ex quibusq3 subditis et addictissimis seruitoribus Mtis illius, quia, sine dubio, periculu in mora, et nisi tempestiue accursu fuerit, Status Nepotis sui est in precipitio, Itaq3 sicut dixi, Mtas Regis tui, iamiam prospiciat etc, Commendans se ad vltimu ad omne seruitutis officiu, rebus, persone, facultatibus, ecia vite no parcen, pro Mtis Regie imperio, et necessitate vbi ita facto opus fuerit.

Cum dno Rmo Legato, quid egerim, et aliis, licet memoria in promptu est singuloru; Refero me tamen ad lras meas, quas ad Mtem Domi mei misi, et abunde satis singula perscripsi, quid, quando, et quomodo egerim, que nuc supuacaneu, imo nec necessariu recensere indico.

Sigismundus I. Rex Polonie Ludouico Regi Vngarie et Bohemie

S.

Ser.me Princeps etc. Cum rediisset ad nos Ven.blis Joannes Carnkowski, Prepositus Cracovien. Orator n.r, quem nuper isthic apud M.tem v.ram habuimus, retulit nobis, M.ti v.re cure esse, vt in terra Scepusiensi, inter subditos tam M.tis v.re, quam n.ros, super iniuriis, ac etiam de finibus et limitibus, per Legatos ad id muneris, vtrinque mittendos, determinaretur, et componeretur, Que quidem res, quia nobis plurimum cordi est, propterea, quia etiam super eisdem negociis, crebris subditorum n.rorum, pulsamur querelis, constituimus quatuor officiales, et legatos n.ros illuc mittere. Tempus autem ad id agendum, comodissimum arbitrati sumus diem proximum vndecim millium virginum, Quare rogamus plurimum M.tem v.ram, velit ad eundem diem et tempus Legatos suos etiam illuc mittere, vt ita rebus omnibus, et controuersiis compositis, ac sopitis, vtriusque nostrum subditi, optato ocio et pace frui possent. D.nus Deus diu seruet, v.ram M.tem sanam, et foelicem. Cuius amori nos comendamus. Datum.

Cardinalis Campeius Legatus Sigismundo primo Regi Poloniȩ.

SErᵐᵉ Rex, et dn̄e mi colendissime. humillimā cōmendationē, et promptam ad omnia obsequia voluntatem. Quȩ ratio in hanc vsq3 diem, in hac Vngaria Prouintia me tenuerit, Mᵗⁱ vr̄e nō est ignotū, Bohemicū em̄ negotiū, potissimū tractauimus, vt inita inter illius Regni Ciues concordia, et ad scte Ro. Eccle sinū reditus, mutuaq3 eorū charitas coalesceret, et roboraret amplius. Qua in re mihi etiam innotuit, qđ apud plerosq3 minime obscurū est, Mᵗⁱˢ vr̄e auctoritatem et operā, multū attulisse, magniq3 momēti fuisse, Quamobrem quid postea per nos hic actū sit, operepreciū duxi Mᵗⁱ vr̄e significare.

Cum illius Bohemiȩ Regni Oratores, ex omni ordine huc venissent, quȩ primū lr̄is nunciabantur, longiori oratione postea, per hos confirmata sunt, Exposuerunt em̄ malis, ac sediciosis, q inter ipsos erant, Ciuibus eiectis, se in vnitate fidei, et Chr̄ianȩ religionis, Mᵗⁱ suȩ, et S. R. Eccl̄e obtemperaturos, concordiam et perpetuā vnionē fecisse, pro cuius approbatione et cōfirmatione, se ordinū et statuū suorū nomine, ad Mᵗᵉᵐ suā venire, eam insup rogantes, vt predictam vnionē, et cōceptos super ea articulos, nō modo probaret, sed et pbandos et cōfirmandos, à Sede Apl̄ica, eiusq3 Legato curaret, iuxta alias tractata, et cū ipsis compactata, pleraq3 interim subiungentes, quȩ piā, et Christianā eorum mentem declararent, Qui qđe Oratores, me quoq3 seorsū adeuntes, eisdem fere verbis, apud me vsi sunt, Qui à Mᵗᵉ sua, et à me quoq3 pbenigne suscepti,

et auditi, quandam articulorum formulam, Serti sue obtulerit. Quorum tenor et modus aliquamdiu discußus et examinatus, nō omnino improbandus, visus est, Itaqȝ facile, in ipsa rei substantia, et essentia conuenimus, compactatis enim inherent, eaqȝ petunt, sed in modo aliquantisper dissentire visi sumus, Nos enī maiore, in rebus ad fidem ꝑtinentibus, expreßione desyderabamus, neqȝ per inuoluta, aut ambigua verba religiōis, causam firmandam censuimus, Illud potißimum cauētes, ne, qua maligne interpretantium animis, cuiusmodi ingeniis mēa abundant tempora, relinqueretur ansa, iterum in hac materia dubitandi, ad que prefati Orēs, aegre descensuri videbantur. Verentes, ne in ampliori hoc tramite euntes, mandata quodam modo, excessisse viderentur. Cumqȝ eorum abitus, nō obscuris rationibus citra incomodum protrahi nō posset, dimißi à Mte Regia, remearūt. Serti sue ꝑmittentes se, in proxima apud eos Dieta, rei coronidem, et extremam manum imponendam, curaturos, Quibus item à Mte sua ꝑmissum fuit, quam efflagitant à Sede Aplica Confirmationē, se eis impetraturum. Hincindeqȝ omnibus, ad hunc finē iam instructis et paratis, Quibus rebus ita cōpositis, cum pleraqȝ multa, nec leuia, me alio reuocent, intra proximos hos sex dies, hinc proficiscar Vrbem versus. alio, qȝ per Germaniam itinere suscepto, quoniam ea, iam rusticanis, et popularibus flammis, tota penē colluceat, et ardeat. Que omnia verbosius forte Sti vrē significare volui, non tanqȝ ignota, aut noua, sed vt ad sancti huius operis, reliquum absoluendum, et perficiendum, Regiam Mtem vram hortarer, vt quod in initio fecit, in fine, etiam auctis sue pondus ad id prestet, quod quidem apud hoīes nomini suo gloriosum futurum est, apud Deum aut gratiam ꝑmerebitur sempiternam.

Et quonia͂ toto hoc tempore, quo in hoc Regno esse mihi co͂tigit, granibus, multisq3 difficultatibus, Regnu͂ hoc premi deprehendi, ac in Slesia, ob Lutherana͂ impietatem, pleraq3 loca tumultuare, veritus ne pestis illa huc eciam serpat, et ad istas quoq3 partes penetrat, placuit miru͂ in modu͂, quod hic agitur, de quodam Conventu ad Olomunciu͂ habe͂do, in quo Mtis vre͂ presencia desyderatur, vt maxime opor: tuna, et co͂moda, vt pote, qua͂ populi illi, nihil minus Re: ge suo sint reneritini, qui Mtis eti͂a vre͂ auctoritate et co͂: silio suffultus, et cu͂ ea co͂iunctus, poterit illic salutare ali: quid, et egregiu͂ rebus suis, ac nutanti in ea quoq3 parte religioni meditari et providere, De quoquidem Conue͂tu Mtas vestra hinc etia͂ intelligere, quid hij meditentur, Mihi, vero vtrisq3 vestru͂ optime consultum videretur, si horu͂ cogitationibus et voluntati, quodammodo occurre͂s Mtas vra͂, suis, ad Serenu͂ hu͂c Regem, l͂ris, ad hunc Conue͂tu͂ eum inuitaret, et ꝓmoneret, vel motu͂ iam, magis impelle: ret, qui vt co͂modius, et citius celebrari possit, dimissa isthic Rchi Mte, ad idem Mtem hanc monere poterit, vt minori Comitatu euntes, vtilius et citius co͂gredi, et conuenire valeatis,

Quod si Mtas vra͂, pro sapie͂tia sua perspexerit, quantu͂ com: modi hmo͂i congressus allaturus sit, no͂ dubito quin omnem hanc ratione͂, lubentissima complectatur, Qua de re pro co͂muni salute, pro vra͂ dignitate, atq3 pro Christiane reli: gionis conservatione, ex offitio, ante meu͂ ex Provintia de cessu͂, pauca hec preterire no͂ potui, In quibus hec sit omniu͂ summa, vt ea consulat rebus Nepotis sui, quas ego video nimiu͂ vbiq3 ꝑturbatas esse, quibus vix co͂modius succur: ri potest, q3 per hmo͂i Conue͂tu͂, Que Mtas vra͂, vt ab hoie

sui obser^mo^ et publicae quietis cupidissimo, profecta, suscipiet, et boni cosulet, atq illud insup sibi psuadebit, quicqd in me est, aut vnq futurum erit, id omne dignitati, et amplitudini nois sui, seruiturum, atq hoc animo me eius obsequiis et madatis offero, et iterum humillt commen. Qua. Deus, vna cum Serma Regina, et Illmis filiis, foelicissima dui coseruet. Bude X^a^ Junii. M°. D. XXV°.

Sigismundo primo Regi Polonie Stefanus Broderic: Ppus quinqueeclen Ludouici regis Vngarie: apud Pp^um^ or.

SAcra Regia Mtas, et dne, dne mihi gratiosissime. Post mei et seruitorum meorum, in gratiam vre Mtis humillima commendationem. Nunc nihil est, quod scribam, nisi velim eadem repetere, que proxime scripsi, per alium Seruitorem vre Mtis, nondum aliquid certi ex Hispania venit, Res Germanice quietiores sunt, Principem Ferdinandum intelligimus ire cum Copiis suis, ad liberandum ab obsidione, dnm Cardinalem Salzpurgen, obsessum à subditis suis. Ego meam fidelem seruitutem, in gratiam vre Mtis supplex commedo. Quam Deus coseruare dignetur dui incolumem et victoriosam. Rome iiij Augusti. M°. D.° XXV°.

Sigismundo primo Regi Polonie Anthonius Baro Burgi nunctius Clementis pape apud Lodowicum regem Vngarie.

Serma ac Sacra Regia Mtas. His superioribus diebus, commiserat, et mandauerat mihi, Smus D. nr. vt nomine sue Stis Mti vre aliqua exponerem, que ego commodius fore putaueram coram, ea, Mti vre referre, si per Mtem vram licuißet vel potius per negligentiam meam Conuentum indictum celebrari, nunc vero, quum mihi omnis spes prorsus sit adempta Conuentus illius, cogor ea Mti vre perscribere,

Intellexerat Stas sua, pacem inter Mtem vram, et magnum Prussie Mgrum initam, ac omnes causas, et rationes, que ad pacem ineundam, ijs conditionibus, Mtem vram mouerunt, que cause omnes luculentissime mihi, per dnm Premislien, ex Mandato Mtis vre fuerant perscripte, Ad quas, et si non minus iustis et persuasoriis rationibus, posset ex altera parte responderi, tamen, quia Mtas vra, eas iudicauit sibi, ac Regno suo necessarias, et cum adhuc causas, que Mgrum mouerunt sua Stas non intelligat, nihil ad presens, ad causas illas sua Stas iudicat esse dicendum, cum sibi persuasum sit maxime, multis et variis documentis, a tam prudentissimo, et Christianissimo Principe, nihil potuiße attentari, quod sanctitatem et prudentiam non saperet. Speratque Stas sua fore, vt illa Prouintia, heresi nepharia infecta, posteaque in ditione et obedientiam Mtis vre venerit, sua prudentia et seueritate in pristinum Dei cultum redacta erit. De

qua re, tanto maiorem spem S.tas sua cocepit, quato Mtas vra, Ltis suis, sua sponte innuit, se esse prestaturam, Ad quod in dno Sctitas sua, hortatur pene Mtem vram, ad pietate et gloria Mtis vre accedet et hic non parmus cumulus fu; turus laudu Mtis vre. Dicerem hec longioribus verbis, nisi scirem id esse Mtis vre ingeniu, in rebus fidei defende; dis, quod soleat cogitationes sue Stis sepius preuenire, ne di; cam petitiones, et adhortationes.

Cupiebat Stas sua etia, vt instantissime agere cu Mte vestra de Ordine, huic Vngarie Regno omnino perituro ponedo, aliquasq3 vias ad id perficiendu, vt Mti vre declararem. et Mti vre omnibus viribus meis inseruirem, Quod certe eo libentius fuissem facturus presens, quo melius concepltus animoru, dicuntur, q3 scribuntur, Nunc vero cu indies velocissie ad ruina Regnu hoc currat, quid aliud possu dicere Mti vre, q3 cu eadem plorare calamitates tocius Chriane Rei publice ruentis. In ea tempora incidimus, vt nulla ex par; te aliqne locu, inuenire possimus. vbi vel seditiones intesti; ne, vel crudelissimoru hostiu arma, vel nepharie hereses, no debachentur, Que res et si singule, per se, satis superq3 sint ad Regnu vnu destruendum, nescio, si. Dei ira, quam scelera nra in nos prouocant, vel aliqua alia occulta Dei providentia et causa effectu est, vt omnes tres in hac Prouincia, et crescant, et ita firmissimis radicibus indies propagetur, quod no facillimu videtur inde extirpari posse, a valetissis et diligentissimis quibuscumq3 Cultoribus, quid sperandu sit a negligentibus Mtas vra considerare potest: Ordines dominoru inter se diuisi sunt, sunt etiam et Nobiles a dnis

diuisi, Mtas Regia trahitur ad vota quorumcumqȝ. Post quas diuisiones, fiunt quottidie Conuentus iniussu Regio, fiunt etiam et Conuenticula, que et si speciem medicine preseferant, abscondunt tamen crudelissimum venenum, et cum ad eum finem dicatur tendere, vt authoritatem Mtis Regie tueantur. Mtem Regiam ad id adducunt, vt apud omnes, nullius, vel admodum parue sit existimationis et authoritatis, cogitur Mtas sua Conuentibus, et Conuenticulis, ac confoederationibus, absqȝ scitu Mtis sue factis, postea, inhonestissimis conditionibus, consentire. Que res facit, vt dum vnis Mtas Regia consensum prestet, alteris seminarium paret, et det initium, et fomentum, et in tantum hoc ordine processimus, quod verendum est, ne aliquando aliquis talis Conuentus huiusmodi seditiosorum hominum fiat, vt tota authoritas Mtis Regie, aperto marte impetatur.

Heresis, quantum in Slesia, Morauia, et Bohemia vigeat, quid opus est dicere, cum Mtas vestra, et prius ista, quam nos audiat, et etiam propter vicinitatem senciat. Sed hec antiqua est querimonia, Hic vero in Hungaria, nulla est Ciuitas, que Germanis vicina sit, que vel in cordibus hominum, secreto, vel in Contionibus, publice, non det huic secte fomentum. Sed vt reliqua taceam: In Ciuitate Regia Budensi, quantum hec labes vigeat, vel fassiones vnius, qui morti damnatus est liquido possunt ostendere, In quibus faßionibus, tot Ciues vocantur et Citantur, vt fuerit his dominis consultius visum, vt supprimerentur pocius, quam in lucem venirent. Verentes, (vt aiunt) ne Ciuitas ditissimis Ciuibus priuata, in Opidum euaderet.

Sed quid de Ciuitate ego loquor, vtinam altius et propius hoc

malum nō serperet, nihil ego tacerem si præsens essem, nihil foret M.ti V.ræ occultum, nunc vero non sunt omnia l[itte]ris cōmittenda. Q[uod] potens sit hostis comunis, stultißimum esset M.ti V.ræ recensere. cum M.tas V.ra eius vires, nō sine maxima sui Regni iactura; tot annos, inter tot alia bella, sola sua prudentia, et fortitudine, substinuerit. et sæpius, ita Deo dante fregerit, sed q[uod] nos simus inualidi, ad tantum hostem sustinendum, q[uod] imparati, quàmq[ue] negligentes, pauca dicam.

A Croatia incipiens, vsq[ue] ad Moldaniam, per quas terras, cōfinia huius Regni ferè omnia ptenduntur. ab vno mari scilicet, vsq[ue] ad aliud, fere nullus est locus ita munitus, ad quem, vel astu, vel armis inimici facillime penetrare non possint. Ad hec accedunt, animi populorum, per negligētiam meám, et inportunam, ac acerbissimam d[omi]norum exactionem, ita exasperati, vt incipiant de rebus suis cogitare et quouis damno mutare seruitutem potius, q[uam] hec pati, Auditur enim D. Croatas omnes, vnitos esse, et acceptiuros esse ꝑdictē Conditiōes, q[uam]uis iniquas, à Thurcarum Tyranno oblatas, idq[ue] nō secretò, sed aperte indicant per proprios Oratores M.ti Regiæ. Quid credit M.tas V.ra, quid sint facturi alii, cum se videant in simili necessitate constitutos, ad exemplum d[omi]norum Croatarum, Et quis populus est in Hungaria, qui in eadem naui cum d[omi]nis Croatis, naufragium non faciat quottidie? Certe admodum pauci, post Croatas sunt Sclaui, qui diuisi sunt in multas partes, neq[ue] tantum potuimus, aut voluimus posse. vt eis oportunum, et non contemnendum Banum daremus, Et dum de Bano Sclauis dando, nos hic disputamus, interea ibi prouentus Regni dißipantur, et Sclauoniam amittimus.

Post hanc, veniet Jayza, proh dolor Jayza, tot sudoribus atq[ue] quōrum

nrorum, à manibus hostium, per vim, et virtutem ablata; munitissima Ciuitas, per quam solam esset nobis spes aliquando, totum Bosne Regnum recuperandi, in tanta calamitate deuenit, vt careat omni comeatu, et multi sunt dies quod pane non comederint, Et mox timendum est, ne per famem, ad manus hostium deueniat.

Habemus inde Varadinum Petri, quod opidum, virtute domini Colocensis, nunquam satis laudati viri, hucusque substinens, sed nunc, cum sint gentes, omnium dominorum, et Comitatuum inde reuocate, et Colocensis cogitet ad Maiestatem Regiam, propediem, quo in periculo relinquetur Castrum illud, relinquo, vt Maiestas vestra cogitet

Themesuar est postea, cui prefecimus duos Comites, certe bonos, et strennuos, si possent gentes suas alere.

De Transalpina, Moldauia, et Transyluania, quo in Statu sint, nihil attinet dicere. Sunt Maiestati vestre vicine, et inde veriore poterit, à suis habere relatione,

Hec omnia, et his etiam peiora mala, eo consilio visum est sue Sanctitati quod potuissent prouideri, et caueri, vt in primis prouentus Regni in certum ordinem redigerentur, utque bonis nominibus darentur in arendam, ac omnibus Capitaneis, qui fines tuentur, certa stipendia sua assignarentur apud eos mercatores, qui prouentus Regios arendarent, quod quisque sciret deputationem suam, sumptus à Maiestate Regia reformarentur, atque in certum ordinem reducerentur, cauereturque etiam grauissimis censuris, vt quilibet integras gentes, pro quibus ei solutum est, in finibus quos tuetur detineret, quilibet ex aulicis Maiestati sue seruiret, his equis, et armis, ad que se Maiestati sue astringit, Vnus Tesaurarius constitueretur, qui probitate vite et moribus,

ac integritate, esset Mti Regie probatissimus. Cancellarium speramus bonum fore Brodericum, pro quo Mtas vra et Stas sua, intercesserint, et intercedunt, apud hanc Mtem, et apud dnum Strigoniensem, et ab ambobus, mihi iam pmissum est, et spero, qd expediem promulgabitur Brodericus Cancellarius, si fides erit, apud quos esse debet,

De Palatino moderno, bene Stas sua sperat, est enim sue Sti cognitus Rome, in legatione, quam habuit apud illam Sedem, qui et lris et verbis, multa Sti sue pollicetur, Interponetur authoritas Mtis vre, cum anthoritate Sctmi D. nri, necno et subsidio, et auxilio posset aliquis ordo constitui, qui foret no solum huic Regno vtilis futurus, sed Regno Mtis vre, et toti Christiane Reipublice

Hec omnia diffusius et subtilius fuissem Mti vre dicturus, ac aperuissem Mti vre, anthores scelerum, et rapinarum, Destructores anthoritatis Regie, remedia ad singula oportuna, que qz essent Regi profutura, sine aliorum dolore et displicetia, q non potuissent adhiberi, quin alios offenderent, nihil enim reliquissem intactum, que etsi no tuto, no commode p lras significari possunt, volui Mti vre hec, ex multis dixisse, vt si Mti vre placuerit, cum suos Oratores huc destinauerit, precipiat eis, vt mecum communicent, Mtis vre super his rebus consilium; Ego etia eis Dni mei consilia aperiam, et paribus ac mutuis consiliis, postqz Mti vre no visum est conuenire, aggrediamur rem, forsan Deus dabit vt auspiciis Smi. D nri, et Mtis vre aliquid boni, poterimus facere.

Nec Mtas vra relinquat dare in mandatis de rebus Boheicis.

Slesitiis, et Moravicis, pro qua V̄e Sctitas sua, summopere ro-
gat M̄tem v̄ram.

Pax inter Serm̄u Angliae Regem, et Regnu Franciae effecta
est perpetua. Rex Galliae captiuus infirmus fuit his supe-
rioribus diebus ad mortem, et rumor fuit mortuu fuisse,
postea intellectu est ipsu conualescere iam.

Dux Borboniae, ex Italia soluerat Hispaniam versus.
Sctmus D̄ns m̄r sperat bona concordia, et pacem. Et si h̄ec
noua confoederatio, videatur nonnihil impedimenti huic rei
esse allatura, sed tamen cu h̄e l̄re datae sunt, nihil certi
habebatur. L̄re Datae sunt xv die octobris. et me meaqȝ
seruitia V̄ae M̄ti comendo. Budae vij Nouēbr. M°. D°. XXV°

Andreas Cricius Eps Premislien
Petro Tomicio epo Crac. regni Polonie
Vicecancellario.

Rme mi dne, dne colendißime. Parebo iußis Rme D. vre. q pedem hinc non monebo, donec ipsa foeliciter redierit. Vtcunq3 iam sarcinulas colligere coeperam, Nam licet predia Epatus mei, me alere non possint ante fruges collectas, plus tamen mihi alimenti suppeditare possent, q3 hic vnicum et dudum exhaustum. Caeterum, pudet admodum versari in Caula, [Curia regia] quemadmodum alios mei ordinis versari video, cum probro, et dedecore, quasi auersantem sequi fortuna, et debitum suum officium negligentem. Faciam tamen ita, vt iubet vestra D. Rma.

Post discessum Regium in venationes, ego in Suburbanum meum secessi, vbi animum, nescio quare indies peius affectum, quantum possum, reficio. Disputo mecum me id non habuisse, qd amisisse videor, superat tamen id, quod experior me contra ptam omnium existimationem, et fauorem amisisse. Scit enim Rma D. vra, q, eo, quo fortuna, illic et fauor hominum se inclinat. De auctoritate et existimatione eiusq Rme D. vre nihil dico, que sola per se nixa est satis. Verum tamen, et Deus ipse in sanctis suis gloriosus est.

M: Rme Dne, mira hic aguntur Conuiuia, mire ostentaciones. eciam preter [Bone regine] here sententiam vt que nec diuinis, contra omnium opinionem, adesse voluerit, multis argumentis declarans se mihi condolere, in hys etiam, in quibus non est opus

Misit mihi dns Palatinus Crac. res nouas, ex Italia, et ex Germania, reces in Nyepolomicze allatas. Quarum Copiam mittere volui Rme D. vre. Allata sunt etiam multa ex Hungaria, sed noluit earum copiam facere. Non libenter enim sua D. de his loquitur, videns nostrates vorantibus auribus illa audire. In summa tamen est id, quod ante scripsi de exanctoratis Officialibus, et ablatis etiam dno Archiepiscopo, cum sigillo, decimis, et vt alii referunt, toto Archiepiscopatu, Ita plerumque nimia auctoritas in nexum erupit. Cumque nõ satis fit, quod satis est, et id amitti, et tanquam ab ingratis fato auferri solet, Hanc fortunam illi, si recte D. vra Rma meminit, semper ominabar.

Scripte sunt plerique lre, per Baronem, et Brodericum cifris, Ad Broderici lras, ego feci Copiam dno Palatino, sed Baronis cifra est apud Rmam D. vram, Que res, vt olfatio, molesta est ipsi dno Palatino. Me Rme D. vre humiliter comendo. A sancto Floriano Crac. xix Julii. M°.D.XXV°

Cricius Tomicio Auunculo suo.

R:me et colendissime mi dne. Mittit dns Palatinus Crac: vre R:me D. totam tragediam Hungaricam, In qua hoc vnum est melius fama sparsa, q sigillum acceptum, vnacum Archiepiscopatu, dno Strigoniensi collatum est, non Seculari, sed dno Episcopo Agriensi. Actum enim illic fuisset, de tota auctoritate spiritualium.

Dns Brodericus scribit mihi per cifras, se intellexisse dnm ipsum Strigonien, sigillum resignaturum, oratq3 me. vt cum R:ma D vra illic adessem, prout ex eius scheda versa intelliget, verum cum iste casus inopinatus euenit, difficillimum erit illum innare. Licet dns Agriensis, sit omnino inhabilis, et lingua et calamo, tamen homo est apud plebem acceptus, et pertinax, voletq3 potius, alicui suo fauere, q3 his, quos dns Strigoniem, promouere instituerat, quibus et sibi ipsi, hac cunctatione, pessime cosuluit.

Vtcumq3 est, quando R:ma D. vra reuertetur, tentandi erunt modi, de ponendo ad ipsum officium aliquo, nobis propenso. Qd spero etiam dnm Strigoniem curaturum. et emersurum etiam aliquo modo, ex his suis aduersitatibus, sua versutia.

Mtas Regia, nullo modo censet sibi, cum illa inite conueniendum, istis motibus, in feruore existentibus, sed nec Nuncium Insigne mittere vult, licet oes suadeant d. Palatium mittendum.

Mitto vre R:me D. lras ex Vrbe, ad quas quia mee se

referebant, illas aperui, et res Nouas, uti Regie perlegi,

Lre promisionis Prepositurarum nondum venerunt, nec quicquam de illis scribitur. Significatum est mihi, Andrzeick non dedisse mras lras quibus scripte fuerunt, nisi post suum discessum instructum de industria, ne quid difficultatis esset, in expediendo Epatu, quod comprobat ipsius Nebulonis contemptus, quo hactenus aliquocies vocatus, ad me venire noluit. Ita hic iam existimor, eciam a talibus despectione dignus.

Expectabo, ut prius scripsi, reditum vre D. Rme, et iam ad factores meos in Epatum significaui, comperi agi quedam secreto, in fauorem d. Carnkowski, pro Epatu Cuiauien. Cuius reditus hic per d. Rabeski expectatur ea ob rem, et item pro dno Oleschnizki, de speratis nescio quibus vacacijs, etiam auspitio eorum, qui reconciliati, nobis maxime blandiuntur, suntque certissima quedam eius rei inditia, Ego quid amplius dicam, aut faciam nescio, nisi tacitus mecum meam sortem deploro, nihilque non euenturum puto in alijs, cum in his, que in manibus fuerint, preter spem euenit. Me Rme D. vre gratie, humiliter commendo. Cracouie die sancti Jacobi. M°. D.° XXV°.

. o q sollicita es misera ambicio!

Andreas Crziczki Eps Premislien
Petro Tomiczki epo Crac. Vicecancello

Rme mi dne, accepi nunc lras ex Lippowiecz, et à Baccalariolo, et Mathissek, quibus lachrymabiliter petor, vt intercedam ad vram Rmam D. pro illius eliberatione, vel saltem mitiori sessione, qz ea, vbi frigore et fetore non potest, vt mihi bene constat, citra discrimen vite, diu sederi. Mi Rme Domine, non dubito vram D. Rmam, vt in omnibus aliis rebus solet, ita et in hac quoqz servi sui castigatione, nihil perperam agere, Verum vt vt ille meritus est, exigit benignitas vre Rme D. et illius adolescentia, vt illius misereatur. Supplicoqz humiliter eidem Rme D. vre, mandari faciat, vel illum dimitti ex sua clementia, vel saltem si hoc nō meretur, vt poena illius sit, hac mea intercessione lenior. Valde enim dure, et inhumaniter illum tractat dns Dluski. et ego Carcerem illum probe noui esse periculosissimum. Mi Rme dne has meas preces rogo, et benigne suscipere, et exaudire dignetur, tanqz dns meus gratiosissimus

Andreas Cricius Eps Premislien
Petro Tomicio epo Crac. Vicecancell°

Apologias contra Gdanensium. Vide infra folio

Rme in Chro pater et dne gratiosissime. Memor mandati D. vre Rme, scripsi mox veniens huc Responsu Gdanesibg. Quod, ne quid negligerem, cum nullus alius se offerret, mitto per meu Nunctium, Materia est, non vsqquaqz digesta, no ex alio tame qz ex lris Euangelicis et Aplicis cotexta, vt eadem tela, quibus impetimur, in hostes retorqueamus. Cum illas eoru Apologias legißem, miratus su admodu hanc impudentia, vt traditiones Ecclcas, commenta et somnia stultoru hominu, appelare no sint veriti, cora his qui eas complectuntur, vt sic et Mtem Regia, et omnes Christianos, qui Ecclesia sequuntur, stulticia notarent. vt interim omitta, que in ordinem nru pbra cogesserint. Quare, no visu est, nisi eisdem tropis, eisdemqz sonis, hanc illoru Cantilena recinere. Occurrebant inter scribendum infinita, que ad retaliandum faciebant, sed ratione habere oportuit, et memorie, et eius, cuius nomine sunt dicenda. Proindeqz in compendiu, omnia, qz maxime potui, redegi. Facere tame no potui, quin res, mea ipsius sententia, no videatur aequo prolixior, eo maxime, q vra D. Rma, voluit ad singula illoru capita, aliquid responderi, que volumen sunt magis, qz legatio. Si tamen id responsu prolixius videbitur, qz vel memoria, inter tot occupationes, capi possit. vel locus, aut tempus postularet, omittere poterit ea capita, que singularia cotinent, quoru quodqz incipit ab eo, qui nos doceret, etc. Na et coclusione tale feci, vt cogruere sine illis poßit

- Mi Rme dne, rogauit me Capitulum meum, ne cum Synodo accelerarem, propter itinerum malignitatem, et labores hominum huius temporis, qui etiam et Sacrificos occupatos habet. Et proinde oportuit tempus, ad ipsam Synodum, seruis opinione mea instituere, usque ad festum sancti Francisci, multa hic praeterea emergunt, quae mihi negotium exhibent, et moram exposcunt, Redibo tamen isthuc, cum primum vra D. Rma iusserit, cuius mandatum rebus omnibus anteuertam, Interim supplico mei meminisse dignetur. Cui me ex corde humiliter comendo. In Brzozow die Exaltationis S. Crucis. M°. D°. XXV°.

Supplico, scribere non grauetur vra D. Rma, quo pacto arridebit ei hoc Rensum, aut quod congruet cum sententiis dominorum. Dici non potest, quod hic multi, multa de hoc negotio fabulentur. quod multorum oculi ad illud sint intenti. Proinde curandum esset etiam atque etiam, ut non ita leuiter transiret.

Cricius Tomicio

R. Me mi dne, Non video in eo decreto, quicquam perperam, aut inique comissum, Causa est religionis, causa Regia, cepta et munita res absente Preside, quo minus credi potest, ex industria, vel odio fieri. excusationes contra edictum clarissimum non valide, presertim Euangelico pretextu, quo tota illa doctrina vulgo instillatur, et quo quisque se excusare posset, cum tamen ex titulo libri, effectus edicti ~~non~~ est considerandus

De homuntione hoc dudum audiui, cum huius farine, illic

Primipilum, Sciolum et arrogantem, Nunc mercatus agitur illic,
res vulgabitur, non sine profectu religionis, que si rescindi
deberet, quantum levitatis edictis Regiis, alioquin levissimis,
quantum animi ardelionibus pestiferis, quantum in posterum
discriminis rei Ecclesie afferret, conturbaretque Sacrificos illos
nostros, vestra Reverendissima D. satis considerare potest, et profecto
non mihi placet mei illius in ea re prophana nixus, Parcere
dignetur morologio vestra D. Reverendissima Que foelicissime gerat.

Cricius Tomicio

Reverendissime mi domine. Post scriptas priores venit Niemcz
ex Gdano. attulit tria stamina panni rubei Londen. vestre
D. Reverendissime, que apud me deposuit, retulitque barpias obtulisse,
ac egisse secum, quod nisi hanc offam obyceret, se nullam ex sententia
expeditionem habiturum. Ego hominem bono animo esse iussi
inquantum causa sit iusta. et non dubito, quin id quod iustum
erit obtinebit. Eum pannum, si nunc vestra Reverendissima D.
sibi mitti iubet, an non longum erit, quod ipse mecum adducam,
me certiorem facere dignetur. Me Reverendissime D. vestre, etiam
atque etiam humillime commendo.

Andreas Krziczki Eps Premisliensis
Petro Tomicio Epo Crac. Vicecancello
Regni Poloniae.

Rme in Chro pr, et dne dne gratiosissime. Expectaui cum summo desyderio Nuncium D. vre Rme, vt cum eo de illa, sermone me explerem; Verum is veniens, magno me dolore et sollicitudine affecit, nunctiata eius aduersa valetudine, quae tametsi nihil habeat periculi, tamen res est solliciti plena timoris amor. Precor aut dnm Deum, vt veniens, illam saluam, et sospitem inueniam, Quod omnino futurum spero. modo parumper sibi, et quieti suae indulgeat. Ego tametsi equos meos, itinerum malignitate confecerim, iam tamen ad seruiendum D. vre Rme, sarcinulas colligo, et die Dnco in Crossno exibo, non potero enim nisi lento itinere proficisci propter vndas, et iter nimis depranatum, Applicabo tamen istuc, Deo bene iuuante, feria sexta proxima. Persuasit Morawiecz viam esse potiorem per Radlow, astipulantibus meis amicis, itaque fortasse illac temonem dirigam.

Ago immensas gras vre D. Rme, quod me participem fecerit consiliorum dni Archiepi in re Gdanen, quae hactenus legere non vacauit, Asscribo tamen huic sententiae. ne Conuentus fiat, nisi in loco designato, ne seditiosis aliquando, ansa praebeatur, vel dissuendi Conuentum ipsum, vel omnino perturbandi. Nouit enim vra D. Rma, quod nihil aliud venari soleant, quam causas miscendi, et inficiendi omnia. Auram corruptam spero hyems reficiet, Ego quidem formido

venire istuc ex aura saluberrima, committam me tamē dño Deo, et veniam.

Misi ab vna hebdomada exempla lrarū Conuētualiū, p quedā famulū dñi Procbnizki, ne qua negligentia fieret, tamē in omnē euētū, mitto iterū eadem.

Commendaui etiā negotiū dñi Brodericj, commendaui, et alios, quos et dignos et nr̄os arbitror futuros, sine vlla ipsorū scientia. Supplico Rmē D. vrē, vt quē non vllo instinctu alieno, vllóue ambitu, sed duntaxat affectu in amicos, et nostram existimationem integerrimo animo scripsi, in eā partem benigne accipere dignetur. Cui me humiliter cōmendo. Ex Brzozow.

Hic est panis viuus, qui de coelo descēdit. Jo. vi°

Hic panis est viuus, verbū, caro, victima Chrūs.

Illa hic lux mundi, verbum patris, hostia vera.
Viua caro, Deitas integra, verus homo.

Ne solum mireris opus, mirere Viator,
Quàm bene cōueniunt, nomina, resq; simul.
Et petra est Christus, et petra hēc cōtinet illum.
Et Petrus posuit nauita presul opus.

Cricius . Tomicio . Auunculo suo

De promotione Lataleii

R.me in Christo pater, et dne dne gratiosissime . Hodie re-
diens à dno Bal, apud quem sacellum consecraui, inueni
puerum meum cum lris vre D. Rme . Quibus, inter alia,
que mihi scribere dignata est, mandat sibi verba aliqua
mitti, que Ciborio insculpantur, queq3 indicent diuinissi-
mum sacramentum in eo cotineri , Ego vero tum nactus
hunc Nuncium euestigio meum euoluere cœpi, vt annotarem
quod congrueret, non intelligens tamen, an vtcumq3 spa-
tium, quadraginta lras, vel vnum eorum continere posset.
Vtcumq3 est nulla verba, magis idonea, maiorisq3 fidei,
et auctoritatis mihi videntur, q3 illa, que ipsius ore, qui
illic cotinebitur, sunt prolata, Hic est panis viuus qui de
coelo descendit Jo. vj. presertim cum de solo pane, vt illic as-
seruatur, sit testimonium, contra illos, qui vnum sine altero
uetant exhibendum. tamen interim dum hoc meum subito
reuoluerem, exciderunt obiter, et ex tempore hec alia,
que annotaui, vt si que arriderent, adsculperetur alicubi.
Dispiciam adhuc aliquid, vt Nuncio nacto mittam, vt quod
placeat eligere possit.

Mandat etiam vra D. Rma, vt reditum meum maturarem, ver-
sarerq3 potius in luce ista, et mihi ipsi non deessem. Mi
Rme Dne, nouit vra Rma D. q3 sit lux omnis inimi-
ca pudori . Nouit etiam q3 ego, nulla in re mihi ipsi vnq3

sim fretus, sed me semper omnes spes meas, meu omne presidiu, in illa sola collocasse. Et proinde quo pacto, vel desim ipse mihi absens, vel adsim presens no video, redibo tame citra mora, vna hac causa, vt seruia vre D. Rme, vt hoc vnu debeo. De reliquis fiat voluntas dni.

Mi Rme Dne, ia plane videre potest. D. vra Rma quo omnis alea potestatis est conuersa, videt vt vinea, qua plantauit, versa sit nobis in amaritudine, videt quales in ea Operarii, et quibus modis conducti, qz hy, qui per virtutem no possunt, penetrent cuniculis in ea vinea, vnde quantumuis indigni, et temulenti emergeant, et nris, dignisqz aditus omnis occludatur. Supplico vre D. Rme, per eius summa sapientia, et apud omnes existimatione, meminerit illius Terencij: Non id esse sapere, quod pre oculis est videre, sed que futura sunt prospicere. Dignet itaqz prospicere tempori, no mihi, qui idoneus non sum, sed his saltem, qui nobis in posteru, et Reipublice, suis dotibus, suoqz et ingenio et animo, ex vsu esse possint. Cogitet nos non esse sempiternos, non nobis solis natos. Na et volucres pullos suos fouent, et ad volandum promouent. Sic et Reipublice, gregiqz nro in futuru cosulet, et vicem debita illis rependet, à quibus summa beneficentia, et eos, pro quibus rogo, comendatos per manus accepit.

[marginal glosses: "i. ad Reginam Bonam" above "alea"; "Latalski. Carnkowski" above "Rma"; "epi" above "Operarii"; "emptoris, Gratuum" above "modis"; "i. Latalski" above "temulenti"]

Hec ideo scribo, quia multa olfatio, et pene palpo, que forte vra D. Rma, neqz credit, neqz sperat futura.

Mi Rme dne, scripsit mihi dns Archidiaconus Crac.

[marginal gloss: "Jos Choienski" above "Archidiaconus"]

quo pacto absolvit, vra D. Rma Nunctios Capli Posnan. de Regio debito, et anno gratie, nihil aequius, nihil argutius respondere potuit. Verum hoc Responso, scio intumescet Bromig Latalski Eps ille, vel Briareus potius, qui hinc sarcire vellet, quod ne: (emendo a Regina Gratum) farie prodegit. De quibus Nunctiis iste mira mihi comu: nicavit, et lras complures illius, et Chymere, indignissi: mas, mihi comonstravit, que in hoc negotio ad dnum suum scribebantur. Me humilr Rme D. vre comedo. Ex Brzozow XXiij Septembris. M°. D°. XXV°.

Cricius Tomicio

Mi Rme dne. Cognovi ex lris vre D. Rme, q, ea, que de futuris providendis, quod unum est vere sapere, scripsi, eorum acceperit, quasi illam ad aliqua tortuosa, ut scribit, cosilia, et practicas Curie, artesque insolitas, cohortarer. Equidem non eo a me factum est animo. Semper enim ipse eiusmodi technas odi, licet commemorare possim, quanto tempore olim in stadio cucurrerimus, quantum per amicos, etiam absentes prestitum fuerit, anteque primum (Gratum Premisliense) illud bravium, quod ego nunc gero, accepimus, Quantum deinde pro alio sudatum fuerit, etiam adminiculo publicorum Nunctiorum, et zelatorum Reipublice, et nisi res fuisset cum homine, qui adeo non reluctetur, cum sententie Principis, tum publicis decretis, et expostulationibus, ut etiam omnibus in rebus, sua lenitate modum excedat, nescio q3 sub manus nobis illud tum successisset Quanta denique sollicitudine, et quot amicis p isto

nouissimo Principatu, sit eam Mitione defuncto, volutum, et practicatum, vt nisi hoc modo circumuictus fuisset tempori, ambitus ille, fortasse aliquid, si non impedimenti, certe difficultatis nobis ingessisset. Que amicorum studia, an recta, vel tortuosa sint consilia, an simplices practice, vel Curiales, in presens non disputo. Certe ad dotes et merita Rme D. vre, non obfuerunt, quorum tamen, illa scribens, nihil optaui, Prospiciendum duntaxat amicis submonui, quod et ante mee sortis euentum, me recte monuisse euetus ipse declarauit, Nunc de me nihil sum sollicitus, Cum enim fortuna id negauit, quod precipuum erat, in meis et meorum votis, quid amplius sperem vel optem, ex animi mei sententia, prorsus non video. Redibo tamen breui ad palestram istam, vt prius scripsi, non vt contendam ad aliquid, sed vt, quod debeo, seruiam D. vre Rme. Cui obnixe supplico, vt que interdum mihi pro mea sollicitudine de amicis, et nra existimatione, scribendo, excidere solent, si forte aliquid, quod tangi non patitur, de quo minime cogito, attingeret, boni consulere, et in eam partem, in quam scribo, benigne accipere dignetur, tanquam Dominus meus clementissimus.

Andreas Cricius Eps Premislien
Petro Tomicio Epo Crac. Vicecancel°

RX Me in Chro pr, et dne dne mi colendissime. Reddite sunt mihi hac nocte preterita, lre, vre D. Rme, vna cum his lris dni Broderici, que me magna sollicitudine affecerit ita vt has euestigio, ad illam scribere sim coactus; Quanta sint illius merita, erga Mtem Regiam, quanta erga nos fides, et propensio, vra D. Rma non ignorat, Is nuc opem vram implorat, nuc occasio est et Mti Regie, et nobis, promissis satisfacere, et illu nobis hoc benefitio obstringere, Res fortaße videtur iã neglecta, vt aut ille hactenus, aut aliqs alter preualuerit, tamen prestandu esset officiu in omne euentu, erga homine merentißimu. Reliqui ego apd vram D. Rmam eius cifram, rogauiqz vti eius lras quascumqz semper aperiret, cu illi videatur, et ad Mtem Regiam, et ad vram D. Rmã, scribere, cu ad me scribat, Nescio aut quare has illius lras clausas mihi miserit, In quibus cu Cifra carea, nescio quid scribat, hoc vnu tamen conitio, illu agere de offitio, ad quod nemo illo est dignior et nobis vtilior, Fortasse id fit instinctu dni Archiepi, qui huc morem habet, vt quocienscumqz vel Regina, vel Comitas, eig conatum impedit, suggerat auxiliu nostru implorandum. No potui me continere, quin euestigio scriberem, hec lraru exempla, et mitterem vre D. Rme, per hunc oblatum Nunctium. Cui supplico impense efficere dignetur, vt Sacra Mtas Regia, cu ipsis lris Nunctiu suu mitteret. Nam

eiusmodi officium, illuc etiā pro Rm̄a D. vr̄a, olim fuit pre-stitum, et etiamnum pro multis prestatur, Ita manus manum la-vanda est. Si aut̄ id efficere nō posset, lr̄as saltem expedire velit, quas vel meis impensis, nr̄ dn̄s Carolus Bononiensis ad illum mittet, quem Rm̄a D. vr̄a accersiri ad se iubeat, eiq3 Cifram interpretandam demandet, habet eni illam satis cognitam, ne ipsa tantum laboris subeat. Hoc, etiā atq3 etiam vr̄am Rm̄am D. rogo et supplico. Pudet eni me, cū ille nob tam ex animo seruiat, et in nobis multum cōfidat, nō adesse nos illi cum res exigit. Lr̄e fient haud dubie nō ingrate dn̄o Archiep̄o, siue iā dignitati et quieti sue consulere insti-tuit, siue adhuc his fumis inuolutus teneatur.

Terruit me nimium, vr̄a D. Rm̄a, q̄ ad festum sancti Martini habenda sit Conuētio, et eo magis, q̄ se nescire scribat, quo in loco statuetur, et hic fama est constans Thorunii futuram. Confeci eni equos meos, cōtinuus per Diocesim meā itineribg Considerans aut̄ tempus iam esse valde angustum, ad scribēdas et dimittendas per Regnum tot lr̄as Conuētuales, scripsi mox acceptis lr̄is, vr̄e D. Rm̄e, et non expectato illius Nūctio, quem se missurum scribit, per hūc, qui mihi tum obtigit, mittē-das censui, ne qua esset negligentia, que semꝑ officialibg im-pingi solet. Non visum est etiā ipsas lr̄as plixis verbis, pre-sertim eandem Cantilenā canēdo, extendere, Vnde nihil ali-ud cōmodi, nisi labor inanis Notiorum, et mora longior pue-nire solet. facilis erit factio, si qd neceßarium videbitr. Re-liquum quod erit scribēdum, mittā citra morā ꝑ Nūcium Rm̄e D. V.

Constitueram hodie, hinc versus Brzozow soluere, sed cogor ad diem Lune subsistere, q̄ dn̄s Tharnomien ad me huc miserit

veniat. Me v. D. Rmae humiliter commendo. Ex Radimno. Sabbato post festum S. Francisci. M°. D.° XXV°.

Petrus Tomiczki, Eps Premislien. Crac.
Andree Cricio Epo Premisliensi: nepoti

Rme in Chro pater, et dne Nepos charme. Gratissime mihi fuerunt lre R. p. vre, quibus de omnibus rebus suis, me fecit certiorem, Gdanenses detinentur adhuc hic, propterea maxime, q dns Archiepus, sup negotio eorum, nondum suam declaravit sententiam, neqz eciam ij, qui citati sunt adhuc comparuerunt. A Senatoribus Regni, qui super eo negotio, lras suas huc miserunt, multum est sentenciis variatum. Nam quidam eorum, vt difficillima queqz omnia, sic et hoc negotium in Conventum generalem reyciunt, pars ad profectionem Regiam in Prussiam. Sunt qui totum hoc onus defendende religionis, nobis duntaxat spualibus sustinendum esse arbitrantur, asserentes se ad difficiliores Reipublice casus reservari. Ecclesias aut, ea potissimum de causa esse tam munificentissime donatas, vt res fidei inde defenderetur. Fama, et ea satis constans est hic. Inter Caesarem et Gallie Regem, no modo concordiam, sed eciam amicitiam, affinitatem, et pacem perpetuam cofectam esse, adhibitis eciam pluribus Principibus in foedus. Feruntqz Caesari nupturam esse filiam Regis Portugalie, Regi Gallie Sororem Caesaris, Regis Gallie filio maiori natu, filiam Regis Anglie, sororem Regis Gallie Duci Borbony, atqz ita ex tam tristi et lugubri initio, foelix et letus exitus est subsecutus et ad plaudite est deventum.

Brodericus Quinqz ecclesiensis Preptus, qui dispositis equis, citato cursu

e Roma inper ad Hungariam profectus est, ~~iter habuit~~. In lris e Villaco ad Regiam Mtem scriptis, de eo foedere, et caeteris rebus, nonnihil, et velut in transcursu, attigit. Significavit tamen, breui vberius se de eis scripturum, cui ego etiam lras, quas Rma P. vra ad eum scripsit, et apud me reliquit, nunc mitto. Si quid tale huc scripserit, quod Rmam D. vram operepretium scire existimabo, non committam, quin ei omnia communicabo. Suspicantur multi, quibus et ego assentior, neque id temere, tam repentinum Brode:rici ad Hungariam accessum, nonnihil ei subito dignitatis et ho:noris allaturum.

Ego etiam ex debito amoris, quo Rx. P. vram, iam ab initio co:plectebar, censeo, hortor, et moneo eandem, vt cum primum Sy:nodum, quam istic habitura est, consumauerit, acceleret huc gra:dum, et versetur in hac luce, cum aetas et occasio fert, nec ve:lit sibi ipsi deesse.

Cyborium Marmoreum, quod Ecclesie Posnan fieri curaui, iam perfectum est, restat, vt elogium aliquod in superficie insculpatur. de quo eciam cum Rma P. vra coram locutus sum. Peruelim itaque, vt inscriptiunculam aliquam breuem, que quadraginta lris perfici posset, excogitet, et mihi huc mittat. Sciat ta:men duo loca ad eandem inscriptionem relicta esse, qua:draginta lrarum capatia. Itaque opus est, vt tale aliquid vtrinque sculpatur, quod indicet et significaret, diuinissimum sacramentum intus collocatum esse. Id pro acumine ingenij sui facile per:ficiet R. P. vra. Quam foeliciter valere cupio. Dat

Petrus Tomiczki eps. Vicecancell^s
Luce de Gorca Castello Posnamien
Maioris Polonie Capit^o generalj.

Magce dne dne et frater honorand^{me}. Q me vra Magcia, de incolumitate sua, lris suis fecit certiorem, fecit mihi rem perq3 grata. Quicquid enim ei succedit ex sententia, perinde gratum esse solet, ac si res mea propria esset. Quod vt per omne occasionem facere velit, etiam atq3 etiam rogo. Ego quoq3 in hoc mihi no deero, quin eidem vre Magcie, ad omnia respondere curem.

Ea, que ex lris Mtis Regie vra Magcia accepit, vt in Lutheranos Sectatores cohercendos et exterminandos eo sit anio, quo par est virum, vere religioni deditum et addictum esse oro vestra Magcia, nihil pretermittere dignetur, et hoc sibi in animo constituat, vt cum sub meo regimine, et Ecctco et temporali, qui sumus gentiles, et propinqua cognatione et affinitate iuncti, hoc tam pernitiosum malum, in his locis, quibus, Deo bene iuvante, presumus, et in quibus nati et aliti sumus exortum sit, q in eo succidendo, et euellendo, ita elaboret, vt in primis Dei omnipotentis, gratiam promereamur, hoc tam preclaro facinore perficiendo, gloriam acquirendo, eciam beniuolentiam bonorum cociliare studeamus. Ego nulla in re Magcie vre deero. Et quicquid consilio, viribus, et auctoritate mea efficere potero, ad vram Magciam, in hoc exercendo iniuncta, sciat me nihil vnq3 pretermissurum eße, modo intelligam quid sit opus facto. Mti aut Regie, vra Magcia hac re se plurimum commendabit perficietq3 vt in optatis rebus, facilius apud eam sit impetrabilis. In quo ego quoq3 no deero, data tam honesta occasione.

De heresi

Quid de Rege Galliẽ, hic habeamus, et senciamus, malo vram Magciam, ex inclusis exemplis lrarum, que ex Italia et Hũgaria misse sunt, q3 ex meis lris cognoscere, nos in tanto casu, et maxima rerũ mutatione, nihil aliud possumus dicere, q3 fortune viciβitudines, tales semper fuisse, futurasq3 esse, vt nec, quos clarificat, perpetuo foueat, nec quos ferit, perpetuo pmat.

Quod item ad conclusiones, in componẽda differẽtia Pruthenica, confectas, attinet. Redierunt iam dni Duces à dño Mgro. Dicitur velle, in omnibus Conuictis parere velle, modo sibi Mtas Regia adÿcere velit Nouã Ciuitatem, et Tolkmitum, que prius etiam per dnm Catborski; Ducis Legnicensis Nuncium proposita fuerunt, Et proinde quorsum res euadet, scire adhuc non possum. Postq3 tamen confecta fuerit, faciam vt sciat Magcia vra. Cui me ex corde comendo, et opto, vt cũ omnibus suis viuat foelix et incolumis. Datum.

Sigismundus primus Rex Polonie Capitaneis regni Polonie: vt puniant iniuriatores ecclesiasticorum.

Sigismundus etc. Vniuersis et singulis Regni nri Capitaneis, et eorum Vicesgerentibus, sincere et fidelibus dilectis, Graciam nram Regiam. Eo animo in religionem Christianam semper fuimus eamque disciplinam, diuinitus nobis instinctam, et a maioribus per manus traditam, iam ab initio principatus nri obseruauimus. vt personas, Saluatoris nri Christi, Ecclesieque eius ministerio dicatas, singulari gratia nra prosequi simus soliti. Quas, quo commodius, et tranquillius, diuinis laudibus, deuotisque ad Deum orationibus, insistere, et inuigilare valerent, protectione nra Regia, et tutati sumus hactenus, et tueri volumus.

Quoniam vero nuper certiores facti sumus, tales personas Ecclesiis Dei seruientes, iniuriis affici, atque vexari, esseque complures in Regno nro, tam ex Nobilitate, quam ex plebe, qui, propterque censuras Ecclesiasticas, vltra annum sustineant, etiam talibus certis personis, publice diffidant, eisque violentias inferunt, in viis publicis, et domibus eorum, diebus noctibusque in eos grassantur. Et propterea, vt credi par est, iram dei in nos, et vniuersos subditos nros prouocant, Vnde nos tales, merito coercere et reprimere volentes, vobis omnibus et singulis seuerius precipientes mandamus, omnino habere volentes vt si qui tales extiterint, et ad vos delati fuerint, contra eos iuxta veteres Regni nri Constitutiones procedatis, iuxtaque earum dispositionem sine spe, ad Ius spirituale remissionis, in eos poenis debitis animaduertatis. Nec sub graui indignatione nra aliter faciatis. Datum

Petrus Tomiczki Eps Crac. Regni Polonie Vicecancellarius
Andree Cricio Epo Premislien. nepoti suo

Rme in Chro pater, et dne Nepos charme. Reddidit mihi is Nunctius lras vre Ptis, quas gratissimo animo accepi, et perlegi, Agoqz et habeo illi, magnas gras pro elogiis in Ciborio insculpendis, que optime mihi placent, et quod, cuiqz loco aptius erit, insculpendu curabo.

De reditu, et celeriori huc aduetu vre Ptis, prout suasi antea, ita, et modo persto in sententia, rogoqz et admoneo vram P. vt absoluta sua Synodo, huc ad nos, qz primu veniat, Quo alea potestatis conuersa est, ego quidem plane video, nec tame ideo de veteri meo instituto deflectere possu, Nouit optime vra P. q nunqz fui curiosus auceps futurarn reru, tortuosa cosilia, et practicas Curie, nunqz sectatus sum ecia Junior, multo minus hac ætate sectabor. Agunt id alii, quicumqz sunt, ego natura, et vetus institutu, vite mee retinebo, Tame queadmodu iam ab initio, dignitati et commodis Ptis vre in minima parte deesse no solebam, ita ea augere et ornare nunqz desistam. modo P. vra, que, vt Junior, plura palpare, et olfacere potest, sibi ipsi eciam no desit.

Gdanenses, seditione Plebis, ingratibq deiecti, lris Regiis huc vocati, iam coparuerunt, numero circiter viginti quatuor, nihil tamen, vel paru adhuc cu eis actu est

Consiliu dni Archiepi, sup hysdem rebus Gdanesiu, allatu est nuper huc, id ego transcribi iußi, quod breui mitta, per pprium Nunctiu vre Ptis. Qua rogo plurimu, velit scribere

est infra folio

interim lr̃ás Conuetuales, declarando, q̃ propter imminentia Regno pericula, à Thartaris, cū quibus nullū foedus, aut pacem habeńs, opus est comuni consultatione. Commemorádo eciā, pacem quidem cū ordine de Prussia confectā, in terris tamen illis Prussie, magnos motus, et turbas excitatas contagione Lutherana etc. Et scribere velit vr̃a P. lr̃ás, ad dños Consiliarios maiores extensius, ad minores vero brevius. Et valeat foelicissime, et me diligat.. Crac feria secunda proxima ante festū sancti Francisci M.° D. XXV°

ANNO DOMINI. M°. D. XXV°
XXII OCTOBRo.

Aurei Velleris societas.

Sigismundus primus Rex Polonie Carolo quinto Imperatori Romanorum

SErenissime Princeps. Accepimus literas vestre Maiestatis, quibus nos inprimis certiores facit, de honesta mentione nostri, facta pridem Barchinone in Capitulo generali ordinis Aurei Velleris, deque suo, aliorumque militum, ac confratrum suorum desyderio, nos in eundem ordinem asciscendi, requiritque super ea re voluntatem et responsum nostrum. Deinde nobis declarat Maiestas vestra, qualiter causam Illustrissime domine Ducis Barii, et Matris nostre charissime, super bonis in Regno Neapolitano, illi testamento relictis, nonnullis Consiliariis suis audiendam, et sibi deinde referendam commiserit, propterque in ea re diffinienda, velit et à iusticia, ac equitate non discedere, et rationem nostre commendationis habere, Postremo rem prouectionis sue non pridem in Conuentu Augustensi coeptam, nobis commendat, postulatque vt eam ita, cum apud Serenissimum Nepotem nostrum, tum etiam alibi, vbi opus fuerit, dirigere curemus. vt pro voto Maiestatis vestre, foeliciter confici possit,

Quod igitur ad ordinem aurei velleris attinet, nos plurimas agimus et habemus gratias Maiestati vestre, quod ea coniunctione et ornamento nos dignatur. propterque eo affectu in nos ducitur, vt que intelligit ad coniunctionem, et amorem nostrum mutuum conducere, ea nobis vltro exhibet et offert, Volumus hanc propensionem et beniuolentiam in nos Maiestatis vestre, omni studio, et amore nostro fraterno illi semper referre. Verum quia nos latet, quid ordo ipse contineat, et ad que obliget eos, qui eum profitentur, rogamus Maiestatem vestram, describi nobis faciat eiusdem ordinis Constitutiones, et Capitula, vt scire possimus, quid suscipere, et ad que obeunda, nos obligare deberemus, quibus acceptis, Maiestati vestre voluntatem nostram, cum summa etiam gratitudine significabimus.

Causa vero Illm̄e dn̄e Ducis Bavaria, putavimus quide, p n̄ra mutua beniuolentia, facili negotio trāsigi p Altem vr̄a debuisse Cu tam̄e eam aliqbus Consiliariis suis, cognoscenda de Iure comiserit, rogāus Altem vr̄am, vt in illa diffinienda, nō solu id prestare dignetur, quod vnus quisq3 iustus Princeps, etiam infimo suo subdito debet, sed quod etia amor, et coniunctio, et affinitas n̄ra requirit, quandoquidem nos, vt ia demu vltime particule lrarū Altis vr̄e respondeaūs, honore et accessione illius, æque cordi habemus, atq3 n̄ram propria, Pro qua et egig omnia diligenter, cu Sermo Nepote n̄ro, que oportuna fuerut, et or̄es n̄ros Insignes ad Conuētu Franckfordien, proximu misimus, vt curarent et agerent omnia, que ad decus et pro- vectione Altis vr̄e pertinere videbuntur, prout id lacius ex Commissariis suis Altas vr̄a, postea intelligere poterit Et pro- inde rogamus illa plurimu, vt et grata habeat hec officia n̄ra, et mutuu amorem, coiunctionem, et affinitatem n̄ram, sic obseruare, et complecti dignetur, vt ea est, p Serenum, foelicis memorie, Auum Altis vr̄e, et fratrem n̄rum desy- deratissimu, optimis fundam̄etis iacta et cōstituta, Na quod ad nos attinet, equidem nihil vnq3 Alti vr̄e in nobis deerit, quod pro honore, et votis ipsius efficere et prestare studio, aut facultate n̄ra poterimus, Cuius beneuolentie nos ex corde comendamus, et cupimus, vt sit diutissime foelix, et incolumis.

Aurei velleris.

SIgismundus, etc. Manifestum facimus per presentes, quibus expedit uni-
versis, quia die vigesima secunda octobris in Arce nostra Regia Crac.
et Ecclesia Cathedrali, post missam solemniter decantatam, suscepimus
ordinem et torquem, ex viginti duabus particulis contextam, cum
Insigni Aurei velleris, de manibus illustris Caroli Philippi de Bur-
gundia Baronis in Bredam, et Lofergem Consiliarii, Commissarii,
et oratoris Serenissimi et excellentissimi Principis, et domini domini Caroli Vti Ro-
manorum Imperatoris Augusti, Ac Hispaniarum Regis Catholici,
ipsius Sacratissimi ordinis Aurei velleris, supremi et Capitis.
Assistente illi Magnifico Joanne Fusii, Caduceatore eius Maiestatis Ce-
sareae, et ipsius ordinis Marschalco, ibique de observando ordine,
iuxta Articulos per nos susceptos, de remittenda torque ipsa
post nostrum obitum eidem ordini, iuramentum prestitimus, In cuius rei etc.

SIgismundus primus Rex Polonie Ferdinando Archiduci Austrie

SErenissime Princeps, et domine affinis noster charissime. Habuimus litteras, vestre
Serenitatis, quibus gratulatur nobis de nostra electione, ad societatem Aurei
velleris, quam nos eo alacriori animo suscepimus, quo nobis nihil magis
in votis est, quam ut eam amicitiam et necessitudinem, que mutuo nobis inter-
cedit coniunctiorem reddamus. Et proinde magnas habemus et agimus gratias
vestre Serenitati, de hac congratulatione ex ipsa susceptione nostra, in eadem societate
aurei velleris, Pro qua conservanda et augenda, arctiusque restringenda,
quicquid prestare poterimus, id quidem libentissime pro virili nostra faciemus. Commendamus etc.

Cricius Tomicio

Rxme et colen^me mi dne, Oblato hoc Nuctio, nolui illu absqз lr̃is dimittere, quibus viso vr̃e Rxme D valetudinẽ, quã adhuc pdurare, et affligere illã, sũmope doleo, neqз scio qd scribã et cõsulã, nisi dnm Deũ pcor, vt illã nobis et Reip^ce cito restituat, et seruet diutissime incolumẽ. Ego hic maximo afficior tedio, vti-nã videã hic cito saluã D vrã Rxmã, alioqn fugã meditabor. Exegerũt a me multi, vt eos logos imprimi facerẽ, quos in postulatiõe nr̃a habui, Id ea causa feci, vt testarer eãdẽ nob esse cordi, que oẽs vulgo vt curẽg eflagitant. Mitto vnũ exemplũ vr̃e Rxme D. Cui me, et humilẽ meã seruitutem ex corde cõmẽdo. Crac. fra secunda etc.

Cricius Tomicio.

Rxme in Chro pr̃, et dne gratiosissĩe, Post discessũ vr̃e D Rxme nihil est hic innouatũ, pter lr̃as ex Hũgaria, quas per do. Chorenski misi, Dn̄s Gamrath, dicit nullius sibi vsui futuras lr̃as, absqз manu Regia, Itaqз mauult expectare illas ex Piotrconia, Dictani tamẽ ipsas lr̃as, tam illi, qз Monachis de Claro Monte, quas Doctori dedi, Mi Rxme dne scribitur mihi ex Posnania, quãt s aduersitates sustineat illic et mei, et mea negotiã. Dn̄s ecia Volski puisione d. Epi Lancicien exturbare conatus fuit Nepotes meos, alterũ Scholasticũ, alterũ Canonicum de Domo dn̄i Gogalek. In qua cũ se acriter tueri statuisset tũ demũ, ad vrãm Rxmã D. cõfugit, multa ante deblateratus

me nodum esse Prepositum, ante rei: plures, idqz suggerentibus, dno Gorski, et dno Charbowski, talibus hominibus, ut velis iuxta veterum expositis, du: rissimum est benefacere, et presertim, cum tunica prior erat pallio, tamen cum vra D. Rma sic voluit, necesse est, ut ita fiat, cu mea ois volutas, ex illius nutu depedeat. Me huic vre Rme D. comedo. Crac. in vigilia S. Catharine. Mo. D. XXVo.

Petrus Tomiczki eps Cracouien Vicecancell. Mathie de Drzewicza epo Cuiauiensi

RMe in chro pr, et dne maior honoran. De salute vre Rme D. et ex lris eius, lubentissime intellexi, et ex Nuctio andiui, qua ut diutissime, et foelme pseuature, eid ex aio faneo.

Res Gdanesium, cofusas et pturbatas, Regia Mtas, tametsi etia aliunde, iam dudum intellexerit, tamen ex lris R. D. vre, illas plenius pcepit. que sut qdem sue Mti pmoleste, sed pculdubio Mtas sua, put in maxis et difficilis qbusqz rebus costantissie, et sapietissie se gerere solita est, ita, et in hac pturbacoe, efficiet, ut oia bono et laudabili fi: ne terminetur. Dnm Petrum Szyeniczki, misi Lublinum, ad taxandas possessioes, put in pterito Conctu costitutum fuerat, quo absente dns Szuchowski apertis lris R. D. vre, mihi eas legedas pbuit. Intellexi pbe, qd illa cupiat, et (si Deus volet) in pxia Synodo, cum ead, de oibus hys rebus, de qbus pscripsit, ad ple: num cofera, et qd in re eius fuerit, cora explicabo.

Hodie Philippus Bischoff Procosul Gdanen, huc venit, que audiet Mtas Regia libeter, et cosilium eius, ad sistedos motus Ciuium Ge: danesium pquiret. Me vre Rme D. ex aio comedo, Quam dns Deus diu sana, et semp foelice coseruet. Datt

Contra Luteranos Marienburgen.

Sigismundus etc. Manifestum facimus tenore presentium vniuersis. Quia intelligentes Sectam Lutheranam, que cum ab Ecclesia Catholica, aliisque christianis Regibus et Principibus, tum et à nobis, vt noxia, et pestifera, sancte religioni, et publice tranquillitati, iamdudum dampnata est et prohibita, in Ciuitate nostra Marienburgen, et in illa Vicinia pullulare, esseque aliquos homines, ita temerarios et insolentes, vt neque Dei timore, neque edictis nostris, ab hoc errore contineri queant, sed contra illa, ausu temerario nitantur, volentes eiusmodi insolencias, et sediciosos conatus illorum, vt debemus, compescere, ne per nostram dissimulationem hoc malum acrius inualescat, commisimus, et tenore presentium committimus, Generoso Joanni Balinski, Castellano Gdanen, et terrarum nostrarum Prussie, Castrique nostri Marienburgen Thesaurario, de hiis transgressoribus mandati nostri, in ipsa re Lutherana, diligenter inquirere, et in compertos, poena in edictis nostris contenta, irremissibiliter animaduertere, Commisimus illi etiam, vt Venerabili Nicolao Schumborn, Preposito et Canonico Pomesanien, cui ecclesiam parrochialem Mariemburgen, per obitum venerabilis olim Joannis Crapicz. Canonici Varmien. vacantem, regendam, et administrandam contulimus. in purgandam illam, ab ipsis erroribus Lutheranis, et presbiteris eisdem erroribus infectis, ab illa amouendis, opera et patrocinio suo assisteret. Quapropter tibi Generoso Jacobo Rossnowski, Dapifero Posnaniensi, et Prefecto militum, ceterisque officialibus Castri nostri Marienburgen, districte mandamus, vt cum per ipsum Generosum Castellanum Gdanen, fueritis requisiti, illi ad perficiendum hanc commissionem et mandatum nostrum, omnem fauore et auxilium, militibus, et armis, totisque viribus ipsius Arcis nostre Marienburgen, prebeatis. Pro fide vestra et gratia nostra non aliter facturi. Cracouie die S. Martini, gloriosi Episcopi et Confessoris. Anno Domini M°. D.° XXV°. Regni nostri anno XIX°.

Petrus Tomiczki Eps Crac: Vicecancells Mauricio Ferber Epo Varmiensi

Rme in Chro pr, et dne amice charme ac honoran, Cu do. Ebre-
hardus Ferber fr. R. P. vre, ad sua causa ageda huc venisset, reddi-
dit mihi plures eptas ab ead, multa et varia negotia cu publca tu pri-
vata in se cotinetes. Scribit R. P. vra, primu de factoe Lutherana,
q no modo in tris et Opidis Ordini subiectis, veru etia in Ditioe Rie
Mtis terrarv Prussie, indies augeat, et invalescat. Perspitio qde et ego,
ead factioez, in ecta Chriana, olim aliqua magna pturbacoez paritu-
ra, tame in vtraq parte coniciedo, suspicor ecia fieri posse, vt qd ipsi
fres Theutonici, ex eiusd factois motu, rebq suis aliqd coducere autu-
mat, id totu, fortuna ipsa, in pnitie, et detrimetu eoru couersura, qa n.
Lutherani libtate quada Chriana, vulgo vbiq inculcat, et ptexut,
possibile est conseq, vt subiecti Ordis, ad tale libtatem aspirates, ex-
cusso eorud freum iugo, quacuq roe se in libtate vedicabut,

Constituit R. Mtas, de hoc toto negotio, et de caeteris ad Pont. Max.
referre. Vbi vero R. P. vra, suu, et eccle sue detrimetu et iactura
queri videtur, iustissime id qde. Cui eni no pspectu est atq cognitu.
tam flores, tam opulentus Epatus, ad qs egestatis termios redactus fu-
erit. Sed q difficile sit R. Mti, huic casui nuc mederi, ipsa cosidet.
Neq eni nescit R P vra, q paucos redit9, qq pauca vectigalia,
R. Mtas ex Prussia habeat, vnde ecta Varmien, ex tato casu
refici, et relevari deberet. Na q R. P. vra, quada mctione Ca-
stelli Stum fecerit, sciat idem Castellu a Regia Mte dno Calisien
Palatino, Capitaneo Marieburgen, cu oibq reditibq eius, esse donatu.
tantisp du Capitaneatu Marieburgen gerit, et quod sua Mtas ali-
cui semel cotulit, id ea reuocare neq velle, neq decere, Proinde,
cu eiusde R. P. vre, et Ecte eius, per R. Mtem refocillande,
et relevade, nulla nuc occurrat facilis ratio, p humanitate, et

modestia sua, feret æquiori aio, si eiusdē desyderio in hac parte, nūc minime satisfieri pōt. tamē ego p singulari mea, erga ea beneuolētia captabo occasiōes rerū et tēporū, vt si alicunde sors aliqd tale obiecerit, quod sine magno impedio Regię Mtis pstare possit, id in subsidiū, et ornamentū eius cōferretur.

Breue Aplicū, ad Regiā Mtēz à Pont. Adriāo pscptū, quod mihi R. P. vra misit, nil aliud in se cōtinet, qȝ cōmēdacōez psone, atqȝ eccle eius, vt tamē plenius effectū eius intelliget, eiusdē Breuis exēplū, eidē mitto.

Quod vero ad subiectos R. P. vre, qui modo in ptate Mgri, et ordis sūt, attinet. Regia Mtas de ea re, nihil aliud nūc statuere voluit, qȝ illud, qd eius nup Piotrcouię existēti, faciēdū et curādū cōmisit, Necesse igr est. vt se in ea re, suę Mtis sentię cōformet R. P. vra, eiqȝ ad tps acqescat.

Cum Mgro et ordie, quę sit spes pacis, aut belli, qa R. P. vra, id à me exqrit, ita habeat, me, de ea re nihil aliud ad ea pscribere posse, qȝ illud, quod R. Mtas, cęteris Prussię dnis, atqȝ ita, et R. P. vrę significauit, Id aūt est hmōi. Rex Hūgarię, et Dux Ferdinādus, agūt de prorogatiōe Indutiarū, Georgius itē Brandēburgēn Marchio, et Fridericus Dux Legnicēn, videtur nīi, et vōes, atqȝ cōsilia inire, qbus bellū, inter Regiā Mtem, et Mgrū Prussię, penitus sustolleret, et honestis mediis summā amiciciā firmaret, Jam negotiū eius rei videtur qdammodū, pre manibus fieri, Si qd certioris, et solidioris cōiecture, vel rei gestę se obtulerit, nō ptermittā R. P. vrām, aliis lrīs facere certiorem.

In causa dni Ebrehardi Ferber, fris R. P. vrę, quā cū Vrbe Gdanēsi habet, quo pcessū, quo actū, quo ue diffinitū fuerit, ex eodē ipo fre, aptius corā intelliget, multa pducebatur vltro citroqȝ. Accusatus est d. Ferber Maiestatis. quasi ipse, et seditiōne cōcitare voluisset, et pactis, atqȝ cōuentis, quę ex vnanimi oium Ciuiū cōsensu cōstituta sūt, nō stetisset, et q, sibi Vrbe intdictū sit, qqȝ bona eius publicata sūt, id nulla vi, sed iure, et legibus factū esset. Obtulitqȝ pars aduersa, hoc est. Vrbs ipsa, hęc oia se, p depositiōes testiū pbaturā, Cūqȝ tales depositiōes, nisi cū magna difficultate et exaudiri, et discerni non possunt, Regię Mti, et mihi, nihil vtriqȝ parti, magis salubre. et

frugiferū videtur, q3 quod res, et totū hoc dissidiū, p aliqs psonas idoneas, aliqbus honestis, et tollerabilibg roibg, priusq3 ad cōtētiōne, Judicii Comissarii, deueniat, cōponetur. Est qdem d. Ferber, in isto dolore, q sibi nimio plus īdulget, exacerbatg. ita vt, queadmodū cæteri, mortales, ita et ipse, in causa sua, nō satis sape videatur. Conatg sum ego ei psuadere, vt negotiū mitig tractaret, Et cū tā pōtētes, tāq3 ptinaces aduersarios habeat, tpi parū obtēparet. (video eīm rē nō sine maxīa alterutrī partis, iactura decidi posse.) Idipsū etiā R P. vra p amore suo in fratrē, pq3 prudētia, qua pollet, ei psuadeat, vel qua est aucte, iubeat, vt se in hoc suo casu quadātenus demittat, nec extremū actū Judicii, cū fame, et rerū suarū discrimine, expiri velit. Scpsit nāq3 R. ritas Comissarius, q deposicioēs testiū audituri sūt, vt priusq3 causa, in disceptatiōne, et contentione deducatur. partibg seorsu psuaderet, vt potius arbitrate et amice, rē inter se cōponeret, Timedū eīm est, ne aduersarii fris, qui ei causā intētauerēt, qua sūt potētia, et apud suos aucte, etiā testes inueniat, Et sic fr R. P. vrē, de fama, et fortunis piclitaretur, Quodqdē dni ips. Comissarii, qn diligēter facere tētabūt, nō est dubiū, modo do. Ferber ad id se tractabilē pbere vellet, Rme igr P. vrē erit, hęc, et alia, que ad rē ptinet, sibi psuadere, Ego vero, pro singulari mea, erga vtrūq3 vrm, fide, et beneuolētia, hęc significare volui. et admonere, quē fame, et dignitati cōducturea existimani cuiusdē fris Rme P. vrē. Cui ego nunq3 consilio, et patrocinio meo deero, modo ipse sibi ipsi nō desit, et consilia amicorū nō aspnetur, suoq3 non vsq3quaq3 fidat ingenio. Valeat, et sit foelix vra Rma D. meq3 habeat sibi charum, et commendatum. Datum Craconie etc

1523.

Decretum regium de promissione honoris Super verbis iniuriosis.

Sigismundus I. Rex Poloniæ.

IN causa iniuriarum, quã nobis, et Juditio nro. famati Conradus Hitfelth, Proconsul, et Ludovicus Engelharth, Scabinus Thorunen, contra Joannem Nemptz, Civem Gedanen, intentarũt, et egerũt. ob id, q illi capto olim Simone materna, extorquere ab eo confessionem quandã, et Syngraphũ, cõtra bonã famam, et honorẽ eorũ debuisset, perpẽdentes vtriusqȝ partis dicta et allegata, et comperientes dictũ Simonem maternã, fuisse à pfato Nemptz aucte nrã captũ, et ea quę dicti Conradus, et Ludovicus Cives Thorunen asserebant, Joannẽ Nemptz et negasse, roibusqȝ et lris et testimonÿs diluiße, decrevimus, et pntibq decernimus, eundem Joannem Nemptz, in his, quę sunt ei obiecta, reũ nõ esse, et culpa vacare, et quicquid cũ dicto materna egit, recte, et absqȝ vllius iniuria, vel honoris detractione egiße, Et ppterea id, ob quod, à dictis Civibus Thorunẽsibus, est inculpatus, nõ debet illi, et eius bonę famę, posterisqȝ ipsius, quicqȝ nocere, et obesse, nũc, et imposterum.

Quia vero prędicti Conradus Hitfelth, et Ludovicus Engelharth, Cives Thorunen, eam causã moverunt, retuleruntqȝ ad Judiciũ nrũm, tutandi, et conservandi honoris sui causa, vt quemqȝ bonũ, et pbum hominẽ decet, et dictus Joannes Nemptz, corã nobis clare testatus est, contra illos se nihil mali scire, eosqȝ se, p bonis, et bene in honore suo conservatis hõibus habere. Quodqȝ illa omnia, quę Simon materna, contra illos loqui.

et cofiteri debuit, fuerunt iuxsus per ipsum apte, et sufficienter, renocata, ut id clare lris, et testimoniis apparuit, pbans hac coru, p fama, et honore suo opam et inceptu, decernimus et declarāq, illos hoies pbos, et in conditione sua, bene, ac honeste coserua: tos, omniaq3, que contra illos, siue à Joanne Nemptz, seu Si: mone Materna, dicta, cofessa, et diuulgata fuerut, esse inania, irrita, et que nihil penitus illis, et coru bone fame, honori, et existimationi, posterisq3 ipsoru, nocere nuc, et inposteru debeant, et possint.

Caeteru quod Reconuentione attinet, qua dictus Joanes Nemptz, Ludonicu Engelhart, roe quarunda iniuriaru pbatiu, cora nob iudiciale, reconuenit, qa de his ipse Niemptz, nihil lrime do: cuit, neq p tantu tpus, ad nos, et Juditiu nru, ubi locus est actioni, de fama et honore uniuscuiusq3 subditi nri, hac rem detulit, et pba, que dici debuerat, erat ea roe, et causa dicta, qua nos pnti decreto nro sustulimus, vizt. ob dicta et cofessata Simonis Materne pdicti, decernims eadem pba, si qua talia fu: erint, nullius esse momenti, nihilq3 tam ipsi Joanni Nemptz, q3 Ludonico Engelhart, coruq3, ac posteroru ipsoru, fame, honori, et bone existimationi, officere posse, vel debere, nuc, vel in perpetuu,

Postremo lras, et testimonia, et dicta quecumq3, tam Simionis Materne, q3 partiu pdictaru, cotra se inuicem pducta, cassaq, annullamus, ac in irritu, et inane, omnia vertimus, hoc Decreto nro mediante.

1523

Prouisio honoris versus iniuriosos etc.

Sigismundus etc. Famatis Proconsulibus, Consulibusque, Ciuitatis nostrae Elbingen. Fidelibus dilectis. Gratiam Regiam. Famati fideles dilecti, Nuper nomine Famatorum, Jacobi Alexvangen, et Michaëlis Brochuagen, Conciuium, et Consulum vestrorum, delatum erat ad nos, quod Famatus Bartholomaeus Voyt. dum ab eo, per Consulatum Elbingen, theloneum, nouiter à nobis institutum, exigeretur, idem ipse Bartholomeus, quominus theloneum solueret, miris terginersationibus vteretur, tandem dictos Jacobum et Michaëlem, quasi ipsi, dum nomine Reipublicae, Elbingensis, in Conventu terrae Prussiae, legatione fungerentur, eiusdem noui Thelonei, auctores essent, probrosis, et contumeliosis verbis affecerit. idque frequenti Senatu vestro, Sed is ipse Bartholomaeus, hijs diebus venit huc ad nos, longeque aliter, per libellum suum, nobis oblatum, rem omnem recensuit, quum cominationes omnes, in dictos Jacobum Alexuangel. et Michaëlem Brochuagen, retorsit, asserens se ab eis Senatu motum, indignumque reputari, cui in Senatu consederet. Michaëlem vero ipsum, vitae et famae suae minitari, Nobis tota haec contentio, et causa, vehementer displicet, mallemus enim eum omnes subditos nostros, tum etiam vos concorditer viuere. Sed cum res eo deuenerit, vt sine Judiciali cognitione determinari non possit, nos vero, praeterque quod de positione eius causae, non adeo plene edocti sumus, etiam maximis, et difficillimis Reipublicae curis distringimur, eius contentionis dirimendae

presertim tam procul agentes, intendere non potuimus, quin de toto ipso negotio ad vos referimus, et eo magis, quod res et disceptatio ipsa, coram vobis, et in conspectu omnium vestrum acta esse perhibetur, Ideo vobis committimus mandantes, ut tempore et die competenti, nec etiam negotio in longum protracto, ne mora ipsa, utrique parcium, nocumento sit, accersitis ad presentiam vestram partibus predictis, auditisque et mature perpensis, earum propositionibus ac responsis, pro prudentia, et fide vestra, rem, inter easdem partes ita tractetis, et componatis, ut intra Senatum vestrum, et domi, his omnis consopiri et dirimi possit, salva utriusque partis integritate, fame, et honoris; detisque operam, ne malum hoc latius serpat, et ad externa Judicia devolvatur. Scientes si controversiam hanc, quoquo honesto modo sedaveritis, rem nobis gratissimam esse facturos. Cetera.

1523

De honore Leso

SIgismundus etc. Famatis, Jacobo Alexwagen Proconsuli, et Michaeli Brachwagen Consuli, Civitatis nostre Elbingen, fidelibus nostris dilectis. Gratiam Regiam. Famati fideles dilecti, Intelleximus quasdam simultates et odia, inter vos, et Famatum Bartholomeum Voyt Consulem, exorta, et hoc, occasione exactionis theloinei, a nobis noviter instituti, ab eodem Bartholomeo Voith. Ita, quod res ad probra et convitia hincinde devenerit, Commisimus Senatui Elbingensi, talem controversiam, inter vos sic exortam, sedare et honestis mediis componere, ne illic

maiorum tumultuum causę orirentur. Quare vobis et vnicuiqꝫ
vrm mandamus, omnino habere volentes, vt cum p dictum Se-
natum Elbingen, requisiti fueritis, coram eo cōpareatis, et qcqd
Senatus idem, inter vos decreuerit, et diffiniuerit, illud firmiter
teneatis. nec aliter faciatis pro gratia nra. Datum.
1523

De honore leso

Sigismundus Rex.

Famato et Strennuo, Michaëli Brachuagen. Consuli Elbingensi.
Gram Regiam. Famate et Strennue fidelis nr dilecte. Questus est
nobis Famatus Bartholomaeus Voith, Consul Elbingen, quo tu,
vitę, et famę eius palam, vniuerso Senatu audiente, minatus
es. Quod si ita esset, nō possemus id à te, nō moleste ferre, cū nos
de prudentia, et modestia tua, longe aliter psuasi sumus, Ideo
tibi mandamus, vt te solita tua modestia, ab oībus extraiudici-
alibus, et temerarijs contentionibus, contineas, et si à dicto
Bartholomeo quidpiam iniuriarum te habere ptendis, Jure, et
nō vi, aut minis, cum eo experiare, Nec aliter facias pro gra-
tia nra
1523

De honore Leso.

Sigismundus etc. Famatis Proconsulibus, Cōsulibusqꝫ Ciuitatis nrę
Elbingen, fidelibus dilectis, Gram Regiam. Famati fideles di-
lecti, Retulit nobis Famatus Bartholomaeus Voyt Cōsul Elbingen.

quó, cū vos in exactióe thelonei, noviter isthic in terre Prußie instituti, plus iusto oneratis. Quod si ita esset, nó possemus hoc factū venim ꝓbare. Mandamus itaqȝ vobis, vt deinceps dictū Bartholomeū, nó cogatis, ad maiorē solutionē eiusdem thelo= nei, duntaxat, quatenus est, per cósiliū tocius terre Prußie cóstitutū, nec aliť faciatis pro gratia mēa.

.1523.

Sigismundus primus Rex Poloniae Consiliariis Terrarum Prussiae. et Ciuitatum comunitatibus.

Rndi, Magci, Generosi, ac famati, sincere et fideles nri dilecti. Accepimus lras vras, ex Conuentu gnali Elbingen, ad nos scriptas, quibus sententie nre diffinitiue, quam contra Emporium Thorunensium, pmulgauimus, mentione facitis, petentes, vt habita rone temporum, nunc vbiqz tumultuantium, eam ipsam snyam lenire, moderari, vel in aliquam comodiore vtilitatem (. ita enim scribitis.) restituere velimus. Nos quide voluissemq, vt vos qz (ita vt iusseramq.) eide snye ferende affuissetis, quod tame cum factum no est, non erat conueniens, nos, omnium Ordinum Regni nri, pces, et iustas querelas vlterius obaudire, qui nos iampridem incessater vrgebant, supplicates, et vociferates, vt iuxta vetera Priuilegia et cosuetudine, antiquitus obseruatam, eis tande liberam nauigatioez, vsqz ad Mare patefaceremus, Itaqz no inconsulte, neqz temere, sed diligeti ptractatioe, ita et cosultacoe, cum oibus Regni nri Cosiliariis, terrarumqz oiuz Nunctiis, ad eam ipsam sententiam, publice feredam, pcessimus. Quam cum recte, et satis deliberate tulimus, no esset grauitatis, sed neqz dignitatis nre, eam retractare. Lenire vero eam, (. vt scribitis.) vel moderari nescimus; quanam roe id fieri posset. Quod si demiqz aliquam pbabili roe pmoti, tentare vellemus, tame nisi in gnali Regni nri Conuentu, nos id facere, minime cogrueret. Quantum vero ad ipsos Thorunenses attinet, experti sut ipsi et antea plurimes, et modo ad extremum, in hoc ipso Cracovie Conuentu, peculiare gram nram, De qua, nec in futura tpa, aios despondere debet, quoqz cum oiuz subditorum nrorum, tum vero singlr Ciuitatis Thorunen, comodorum, licitam roez habe semp ppesi sumq. et cupimus vos bene valere. Datum.

Sigismundus Rex Poloniæ Gdanensibus

Amati fideles nři dilecti. Ex lřis vřis longa verborum serie cōtextis, accepimus omnē pcessum, in causa Ferberiana, per Comissarios nřos institutum, et seruatum, ac per partes, coram ipsis Comissariis, agitatum, tandem eo deductum esse, vt propter partium ipsarum differentiam, ad nos sit, per vos appellatum. Nos quidem, post tot labores, et impendia, in eius causę actione, facta, hoc vltimo examine credidiūs eam, transigi et pfici debuisse, Nam nō libenter videmus inter subditos nřos id agi, quod sine magnis sūptibg fieri nequit, et discordiarum fomitem suppeditat, , quę in omni Ciuitate, pergз sunt pniciosę. Sed cum ita factum est, vt scribitis, postqз ad meum Judicium, res ipsa delata fuerit, audieg partes disceptantes, et omnia circumspiciem9 diligenterqз examinabiūs. que vltro citroqз plata fuerint, in auxilium iusticię deducēdę. et quicqd visum fuerit, in vtramqз partem æquum, et iustum, proferedum id tandem, Deo bene iuuāte, cum Consiliariis nřis, qui aderūt, nō dubitabig pferre, vt iam oēs discordiarum causas amputemus, quę multorum malorum inter vos nascentium, seminaria pbent .

Nouitates Regni Daciæ, quas scribitis, audiuimus, Jnuatqз diuersorum populorum, res gestas, qualescuqз audire, quandoquidem multarum rerum scientia requiritur, ab his, qui in magnis reb9 agēdis semp versantur.

1523

SIgismundus primus Rex Polonie Gdanensibus

. octava .

SIgismūdus etc. Cum retulisset nobis Nūctius vr̄, nō sine magna molestia, animi vr̄i, innouata esse controuersia, et motu in Re: publica vr̄a, et ista Ciuitate nr̄a Gdanēn, ex eo q̄ Ebrehardus Ferber, decretu nr̄u Regiu, inter vos et ipsu, ac eius amicos, in pxime preterito Cōuetu gn̄ali Crac, pmulgatu, in multa exempla imprimi pcurauerit, idq3 in multis regiōibg et Ci: vitatibus diuulgauerit, et aliter, q3 erat metis nr̄e Regie, ex sermone latino, in Germanicu, transferri fecerit, per quod, put dicitis, oēs putant illu esse innocētem, in causa pterita, quam nos tota suspendimus, vsq3 in aduētu in Marienburg Cōsili: ariorū nr̄orū, quos ad illa componēda deputauiūs, Id, quod in: dubie, ex tenore eiusdem Decreti nr̄i, sane, et sufficienter in: tellexistis, Nos pbare hoc factu eiusdem Ebrehardi Ferber nō potuiūs, nec possumus. Siquidem nobis singulariter est mo: lestu, andire dissensiōes, et cōtrouersias fideliu subditorū nr̄o: rum, nolumusq3 predictu nr̄m decretu, aliter intelligi, aut interpretari, q3 vtriq3 parti, et Juri illaru, ac nomini, ho: noriq3, et bone existimationi illaru, expediēs sit, et vtile. vsq3 ad plenariā eiusdem cause diffinitiōe. Proinde vbi vos iteru, ipsu Ebrehardu Ferber, in eius pn̄tia, p hmōi facto ipsius, et imutatiōe decreti nr̄i Regii, cora Comissarijs nr̄is, Marienburgi, culpare volueritis, erit vobis integru id facere, et ipsi Comissarii nr̄i, vobis iusticia aucte nr̄a mini: strabunt, In qua re dediūs etiā lr̄as nr̄as, ad ipsu Ebre: hardu. quaru copia, vobis, per Nunctiu vr̄um, mittimus.

Vos vero, vnacu Comitate vra, quéadmodu in aliis rebus, et actionibus vris, ita et in hac quoq3 causa, gratia et fauore nostru Regiu cognoscetis. Crac, die sancte Trinitatis. Anno Domini. Millesimo, Quingétesimo, vigesimo, tertio. Regni nri Anno Decimo septimo.

. Secunda.

SIgismundus primus Rex Polonie Consulatui Gdanensi

FAmati fideles dilecti, Sumus certo edocti, vt nonulli emuli Famati Ebrehardi Ferber, Procósulis et Burgrabii vri, id omni studio conates, quo illi apud vos, et Cóitatem, odiu, et inuidia concitaret, varia illi obiecerint, quibus eu Ciuitati Reu agebat. De quibus cu se ille iustis róibus purgaret, nihilominus eo absente, iniecta esse, p ipsos emulos eius, charta quanda publicè in mediu vri, et aliorum Ciuiu, absq3 auctoris noie, in qua, multa probra, in persona, atq3 honorem ipsius continebátur. vosq3 inde eu aliquoties, per lrás, vt ad vos veniret aduocasse, quod nisi faceret, oporteret vos eum, ab offitio suo Procósulari deponere, Illu vero videntem Emulorum suoru tátu conatu, vt nó modo offitio et honore, sed etia ipsa vita priuaretur, vti p amicos edocebatur, cófugiédu ad nos, et appellandu sibi césuisse, et appellasse, Offerendo se cora nobis, de omnibus iustificari, et cuilibet respondere velle. Nos in primis, graui et acerbo animo ferimus, eos motus, et turbas intestinas geri istic in Ciuitate ista vra, que paucoru seditiósoru instinctu, et vra conniuentia ac lenitate, indies magis pullulát et fortasse ia nimis plus excreuerit. Que cu omni Reipublice, quando inualescunt, magna detriméta, et casus etiam

granes afferire soleant, nos, qui illas dudum oriri sentietes, vole-
bamus per Oratores et Cōsiliarios nrōs, eas tpi cōponere, et
sistere. Verum quia vos certiores nos feceratis, easdē turbas esse
inter vosmet ipsos sopitas et cōpositas, supersederaq̄ à mittēdis
ad vos ipsis Cōsiliariis nr̄s. Nūc itaqꝫ aliter se res, et statum
vestrum habere intelligētes, nō possumus nō plurimum ęgrè ferre, In-
dignißimum deinde existimauis hominē ordinis vr̄i, et Proconsulē,
nobisqꝫ et Reipublicę vr̄ę benemeritum, et optime conseruatum, tam
licenter, et turpiter sugillari, et probris ac conuicijs impeti, per libellos
famosos et indecentes vobis audientibus, et ferentibus, non attendē-
tibus vero, q̄, quę in maiores et seniores cōmittuntur, audatius et
facilius in reliquos deinde cōmitti poterunt. Quare cum dictus Ebr-
hardus Ferber, in tantis iniurijs, et impetitionibus aliquorum emu-
lorum suorum cōstitutus, Nam aduersus vos generatim et Commu-
nitatem, nihil queritur, ad nos appellarit, eam appellationem in
presens acceptauimus, mandamusqꝫ vobis sub poena decem mil-
lium florenorum, ne quid in illum, et eius honorem, ac officium, quod
gerit, necnō aduersus eius, vxorem, liberos, ac consanguineos sta-
tuatis, aut contra illum, et suos aliquid attentari pmittatis. Ille
vero et respondere coram nobis de omnibus, in quibus ab aliquo
culpabitur, seqꝫ iustificare paratus erit, et nos vnicuiqꝫ iustitiam
cum illo ministrare nō negabimus, Porrò precipimus vobis, vt
istas dißensiones, et turbas vr̄as intestinas sopire, et earum au-
ctores, et suggestores cohercere curetis, Nam si quid mali p eas
cōmittetur, id totum ex vobis requirere et compensare volumus. Dat.

1523

SIgismundus I. Rex Poloniae Consulatui Gdanensi

FAmati fideles dilecti, Cur Ferberianae liti finis Thorunii impositus non sit, meminimus nobis à Nunciis vestris Sandomiriae fuisse declaratum, Quid vero in eadem lite deinceps actum est, ex literis vestris, et Comißariorum nostrorum ad nos datis, plene intelleximus, et ferebamus quidem satis molesto animo, iam statim ab initio, et eam ipsam litem, inter vos exortam fuisse, et eam non sine magno vtrinque dispendio, quod clare patet, hactenus tractam esse, Non enim ignoramus, quanta iactura rei familiaris, vobis vtrinque constiterit, Verum cum iam eo deuentum sit, vt post tot dilationes, post tot iudicia, et difficultates, ad vltimum ad nos prout scribitis, appellare coacti estis. Nos quamuis et modo mallemus, vt ea controuersia inter vos, quouis alio modo, quam seueritate iudicij componeretur, tamen vrgente nos officio, ac debito nostro, et vt veluti ex tempestate tandem aliquando, in portum, partes ipsas, vt tenemur, deducamus, constituimus omnino, ei liti finem debitum imponere.

Quod autem petitis, vt terminum appellationis, vobis ad diem sanctae Catharinae, coram nobis praefixum, in certum locum in Regno commutare et transferre dignaremur, nos intelligentes vos, et vestros abesse non posse à Conuentu generali, quem in istis terris nostris Prussiae, ad festum sanctae Barbarae proximum, statuimus, et indiximus, eum ipsum terminum appellationis, qui vobis, per Commissarios nostros, coram nobis erat praefinitus, quo commodius causam appellationis vestrae prosequi possetis, ad diem sanctae Agnetis proximum,

transponimus, et prorogamus, Mandantes vobis. Quatinus, pro eodem die, coram nobis Piotrconie compareatis; a nobis, tam plixe, ac dispendiose contentionis, et litis sententiam audituri,

Nam quod in fine literarum vrarum petitis, vt ad pximum, nescius, quod Ciuile Judicium, pro depositione veritatis et testimoniis ducedis, vos admitteremus, simul, vt nonnulla munimenta, ac articulos Magco Georgio Conoparzki, Palatino Pomeranie, in forma Juris a nobis suscipienda committeremus, rem haud æquam, et dignitati nre Regie minime conuenientem, optare videmini, Quoniam cum semel ad nos appellastis, Judicesq3 Commißarii, vre hmoi appellationi detulerunt, iam nobis no videt ex Justicia et æquitate fore, se vos ad aliqua Ciuilia Judicia, siue ad quosuis alios Commißarios dimittere debeamus. quin nos ipsi cum Senatu tam Regni nri, q3 terrarum Prussie, totam hanc causam, cum toto eius effectu, discutere, et dispicere curabimus, et nemini partium fauore, vel gratia acclinati, Deum pre oculis haben, quicquid nobis cum dicto Senatu nro æquum et iustum videbitur, id diffiniemus, et decernemus, nec comittemus, vt vlterius cum ea lite, vtrinq3 trahi et vexari debeatis. Si vero testes aliquos inducere adhuc volueritis, in fulcimentum, et subsidium cause vre, eos simul, et munimenta quecumq3 coram nobis, pro die Sancte Agnethis predicto inducatis, et exhibeatis. Datum.

.1524.

. octaua .

Interlocutoria in causa Ferber

SAcra Mtas Regia, ex pductis et allegatis, ta ex parte dni Ebrehardi Ferber, eiusq3 amicoru, et litis Cosortiu, q3 ecia p parte dominoru Procosulu, Consulu, Scabinoru, ac oiu Ordinu Ciuitatis sue Gdanen, coperies causa Principalem, ad qua ide Ebrehardus Ferber, vocauit in Judiciu Mtis sue Regie, ipsa Ciuitate Gdanen, esse comixta cu causa restitutionis, seu spolii, quam ecia ipse Ebrehardus postea intentauit, et vna absq3 altera, debito modo diffiniri no posse, nolens alicui partiu pdictaru iniuria facere, aut quicq3 precipitanter agere, in presens diffinitione cause restitucois suspedit, decernitq3, vt pars vtraq3 pdicta, in causa Principali vlterius procedat, et que vtriq3 illaru oportuna visa fuerint, alleget, et pducat, ac que allegauerit et pduxerit, oportunis, ac legittimis pbationibus, deducat, pbet, et ostendat, Quod vbi factu fuerit, Mtas sua Regia id, quod iustu fuerit, sup vtroq3 negotio predicto, decernere et diffinire dignabitur,

Vult aut, et mandat Mtas sua Regia, vt ea lite et causa sic pendente, interim nihil ab vtraq3 parte innouetur, vtq3 in primis decretu Mtis sue, de restituendis bonis omnibus mobilibus, dicto Ebrehardo Ferber, antea latu, robur suu habeat, et vt ipsi Gdanen, eadem bona mobilia, illi, iuxta ide decretu, restituant, intra hic, et festu Asensiois dni, sub poena decem millium aureoru, et grauissima indignacoe Mtis sue Regie

Sigismundus Rex . Comissariis suis

.quinta .

Ex lr̃is vr̃is, accepimus seriem Iudicii vr̃i, cum omni processu suo, in causa, que inter Ciuitatem Gdanen̄, et Ebrehardū Ferber, iam pridem incepta, multisq3 vltro citroq3 cōtencōibus agitata vertitur, Que si aliquo alio leniori modo, q3 seueritate Iuridica, transigi potuisset, multo libentius audiremus. pro quod ad id ventū sit, vt per strepitū Iuris decernatur. qui in tam obstinatis et obfirmatis animis, raro sic solet fieri. quin sit, partibus disceptantibus, grauis et molestus, Sed cū id tam durū, tamq3 difficile fuerit, q rigorem Iudicij declinare nequiuerit, placuisset multū, vt saltem hec omnia, decisioni cause seruientia, sicuti à nobis iniunctū erat, per vos transacta fuißent, sine quibus causa ipsa, rite peragi, et decidi nō potest. nos tamen in futuro Conuētu Piotrcouien̄, ad quem, et diem sancte Agnethis proximū terminū, quem partibus disceptantibus prefixistis, propter Conuentū istarū terrarū ad diem sancte Barbare, Thoronii statutum, transponendū duximus, et transponimus, audiemusq3 oīa, que ad finem imponēdū, tam fastidiose, imò vero pernitiose cause ptinere videbuntur, et quod matura deliberatiōe, et diligenti examine, visū fuerit cōsultius faciendum. omnia ad æquitatem referendo, omni iā tergiuersatione postbabita, Deo bene volente, faciemus et decernemus.

.1524

.prima.

Instructio ac plenipoten. a rege Comissariis data ad Torunium.

Mathie de drzewiza Epo Wladislavien.
Nicolao de Coscielec Palato Calissiens.
Hieronymo de Lasco Palatino Syradiens.
Georgio de Conopat Palatino Pomeranie

Sigismundus .I. Rex Polonie

Comissarij nri, Thorunium deputati, hec agent, audient cau:sas dissensionis Communitatis cum Consulatu, casqz modis om:nibus tollere, et eradicare curent, Si cui ex Communitate Consules noxii videbuntur, iusticiam decentem illi mini:strent, sicqz res omnes constituant, vt et Communitas no gravetur à Consulatu, et ipse Consulatus, in honesta:te et auctoritate debita permaneat, nihilqz in regimine Civitatis renovetur, ne Communitas, que ex variis ho:minibus, et nobis fide et Juramento, non astrictis, constat, Imperium et regimen Civitatis sibi supra Consules, qui no:bis Jurati sunt, vsurparet, quod in nostrum, et Civitatis illius foret detrimentum, Alioquin, quicquid preterea ipsis Commissariis, vtile et necessarium factu, aut dictu videbi:tur, ad ipsius Civitatis dissensionem tollendam, id totum exequantur, quod eorum prudencie committimus.

Commissio in re Ferberi cu Gdanen

Mathie de Drzewicza Epo Wladislauiensi
Nicolao de Cosielec Palat° Calissiensi
Hieronymo Laski Palatino Siradiensi
Georgio de Conopat Palat° pomeranie.

quarta

Sigismundus .I. Rex Polonie

Rde in Chro pr, ac Magci sincere nobis dilecti. Cupietes dissensionem, et motu intestinu in Ciuitate nra Gdanen exortu sedari, per quem Famatus Ebrehardus Ferber, cogitur cu liberis, et nonnullis Consanguineis et affinibus suis ex ipsa Ciuitate, exulari, designandas duximus S. vras, et harum serie designamus in Comissarios nros, ad ea controuersia coponeda Volen mandanqz illis, vt coicato inter se cosilio, pro aliquo certo die in Marienburgu descendant, et auditis oibq controuersys, que inter Consules, Scabinos, et Coitatem eiusde Ciuitatis nre Gdanen ac ipsu Ebrehardu, et eius necessarios ac amicos, interuenerunt, auditisqz et mature ppensis illoru ppositoibus et rnsis, totam illam controuersiam, et dissensione, bonis, et equis medus, componere curent, In q omne sua opam adhibeant. Sciunt eni vre S. qz perniciose sunt eiusmodi controuersie intestine in oibus Ciuitatibus Vbi vero sistere no possent eedem S vre, decentibus medys, dissensiones predictas, et esset aliqd, quod diffini, ac decerni oporteret, id ad nos remittant, Quicquid aut decreuerint, id faciant per partes vtrinqz firmiter obseruari. Sic facture etc

Tercia

Instructio Commissariis a rege date ad componendas discordias ciuium Gdanensium cum ferbero: et tumultus tam Ciuiles quam religionis

Commissarii nri Marienburgu designati, hoc agent, Curabunt modis omnibus, motu Ciuitatis Gdanen, sine exquisita discepta-tione, et strepitu, placide et æquanimiter sedare, vnitatem et concordiam inter Ciues reducere, et Ebrehardu Ferber, cu illis recociliare, agereqz vti res et officia eius illi resti-, tueretur, quandoquide ij motus et discordie Ciuiu intestie, cum semp noxie sunt, tum hoc tempore vbiqz turbulento, pnitiosissime. Ciuitas vero Gdanen, tot hostilitatibg est obnoxia, tot euocationibus ad Camera Impialem molestatur. vnde si istis dissensionibus suis agitabitur, siqz insignes Ciues, ab illa exulare cogentur, bonis suis non Judicio, sed seditione priuati, possent eidem Ciuitati maxima inferre no-cumeta, propter que, et nos cogeremur, difficultates et coten-tiones subire, Et proinde, vt Commissarii curent, ea reco-ciliatione Ferberi, et pacem in ipsa Ciuitate, omni cura facere.

Vbi aut vel tota hec dissensio, vel aliqua res singulars, tantu difficultatis haberet, vt opera ipsoru Commissarioru cöponi no posset, indigeretqz aliquid iudiciaria cognitoe, et decreto, id totu ad nos, et diffinitione nra deuoluatur.

Veru nihil opere pretermittatur, quo ipsimet æquis medijs, ac röibus, eas turbas sopiant, et ad id negotiu pficiendum. quicquid preter hec oportunu ac vtile illis loqui, et agere

videbitur, id totum faciant; Quod illorum prudentiae committimus.

Caeterum, quia questi sunt Cives Gdanen, Ebrehardum Ferber, Decretum Regium, inter se, et illum latum, in multa exemplaria imprimi fecisse, et illa ad varias regiones, et urbes trasmisisse, et praeter ea, hoc ipsum decretum in lingua Germanicam traduxisse aliter, quam fuerit promulgatum, et scriptum, ac illud in contumeliam illorum divulgasse, E diverso ipse Ferber queritur bona sua mobilia, non esse sibi restituta, iuxta Decretum Regium, et quod multae aliae iniuriae, sibi, et suis sint illatae; si haec proferentur ad dominos Comissarios per querelam, de illis etiam cognoscent, et id, quod aequum et iustum esse censebunt, diffinient, et ut supra dictum est, partes inter se dissidentes, ad concordiam, modis omnibus reducere curabunt.

Queritur etiam Nicolaus Holste, Procurator Causarum, de Civibus Gdanen, quod illum non permittunt libere manere in Civitate, et privatis suis adversus eum conceptis odiis, machinantur ei in mortem, Is si quidpiam contra eosdem Gdanenses proponere voluerit, illum, simul et ipsos Gdanenses, domini Commissarii audiant, et re bene ac mature discussa, iusticiam in utramque partem faciant.

Nona.

Responsum a Sigismundo primo rege Poloniae datum nunciis Gdanensium qui contra Ferberum causam instigabant.

Sacra Mtas Regia, dni Gdanenses, q hactenus vos, tanto tepore hic morátes expediri nó fecerit, in causa fuit, partim egritudo Mtis sue, partim alia immesa negotia, que Mtem sua distinebant. Accessit ad hec dns Ferber, qui cu suppliraret se cora vobis à Mte sua audiri, facere non potuit eius Mtas, quin et illi, vt equu est, aures suas prebuisset.

Ad Legationem igr vrám, sic Mtas sua, vobis respódeti mádavit, Statuta vra, que vos, reuisis vetustis Institutionibus, et Plebiscitis vris, pro bono regimine Ciuitatis vre, condidisse retulistis, et ea rata fieri à Mte sua petiuistis, nó potest Mtas sua, cu illa nó vidit, approbare, sed nec vituperare illa dignetur. Quando vero ea Mti sue patebút, et cognouerit vobis, et Ciuitati vre conducere, nihilqz in illis contineri, qd auctoritatem et Jurisditióne Mtis sue immimeret, illa, nó grauatim approbare et ratificare dignabitur.

Quod aut ad dnm Ferber attinet, intellexit abunde Mtas sua, causas cómotionis in illu Ciuitatis vre, quas recésuistis. Licet vero Mtas sua cognouerit, ipsu dnm Ferber, et fide sibi, et Ciuitati vre vtilem ac honorificu, tam domi, qz foris semp extitisse, Licet etia ipse, dicta in se, amplissis verbis diluerit, et nixus sit innocentia sua declarare, tamen cu illius replicationi respondere in presés noluistis,

vel facultatem respondendi nõ habuistis, designabit Mtas
sua, nonnullos dños Consiliarios sacri Regni, qz terrarũ Prus:
siae, qui Mariemburgi conuenientes, et parte vtraqz audita,
eam turbã, et controuersiã indignã et pniciosã, aequis ac
decentibus modis, sopire et componere curabunt, Quod vbi prae:
stare nõ possent, illã ad Mtem suã remittent, quã ipsamet
Mtas sua, sistere et determinare dignabitur.

Quia vero priuatio offitiorũ dñi Ferber, et Jacobi de Reeß, ac
proscriptio de Ciuitate, tã ipsius, qz aliorũ eius necessariorũ
et amicorũ, facta per Cives vr̃os, et libelli famosi in illũ
scripti, nonnihil eius honori detrahere videntur, ipse aut pro
tuendo eodem honore suo corã eius Mte nihil ptermittet, su:
amqz innocentiã paratus est declarare, vosqz respõdere illi
recusastis, decernit Mtas sua, q qcqd aduersus illũ, ac Jacobũ
de Reeß. Hillebrandũ Ferber, et alios cõplices, et amicos, in
ea controuersia, actũ, dictũ, aut scriptũ sit ignominiosũ, id
eorũ honori, et bonae existimationi, eorũqz posteris, nulla in
parte nocere debebit, vsqz dũ ea cõtrouersia determinetur,

Praeterea, quia ipse do. Ferber, est tã in Ciuitate vr̃a, qz etiã extra,
satis abunde possessionatus, et paratus e, ac sufficiẽs cõstare Iuri,
decernit Mtas sua, vt ante oĩa, bona illi p Cives vr̃os ablata,
seu retenta, libere dimittatur, et restituatur, vsqz dũ ea cõtrouer:
sia determinetur.

Postremo, vt Mtas sua molestissĩe fert aĩo turbas et seditiões vr̃as,
tã in diuinis qz etiã humãis rebq, ad indignatiõez Dei, et pniciẽ
Ciuitatis vr̃ae exortas, ita hortatur vos impẽse, et mãdat sua
Mtas, vt religiõez inprimis, sicuti à Patribq sanctis tradita est,
et p maiores vr̃os obseruata; Deinde pacem, et mutuã cõcordiã

niter vos, diligēter custodiatis, hoiesq3 insolētes ac seditiosos, qui vnicuiq3 Reip^cae pnicies sut, et pestis, quatu potestis, coprimatis.

SIgismundus primus Rex Polonie
Proconsulibus et Consulibus Gdanen.

Famati fideles dilecti, Cu multis rumoribg platu esset ad nos, se-diroes vras intestinas et insolentias aduersus fidé, et religioez sancta Cathca, eo vsq3 pcessisse, vt plurima cotra Deu, et bt^ma virginé Mrem eius, ac oes sctos, indignissima comitterētur, in diuissiu Sacramētu blasphemarētur, Ciboria, altaria, imagiēs, picturas, in Ecclesys esse cofracta, et cotumeliose eiecta, Calices, patenas, Cruces, et alia Clenodia de Ecclys accepta, et asportata, Monachos, et Moniales, spoliatos, et de monrijs eiectos, nouas se-ctas, et noua religioez inuecta, ores nros, Rxmu et Rndu, in Chro patres dnos Jo. de Lasko. Archiepu Gnesn, et Mathia de Drzeniza Epu wladislaniens, infamatos, et cotumelys affectos, Procosules, Consules, et alios offles Ciuitatis, licētiosissie depositos, et opprobrys indignissie affectos, aliosq3 in locu ipsoru, indebite suffectos. Burgrabiu cotra auctem nra, exauctoratu, et nouas de illo Cōstitucōes, in derogacōez ptatis nre, factas, Judicia nra Regia violata, furca et rota, in foro extructa, cotra Priui-legia et libertates Ciuitatis, Rndo dno Epo wladislanién, et eius Clero, item orphāis et viduis cēsus solui phibitos, vt noui Cōsules, qui in Domibus census obligatos habent, solue illos no tenerētur, Insigniores Ciues nullo tpe securos esse, Ecclas pa-rochiales Jurispronatg nri, externis Sacerdotibg, sine scjtu, et co-sensu nro collatas, et alia innumera ppetrari, Videbatur hec

oia, nob adeò indigna, et abominãda, vt fidé illis adhibẽ nequaq3 potuerĩg, Nã et contra religioné sanctã Catholicã, quã oĩa Regna, et Dominia Christiana hactenus tot Seculis cõcorditer et inuiolabilr obseruanẽrt, talia nephãda cõmißa videbãtur, quẽ ne Thurci aut Thartari forsitan cõmittere auderẽt, et aduersus auctez nrã ita insolenter excessũ, ac si nomẽ et ptas nrã Regia pluma leuior cẽseretur, Admonueraq3 vos, p Nuctios nros, benignissimis Xobis, de his ipsis rebq verbis, quẽ ad nos rumoribq pferebãtur, qbq nõ vsq3 quaq3 credere potuig, Verũ qa intellexĩus post eã Legaĉoez nrãm, nõ modo nõ intermißa, et correcta eße, à vob quẽ sũt, indignißime cõmissa, sed eciã illa indies magis inualescẽ, maioresq3 insolẽcias et blasphẽias fieri, aduersq diuinã ũtez, et sctos eius, rittusq3 et ordinẽ Ecctẽ, q nõ à scelerãtis Apostatis, qles sunt ij, qui nũc cẽsurã sibi insolẽtißime sumũt, sed à priscis sctissimis Patribq, vita et miraculis clarescẽtibq, est institutq Doctore et Mgro vnico Eccte Spu scto, Timẽtesq3 nos, ne vñ grauißimã vltione à Dño Deo, et apud aliós oẽs Reges, Pricipesq3 et Nacões Chrianas, turpissiã notã subeãus, si ad tã indigna et nephãda facinora cõniuerẽg; admonẽdos vos iterũ hijs lrĩs nrĩs duxig, Mandãn vob sub grauißiã indignacõe nrã, vt si ea ita se habẽt, vti ad nos delata sũt, primũ õiũ3 religioẽz sanctã Cathcã, ad eã obseruatiõez, et ordinem, quẽ à Maioribq vrĩs p manus accepistis, et cũ qua vob, subditi facti estis, in oibq, quẽ mutata, destructa, ablata, et violata sũt, restituatis. Sacramẽtũ Eucharistiẽ, seruari in Ecctiis, et Monachos, ac Monachas, ad sua Monria, quẽ Maiores nri fũdauerũt, et Plebãos ad suas ecctas, quẽ nri Iurispronatq sũt, redire liberè pmittatis, Intrusosq3 q3primũ eiiciatis.. Alioqn durãte hoc errorũ fũdamẽto, nihil boni sperari potest in reliquis, quẽadmodũ id et Bohemi cognoscẽtes, tandẽ resipuerũt, et ad vnitate sctẽ nrĩs eccte, nunc demum redierunt

Deinde Ingratum oẽz, indignè, et indecẽter depositum, restituatis, Cõstitucõesq3, quas ꝓpria volũtate, et seditiose cõfecistis, abrogetis, rotasq3 et patibula indignißia, Carnificinẽ insignia, è foro deiciatis, Census debitos Rndo dño Epo Wladislaniem, eiusq3 Clero, et alijs õibq, dari et solui faciatis, vosq3 in õibq tam dñis, q3 huiars rebq, et negocijs vrìs, ad priscum laudabilẽ morem ac instituta, qbq aucta est Ciuitas vra reducatis, Na si vos ipsi inter vos id facere nõ curaueritis, nos debitum, ac officium Chriai Regis ꝑtermittere nõ poterimq. Ad quẽ oia, volumq vt nob, per hunc Nuncium respondeatis,

---

Ad has precedentes lrás, Gdaneses, per Regium Nũcium, Regi nõ responderunt, sed Nunctios suos quatuor, et quintum Notarium nostrum, ad Regem Craconiam miserunt, per quos oblatẽ sunt Regi appologiẽ, et stulticiẽ eorum.

Rex eosdem Nunctios, Cracouiẽ, retineri ius βit, et expectare Rnsum sup Appologias, Interim Rex scripsit ad Consiliarios ꝓ consilio, quid respondendum illis, qd cõtra illos agẽdũ eßet.

Appologie et defensiones: quas Nuncii Gdanensium Regie Mti obtulerunt Cracovie 1525

Avertit a nobis ad tempus Omnipotens Deus, vultu suu benignu per furorem, verbu suu humano generi subducens, Cu aut bona sua foret voluntas, immisit Misericors Deus salutifera famem verbi sui iteru in orbem, instrumeta sua suscitado, que tum scripto, tum viua voce, purissim tritici granum, sine quibusuis humanis additametis, ac perniciosis glossematis, in fines Orbis terraru circuferrent ac dilatarent, Insup diuine lre, germano ac sincero sensu typis sunt excusse, ita vt lectio eorundem libroru, omnibus legere scietibus, in ambabus linguis, et Germanica et latina, imo Greca et hebrea, manifesta facta est, Hinc sequutu, vt homines exacto Iuditio, in lectione scripture inciderunt, hinc et inde scripture locis inuicem collatis, Ac eo diuino impulsu et ordinatioe, tam ex lectione, q3 auditu, ventu est, vt hoies ipsi, manibq ac pedibus (quod in Prouerbio est) manifestissime errore, deceptionem, et seductionem, deprehenderunt et intellexerut Id cu passim, per tocius Orbis ambitu, sparsu esset, cotigit temporis tractu, q, cu aliis Mercibus, hoc preciosu margaritu, in Regia Vrbem Gedanen, aduectum est. Vbi vero auribus populi id foret inculcatu, incredibile dictu, q3 feruens amor diuini verbi, mentes eorum obsedit,

Sed Proh dolor, ne vnus quidem repertus, qui boni consuluisset, aut vices plebis sollicita cura perpenderet, quin potius contemnentes Dei, sua vocationem omnigenis gratiarum donis refertam, leviorem pluma, estimati sunt. Et hoc quidem forsitan ferendum, si per Seculares (quod vocant) tali culpe nō fuisset prestitum, sed huic periculo, ne eciam per eos, qui se haberi volunt spūales, obuiam itum est, Imo in tam ampla Ciuitate, nec vnus nec alter aderat Pastorum. Quod si forsan aliqui eorum, quorum admodum pauci fuerant, gregis cure domi inuigilaret, nihil tn̄ sane doctrine, sed tantum hominum somnia, ac figmenta miseris hominibus proposuerunt.

Nec vulgares viri in Monasterijs, Secularibus penes quos summa rerum tunc erat, se iunxerant, qui magno serio, ac ceu e plaustro, diuinum verbum oppugnauerunt, ac multis, varijsq3 dolis petiuerunt, Sed quanto magis in diuinum verbū facti sunt iniurij, et contra illud se obiecerunt, tanto magis in hominum cordibus (nam ita sua natura cōparatum est) crescere coepit, firmiusq3 radices suas egit. Ita vt verbum ipsum semper triumphans primas tenuit, nec fieri potuit. quantumuis humana ratio, caecam suam temeritatem exornare satagebat, et insanire ac furere coepisset, quin eius ignominia vniuerso Orbi, redderetur manifesta, atq3 perspecta.

Progressu aūt temporis, cum admirandis modis in salute hominum Deus opera sua promouisset, saepe vniuerse plebis nomīe, Maioribus, plande, humiliter, et magno conatu supplicatum est, cum petendo, tum hortando, vt habita superne Mīs rone

coram qua nos omnes, nemine excepto, manifestari oportet, per singulas Contionatorum classes, siue religiosi siue Seculares forent, salutiferum Dei verbum, sincere, pure, sine omnibus humanis additamentis (sicut vere germana eius natura est) populo proponeretur, quandoquidem nihil esset, quod tum maxime populus postularet, qui iam omnia erroris esse plena pernosceret, Quam petitionem Plebis, cum saepe Senatus pollicitus esset se impleturum, haud quicquam sequutum est, quinimmo eandem semper pulsantes cordam (ut in Paremiis est) nihil in templis resonabant Concionatores, nisi somnia, inanes glossas, atque figmenta humana, Nec cessatum est, licet saepius promissum et tentatum, nequaquam tamen impletum, aut satisfactum, sed magis omni conatu, et potentia renitebantur.

Ad diem autem Dominicam, ante eum, qui diui Pauli Conuersioni sacer est, contigit, ut duodecima hora pomeridiana, iuxta consuetum morem, in maiori templo, e suggestu, ad populum fieret declamatio, In qua plurima turba senum, ac Juuenum, diuitum, ac pauperum, promiscuo modo, ad audiendum verbum diuinum conuenerat, ubi quilibet pacifice, quiete, et citra omnem tumultum, usque in finem, et tactum primae horae sedit et permansit. Soluta autem Contione, dum quisque suas aedes petere statuisset, terrifica fama exorta est, quam et factum euidens comprobauit, quod Ugratus iam Capite diminutus, sub tempore Contionis, praeter spem, atque opinionem, cum suis Complicibus, arma arripuerit, ac omni apparatu bellico, forum, quod in Ciuitate est, occupasset. Insuper certos.

suos Nunctios tunc, sicuti iam ante ipsum diem fecerant, ad cer-
tas tribus Ciuitatis, ac aliquos artifices misissent, vt citra
omnē morā, armis suis instructi, sub fide Regię iam pręs-
stita, Ciuiliqꝫ Sacramēto, ad se in forum venirent, portas
deniqꝫ per Ciuitatis circuitum, ad alias Ciuitates respiciētes,
et ad Campos patentes, firmissima custodia clauserunt.
Claues deniqꝫ à Ciuibus, quibus cōmissę erant acceperūt.
Populum, qui, in forum, ad hoc inauditum et foedum spectaculum
conspiciendum, cursitabat, non solum represserūt, verum verbe-
ribus affectum abigebant, vicos, qui viam in forum patefacie-
bant, cathenis ferreis, quę olim factę erant, occluserunt.
Machinas bellicas maiores ac minores, tum etiā omnis ge-
neris, nō in paruo numero, versus publicum fori aditum, ordi-
nauerunt, illucqꝫ equorum ac hominum ministerio duxerunt,
Signa deniqꝫ publicę in foro erexerunt. Quid plura, in oībꝫ
quę tum agebant, nihil aliud fecerūt, aut suis factis pręse
ferebant, qꝫ si aperto marte, ac instructo agmine, cum mani-
festis hostibus, manus forent conserendę, Et quicqd bellicę
suppellectilis vniuersa plebs, suis nummis ac impensis, pro
hostium insultu reprimendo, à multis annis, summa fide
congesserat, hoc omne in perditionē suorum Ciuium, ac fratrum
vertere nitebantur. Sicqꝫ suam exercentes tyrannidem, fu-
rore, ac ira æstuantes, cum omni bellico apparatu, quem
vel humanum ingenium excogitare poterat, ordine, iuxta mili-
tarē disciplinam facto, forum Ciuitatis occupauerunt.

Dum hęc stupidis animis plebs, et qui diuino verbo adherebat,

considerassent, ex intimis precordiis territi sunt, audientesq3 tam horrendu, tamq3 indignu, suoru Maioru, ad arma con: cursu, metu humano (: qui certe talis erat, vt in costantem, iuxta ac constantissimu quemq3 caderet.) in quenda aliu locu Ciuitatis, fugierunt et secesserunt. Attamen nihil per temeritatem agebant, sed semp benigne rem ipsa tentates. duos vere pietatis viros, mansuete, sine armis, ad eos in foru miserunt, Rogán, et petén, quidna in Regia Vrbe, vbi nulli essent hostes, ta horrendus ad arma cocursus, prese ferret, et contra quos, aut ob qua causa fieret, ex: plicaret. non em sperarent eis vlla occasioné esse datam, qua pmoti repentino cursu arma arripuerit, suis quoq3 Ci: vibus se tam horribiles preberent aspectu.

Ad hanc interrogationé, amarulento animo Maiores Ci: vitatis responderunt, Hij sunt fructus iam dudu predicati Euangelij, hij se nunc, luce meridiana clarius ostentant. Quibus dicti duo viri, summa quada animi modestia res: ponderunt. Per Deu vos precamur, optimi Maiores, ac Domini, sanius captate consiliu, sitis tranquilli animi, nihil aduersi vobis continget. Sunt em adhuc Ciues, ac subditi vri, in altera parte Ciuitatis, pacifice, sine tumultu, con: gregati, nec quicpia hostile, in animu suu induxerunt. Sed nó potuerít hec monita, apud eos pficere. Quinimo dicti duo viri, et Nunctii, multis cotumelijs, et opprobrijs, Chri: stianis minime dignis, ab eis affecti, tanq3 captiui in Pretori: um detrusi, et ingenti tumultu detenti

Caeteru maiores Ciuitatis cu suis adherentibus, aciem sua

iuxta Militaris disciplinae institutum, cum machinis et omni apparatu bellico, dextre ac probe instruxere,

Quibus tum actis, et ubi haec ad Plebis notitiam pervenerat, videlicet, quod Maiores sui, tanta animorum duritia, adversum eos, se erexerant, tantamque tyrannidem attentassent, (quamvis ex eorum medio dicti Maiores, ad Plebem, seu Comitatem, multis inanibus sermonibus, Nuncios suos miserunt, scrutantes, quid in animo haberent; nihilominus dicti Nuncij, benevole sunt expediti et remissi, hoc unum duntaxat ab eis humiliter petebant, ut eos viros, quos captivos detinerent, libertate donarent. Quam petitionem populi, Maiores non solum denegarunt, verum aliquos de eorum classe, tamquam ad Carnificinam, tradendum postularunt, Quod iustis, dignisque rationibus Cives permoti, tamquam homines Christiani, minime faciundum censebant.) magno quodam et inenarrabili timore sunt perculsi, nec minus facere poterant, quin etiam factis rem tentarent, ut se, ac suos, cum liberos, tum uxores, tum universam denique substantiam, securi facerent, et una porta Civitatis eiecerunt, ne huic furori, et tam ingenti malo, quod sui Maiores in animo versabant, locus praeberetur. Sicque ab hora diei pomeridiana, quae haec à Maioribus coepta sunt, usque in profundam noctem, universi Cives pacifice, sine tumultu, in suo loco permanserunt, nec inde dimoti sunt. Deinde etiam manifeste, dum ultro citroque varii sermones habiti sunt, ubi de sedando tumultu ageretur, Deum opt. max. testem invocaverunt non fuisse

nec esse eius animi, vt vel in pilo quemq3 lederet, Sed si quisq3 foret, qui eis vim inferre tentaret, hunc eo in loco operiri vellent, et eundem suis cotueri luminibus, Hac sep antea, et etia adhuc eoru esse; et fuisse sententia. Dum em Maioru suoru, horredu furorem conspexisset, haud secus facere potuerit, vt tanto melius tuitioni, securitati, et defensioni suis consulerent, Hanc sententia sepe, sepiusq3, du vrbs diuisa in armis staret, repetitis viribus, Nuctijs abrogati ingratus, pro responso, plebs dedit. Dictu deniq3 est, vti hanc firmiter seruare vellent, ita nihil aliud ab eis fore expectandu, quod etiam in pgressu factis ostensu et comprobatu fuit.

Vtcumq3 hec omnia gesta sunt, omnipotens et misericors Deus in medium tanti tumultus se demisit, ac sue pietatis nube nos omnes operuit, ita, vt tota hec Tragedia (Deo opt. max. sit perpetua laus. gla, et summus honos.) sic pacta est, vt nullus hominu, siue in rebus suis, siue corporibus, lesus sit, Jmo ne in pilo quidem, quin pocius, diuina cooperate benignitate, in gratia, pro diuino Christiano, ac laudabili modo, que fundata est sup diuino verbo, debitoq3 fidelitatis in vram Sacra Mtem studio, ac incremeto, prosperoq3 successu, Reipce, ab omnibus, et sigillatim vniuersis, itu est, maxis firmissimisq3 sacramentis dicta concordiam stabiliedo. In quaqdem mutua gratia, vniuersa Coitas, toto suo cu magnis ac pusillis cu bonis ac corporibus suis, insup cu omnibq quecumq3 in hac mortaliu luce habet, permanere vult et intendit. Speram, et certo certius sibi pollicem, cu hec ipsa

concordia honestissimis fundamentis sit nixa, videlicet in Deum opt. Max. item in debita subiectionis obseruantia Sacratissime vre Regie Mtis, et vniuerse reipublice vtilitatem, fieri non posse, vt quisque mortalium, imo ne inferorum quidem porte, iuste ac legittime, eam oppugnare, ac euertere valeant, Quandoquidem vbi hec fundamenta, salua, ac integra persistunt, sicuti optimi Dei auxilio, semper manebunt, inuiolata, et non mutabuntur. (: potius enim rueret coelum et parerent mule, vt est in Prouerbio.) existimat, et sibi persuadet vniuersa Ciuitas, nihil esse sub sole, quod nocere, aut officere nobis posset, et animum Sacratissime vre Regie Mtis offendere.

Vt autem hec Christiana pax, sic vt premissum est, libere inita, tanto maturius ab omni parte seruaretur, confirmaretur, et corroboraretur, perpetuisque duraret temporibus, Ideo vnanimiter per omnes Tribus totius Ciuitatis, fuit acceptata, condonantes ex animo et intimo corde, omnem errorem, qualitercumque ille foret admissus, ex Christiana fraternaque charitate, Promittendo nullo vnque tempore in iacturam, aut detrimentum alicuius, eundem in memoriam reuocare, Que omnia varijs munimentis fulcita sunt, et stabilita, Constanti firmaque fiducia sperantes, quod Sacratissima Regia Mtas, huic Concordie Christiane, non solum suum adijciet calculum, verum eandem in perpetua tempora valituram gratiose dignabitur confirmare, vt exinde in posterum e mentibus hominum omnis suspitio, quam aliquis sibi concipere posset, penitus amoueretur, et nos post hac, sub Deo opt. max. et Sacratissima vra Regia Mte, cum in vnitate fidei, tum subiectione fidelitatis, vsque in finem seculorum, quietam vitam

agere, et ducere possemus, Quod etiam sine aliquo impedimento factum iri, omnes credimus, neque per nos ullo pacto violabitur, quin potius universa Communitas, in eadem concordia, perpetuo permanere deliberavit, cum omnibus suis fortunis ac bonis, volentes potius sanguinem suum fundere, quam quod dicta fundamenta, in minimo ledi, aut violari deberent Quod Sacratissima Regia Maiestas, certo sibi persuadeat, et firmissime credat.

Huic etiam errori, non modicam occasionem dederat, qui nobiscum Monasticam profitebantur vitam, quoniam in omnibus, quod sui erat, quaerebant, seque semper summis adiungere studuerint, et per omnem temeritatem, indurata cervice, humanis traditionibus, hominum conscientias, non solum illaqueabant, quantumvis a Deo et Christo Iesu, nostro Servatore, pretiosissimo thesauro, non quidem auro, vel argento, sed suo sanguine, in libertatem, quae secundum spiritum est, sunt asserte, verum perpetuo à Deo, ac unico Servatore nostro, in sua somnia, et humana inventa, confictasque fabellas deduxerunt, In quibus omnibus, usque adeo indurati permanserunt, ut neque precibus, neque adhortationibus, neque scripturarum testimonijs, aut suorum errorum manifesta ostensione, quicquam apud eos obtineri potuit, aut in meliorem frugem eos vertere; Quamvis apud eos benignissime crebro tentatum est. petitumque fuit ab eis, licet minime impetratum, ut rationem haberent mirabilium operum Dei, quibus nunc mundus, per divinum verbum exagitatur, nec Deo tanta temeritate reluctarentur, Sed non cessabat indies, magis ac magis prava sua doctrina, Civium animos turbare, et eos quottidie revocare ad insania. His omnibus denique tentatis, postremo ut omnis lapis moveretur

et omnia ex fundamẽto scrutarẽtur, propositũ eis fuit et dictũ.
Si ex diuinis l̃ris Ordinem ac statũ, simul atq3 doctrinã osten:
derent, et probarent, cuncta illis forent admittenda, quẽ diuis
l̃ris, per eos fulciri, et obtineri possent. Cũ ne hoc q̃dẽ vellet
subire, iterũ res grandis eis oblata est. videlicet, vt his, qui in
Cenobijs permanere vellent, Chr̃iano, legittimo, ac honorifico
modo, victu et amictu, imo esculentis et poculentis, alijsq3 vite
necessarijs prouideretur, Hocq3 sic seruandũ eis, sub Christiana
fide fuit pmissũ, Que omnia ignominiose, per omnẽ cõtem:
ptũ subire recusarũt, nõ obmittendo insurgere contra Deum,
et aduersus illum ceruices erigere, omni pertinatia, in suggestu
aperte in domibus, ac suis Symposijs clanculũ, apud deniq3 pri:
uatas personas, virus suũ, et impiã doctrinã effundentes. Vn:
de factũ est, vt in diuersitate doctrinẽ, mẽtes hominũ in pugnã
vocarẽtur, et in tã atrocissimũ errorem inciderunt, vt nisi Deus
optimus maximus, sua benignitate Rempublicã seruasset, nõ
fuisset possibile, ab humana ratione ipsã conseruari, Quod si
in Ciuitate Regia Gedanen, duntaxat ex monasterijs hic er:
ror fuisset coortus, posset quispiã existimare, hac nr̃a querimo:
nia, illos indigne grauari. Sed re vera, apertissime veritas docet
(. Proh Deũ atq3 hominũ fidem.) vt passim in omnibus Pro:
uincijs et Ciuitatibus, imo pene toto orbe, ex hoc hominũ genere,
omnis error, omnis tumultus, omnis deniq3 Controuersia ori:
tur. Atq3 ita cũ eis comparatũ est, vt anteq3 Deo honorẽ
darent, paterẽtur potius vniuersũ interire orbem, modo eorũ
inuenta, traditiones, et excogitata dogmata, integra et salua
persisterent. conseruabit tñ Deus suã glam, nec dabit eã alteri.

Quoniã aũt ij, qui Magratu destituti sunt, liquido, tanq3

ctores, diuini verbi sunt reperti, ac multis aliis defectibus, et errori: bus obnoxii. Insuper in sui magratus destitutione, et prememorata vnione, atq3 concordia publice consenserunt, Et post hac, nos cum eis, ac ipsi nobiscum concordibus votis consensimus, Chriano more pacifice et fraterne viuere, Ideo nos et vniuersa Comitas, certissi: ma de sacratissima Regia mte spem concipimus, tanq3 de na: turali nro ac hæreditario dno, q. nullo pacto Ciuitatem Gedanen, suis mandatis arcebit, vt contra sacramenta, per nomen summi Dei, sub patulo huius cœlestis orbis prospectu facta, contra diuinitus data et inspirata concordia ac pacem, contra deniq3 pacta et foedera mutuo inita, et diplomate fremata, iam iam electos, et ad magratum vocatos (quorum imperium gratissime ferunt) desti: tuant, ac reliquos ex antedictis, et postea lacuis deducendis cau: sis destitutos, nequaq3 in pristinum ordinem restituere, potissimum cum vniuersa plebs, omnes qui sic exauthorati sunt, tanq3 cha: rissimos fratres suos, et viciuos sustinere vult, et sufferre, atq3 simul cum ipsis, in omnibus, diuinis, æquis, iustis, ac legitimis acti: onibus, animam, opes, et bona sua exponere, Quod si contingeret aliquem ex eis, qui sic destituti sunt, in hoc casu, vel alia in re querulari, aut sibi irrogatam iniuriam esse, vel vllum grauamen prætexerit, et Comitas ipsa, vel nos eorum nomine, de hu: iusmodi querelis certiores redderemur, visis deniq3 actionibus, et perspecta qualitate causæ, parati sumus ad eorum obiecta, dignis rationibus respondere.

Preter hec fundamenta, et has legitimas causas et rones, ad immu: tationem regiminis, Christiana Comitas Gedanensis, haud modicam ex subsequentibus motiuis sumpsit occasionem, Nempe sic sæpe compertum est, vt Ciuitas ipsa Gedanen, à tpe antiqui Prutheniæ

belli, in quo Cives ipsi sūma animorū alacritate, sua substātia pfuderūt, in opibus ærarii publici nō solū nō augeri nō potuit, verū adeò anguste reddite, vt nihil reliqui, quo in necessitate Respublica foueretur, in ipso Aerario pmaneret, Quin etiā sequutū est, vt misera turba Ciuiū, semper multa et infinita grauamina passa est, quę omnia sicut oues patientißime, sustinuerunt, et citra aliquā murmurationē, de vna exactiōe, in aliā consenserint, vt pote in datias plurimas, quas Axisas (. quorū pene infinite.) vocant, Item de cētū marcis, decem, Rursum de domibus, Item de redditibus suie cēsibus, Iterū de marca vna Pruthenica, solidū vnum. Preterea Cives suos ipse Magratus, ad mutuādā pecuniā, poenis carcerū adhibitis compulit. semper exinde augmētū ærarii publici sperans. maxime in tā multis præteritis annis, quibus in pace et tranquillitate Ciuitas ipsa fuit, Et vbi pertinaces illi Crucigeri, qui se multis artibus ad bellū, et rebellionē pararent, caput erigerent, et sacre Mti vre, ac eius subditis (. sicuti etiā factū est.) bellū vellēt inferre, tantū ex ærario publico sumptum sumi posset, quātū ad tuendā Regiā Ciuitatem, et conseruandā illam in debita obedientia Sacre Mtis vre, hostiūq3 insultū reprimēdū, sufficeret. Preterea omnia mœnia, fossę, et quicq3 ppugnaculorū circa Ciuitatem Regiā, his annis factū est, citra grauamen ærarii publici, per Ciuiū nūmos erecta sunt, et ædificata, et tā difficiles exactores pecuniarū, ipsi maiores se prestiterūt, vt ne infime sortis hominibus parceretur, Imò in eorū conspectu, nec miserę mulierculę, quę fuso stamina ducētes, victū famē sibi parāt, gratiā vel veniā flendo, impetrare potuerunt. Quę quidem collationes pecuniarū in Aerariū publicū, plebis aīos exercerūt, vt sibi persuaderet et crederet, q ex illis

atq3 aliis Ciuitatis redditibus, aliquis thesaurus vtiq3 esset co=
flatus, sed longe aliter, q3 omniu fuit opinio, cu serio negotiu
foret agendu, et bellu iam in limine esset, res cessit, et vniuer=
se Ciuitati (quod auditu erat horredißimu) dictu est, nulla
penitus in Aerario publico esse pecunia. Hec vox q3uis
immesa et terrifica formidinem aiis omniu Ciuiu incusse=
rat: tame resupto aio, et viribus collectis, se ipsos, vtcuq3 potue=
runt iuuaru, et cosolati sunt, sustinetes omnia onera, que ipsis
imponebatur, pro honore Dei opt. max. et decore Sacre Mtis vre.
eiusq3 obedientie conseruatione, qua etia ta manifestis argu=
metis pala fecerut, et manifestißime testati sunt, in hoc re=
centiori bello, vt ipsis omnino persuasu est, hoc Sacre Mti vre.
et vniuerso orbi esse perspectissimum.

Ex hijs facile colliget Serma vra Mtas, in quo horrore, for=
midine, ac pauore, ipsa tota Ciuitas, maioru suoru negligetia,
tunc in ta presentissimis malis, et anxietatibus sita fuit et col=
locata. Attame tunc in posteru, vtcumq3 fortuna se inclinaue=
rit, Deo bene iuuate, fideles subditi Mtis vre, no secus q3 viros
constantes ac fortes decet, se gerent et ostendent, no formidan
se exponere, et obijcere omnibus periculis, cu corporibq, re=
bus, ac fortunis omnibus.

Hec atq3 similia, alie denique grauissime roes, non immerito
permouerunt plebis aios, vt non semel, sed multis repetitis vicibq,
à maioribus suis, ratione à multis retroactis annis exigeret,
et peterent, in hunc duntaxat finem, vt scire possent, que na
causa esset tati incomodi, vt neutiq3 erarium publicu augeri, et
in immensu crescere posset. Interim tame omni honestate in
debita obedientia, se erga suos maiores exhibedo. Quam

postulatione Plebis, Senatus omnibus modis fugiebat, et ad cer-
tu annoru numeru torquebat, De qua sententia et volútate,
ipsa Comitas fuit cótenta, et obmissis multoru annoru cur-
riculis tota rationū faciunde súma, in annos duntaxat vi-
ginti transtulerunt, De qua mutatione, et ipse ingratus gratus
fuit, attamē nō seruatu, neq3 satisfactu est ꝓrie eoru sentēcie.

Ex hijs omnibus, haud parua displicēcia, plebis animi cōcepe-
runt, Imò quedā suspitio, sicuti vrā Sacra Mtas, et quiuis facile
conijcere pōt orta: quoniā nō satis sermonibꝫ explicari pōt,
q3 ingens peccuniaru summa, et diuerse Contributioēs, in pu-
blicu Erariu sunt relate, et institute, vltra oēs ꝓuentus, ac
redditus, que ipsa Ciuitas Gedanen, singulis annis recipit, qd
reuera miru in modu pauperes et miseros Ciues pressit. Et
quicqd taliu, aut similiu reru (vt rem in súma dicamus)
per Cómitatē candido pectore à maioribus petitu, seu postula-
tu est, id semꝑ pilo leuius existimatu est, et tenui auré có-
missum.

Nec paru mouit vniuersā Plebem, multus numerus Senato-
rii Ordinis, quibus adhuc quadragínta octo adiuncti erāt, et
ꝑ passim, iā in huc, iā in aliu trahebāt ordinē quē vellent.
Et queadmodu tam amplus numerus Rebuspublicis plurimu
solet officere; sic et Ciuitati Gdanen, nō paru incommodi pe-
perit, Insuper nō pauci defectus orti sunt in Senatu, qbus
ad varias preces Plebis nullu remediu est adhibitum.

Tandem cu et Deo, factu eoru displicuisset, facti etiam sut
pro maiori parte, diuini verbi osores, ostendentes se sicuti

iam ante auditum est, in ea palestra, strennuos et diligentes homines, donec ad sumenda arma se converterunt, sicque sue temeritati expensum ferant, quod et plebs arma arripuit, quoniam nullus sciebat, qualiter, cui, aut contra quem, hec fieret, aut tentaretur. Et quamuis, cum in diuersissimam partem res prodiret, fauor fortune, in contemptam cohortem se inclinauit, adeo etiam, vt in eorum omnes foret potestate, Attamen e suo loco non sunt dimoti, imo palam nunctiauerunt reliquis toties, quoties cum eis sermo habebatur, quod nullum hominem, nequidem in pilo ledere vellet, Si aut quispiam eis vim ullam facere tentaret, hoc in loco stare vellent, et freti auxilio Jesu Christi, eos expectare et cernere, qui mala eis conarentur inferre, et pro se, fratribusque suis, corpora et fortunas expositur eos;

Ex quibus omnibus, palam factum arbitramur, et satis persuasum vere Sacre maiestati Regie, ac omnibus mortalibus, quod in animis plebis, seu Communitatis, nullius tumultus faciundi fuit meditatio, sed quieti permansissent, si sui maiores pacem, et tranquillitatem seruare studuissent.

Omnibus iam dictis, peractis, et postquam per diuersos Internunctios eo ventum est, vt tota Ciuitas in mutuam rediret gratiam, omnes iuxta, ac singuli Ciues, omnia, que admissa erant, sunt obliti: Rationem, quam paulo ante, multis de causis, sicuti dictum est, postulauerunt, ingratiis condonarunt et remiserunt. Omnes, denique, qui sic ad arma, ad opprimendum Plebem conuolauerant, sine aliqua vltione, tanquam fratres suos in domino susceperunt. Et in summa omnia preterita non donando, ipsos etiam nunc et in posterum (si saltem vitam, Christianis, bonisque Ciuibus dignam, cum eis amice agere studuerint, tanquam fratres

vicinos, et amicos habituros, Quod officium eis revera praestitum, nec ipsi inficias ire possunt, Mirum enim dictu est, quam amice, quam fere, quam denique Christiane, cum eis actum est, Et si in alteram eorum partem fortuna se inclinasset, nondum persuasum habet plebs, si in eorum oculis, eam inuenissent gratiam, Idque vrae Maiestatis, aliorumque Iuditio relinquunt.

Hoc tamen palam vniuersa Comitatus, coram vra Serma Mte, ac suis dignissimis dnis à Consilio, ante omnia testatum velit, quod quaecumque iam antea de illis, qui ingratum sunt destituti recensuimus, non sunt ex Plebis, aut nra sententia recensita, aut dicta, vt quempiam eorum incusare vellemus, aut expostulationem aliquam facere, aut eos inuidia, aut indignatione aliqua, coram vra Mte onerare, vt de eis vltio sumeretur, quoniam interuenientibus grauissimis sacramentis, per nomen summi maximique Dei, alterutrum fidem seruandam iurauimus et promisimus. Sed eo animo atque intentione relata sunt, vt vra Serma Mtas, tanquam iustus arbiter factum vniuersae Comitatus, non absque dignis grauissimisque rationibus tentatum intelligeret, pernosceretque totius huius tragediae fundamentum,

Persuasum denique habent, fratres nri domi agentes, cum singuli, tum vniuersi, quod et illi destituti, sui iuramenti et promissi memores, sibi ipsis consulentes, in causa hac iam sopita et transacta quiescent, In euentu vero, (sicuti antea dictum est. quod quispiam eorum, siue viua voce, siue in scriptis, expostulationem facere vellet, et hoc ipsum Comitatui, aut nobis, eorum nominibus, esset detectum, parati sumus in hac causa,

coram v͞ra Sacratissima M͞te, ad quęuis eorum obiecta respon-
dere, atq; adeò eorum querimoniam retundere, et diluere, vt
satisfacto animo v͞ræ M͞tis, nō solum illa, verum cuncti morta-
les, aperte intelligant, ipsam Ciuitatem nihil vnq; perperam
egisse, sed vrgentissimæ grauissimęq; rōnes, factum suum coram
Sacra M͞te v͞ra, excusabunt, Si vero pacificam ac quietam
ducentes vitam, nobiscum minime ex iure manum conserere
pergent, quicqd eis promissum est, fideliter seruabitur, sperātes,
q̄ v͞ra Sacra M͞tas, clementissimis suis oculis, fidissimos su-
os subditos cōtuebitur, et eosdem in bona quietudine, pace
ac mutua concordia, ex innata Regali pietate, perpetuo
conseruabit.

Vitio nobis datur Sacratissime Rex, q̄ Patrias Leges, Statuta,
Jura, et Plebiscita mutauerimus, sed si æmuli n͞ri acutius
rem perpendissent, non fuissent adeò procliui, cuncta in
peiorem interpretari partem, Nam antea sæpe idipsum, p̄ mul-
tos, vigore Priuilegiorum, nobis, à diuis Progenitoribus Sacræ
M͞tis v͞ræ, concessorum, atq; non pridem ex singulari gratia
M͞tis v͞ræ, benigne confirmatorum, hæc prouintia tentata est,
licet parum foeliciter, neq; existimet v͞ra M͞tas sacratissima, et
nūc in illis legibus condendis, quippiam per temeritatem esse
actum, sed multo magis magna maturitate, per eos, quibus hoc
munus fuit delegatum, eiusce rei cura est suscepta, qui suo sudo-
re, ante huc n͞rum aduentum, vltimam manum addidissent, nisi
multis occupationibus in varias legatiōes, ad Exoticos Prin-
cipes et Ciuitates, a coepto fuissent auocati. Speraq; fore
futurum, vt cum primum in lucē p̄dierint, et se Ser͞mæ M͞tis vestræ
prospectui subiecerint, non egere aliquo externo testimonio

sed abunde satis sese comendare, maxime cum universa Plebs statuit, ut sequentibus, singula Iura, Statuta, atque Plebiscita, fundametis essent innixa, Primo, ut quantum fieri posset, divino verbo conderetur quam simillime, Deinde in omnibus, debitus Mtc vre honos, et humilis subiectio servaretur. Postremo ad utilitatem, ac prosperitatem Reipce, tanquam ad amussim singula exigeretur. Sicuti igr nobis persuasum est, hec à nemine improbari posse, ita facile credimus, vram Sacram Mtem, pro rerum, ac temporum conditione, suorum subditorum vigilantiam, non nisi gratioso animo interpretari.

Admirari deinde licet Sacratissime Rex, perfricatam inuidorum frontem, qui nos traducunt coram vra Mte, ceu aliorum proventuum, ac Censuum, vzt dni Epi Cuiamiem, Occupatores essemus. Quod iustis, ac dignis testimonijs, nemo mortalium comprobabit, nec unquam eorundem solutione interdiximus, sed ipsa necessitas, ac temporum molesta difficultas docet, quid egentes ac miseri Coloni faciant obmittantur. Hoc aut (testem vocamus Deum) ingemiscendum ac dolendum censemus, quod illi qui officijs Epalis dignitatis presunt, nullam rationem habent vel temporum, vel inopum, aut quid, omnium humanarum actionum gnomon, charitas exigat, sed eo omnibus modis, viribus ac conatibus tendunt, et assidue cogitant, quomodo pauperes expilent, et in gravissimis exactionibus, suis dnis gratificetur, non magnopere curales, si egeni illi, atque aliorum subditi, compelluntur cum uxoribus ac liberis exilium capeßere, Hinc domus atque bona redduntur deserta, agri manet inculti, toti denique pagi, ac ville, rediguntur in nihilum, Quanta aut inopia miseri Coloni

nūc premūtur, adeò manifestū est, vt probatione nō eget; quandoquidem sup hęc ferrea tempora, quę Deus, ob scelera nr̃a immisit in mundū, paulo ante grauißima bella, iaiam p sacrā Mtem vr̃a (cui, post Deū, hoc ipsū acceptū ferimus) sopita, inciderunt, quę reuera pauperibus, nō solū fuerunt onerosa, verū adeò attenuati sunt ex illis, vt ne multorū quidem annorū vbertate, ea damna resarciri poßint, q̃d palā est, cū dn̄s suis iustum pensū soluere nequeunt. Quare cōfidimus Rm̄ū dn̄m Epūm, cū suis Officialibus facile moueri, vt cū egenis et inopibus pacientiā habeat, et exerceat misericordiā, non secus, atq; Chr̃us nobiscum, versantes ob oculos, presentiū temporū calamitatem, Donec, et quousq; Deus optimus maximus, placidiora, et magis frugifera, de sua benignitate fuerit largitus.

Nec sumus nobis conscii Sacratissime Rex, q, de Burgrabio, Mtis vr̃e, qui Regaliū Juditiorū administrandi tenet facultatem, aliquid, quod vel animū Mtis vr̃e posset offendere, aut pristinę nō responderet consuetudini, constitutum, aut sancitū sit, sed studebimus per omnia, in hoc casu, nr̃orū Priuilegiorū sequi tenorem, Et eā ob rem, nūc flexis poplitibus, studiosius rogans, sacra Mtas vr̃a, vnū ex illis octo, qui in Sceda descripti sunt, eo munere, pro huius anni spatio, decorare, Quod si forte iam dudū antea, quic q; de Burgrabio, per alios statutū, sancitumue fuerit, ipsi qui harū Legum anthores sunt, viderint, non ccedimus id nr̃a referre.

Quis nō ferret indigne Sacratißime Rex eam fabulā

qua nra Zoili comimiscentur, de ignominia Reueren in Chro patri, et dno, dno Joanni Archiepo Gnesnen, legato nato, huiusqz inclyti Regni Polonie Primati, irrogata, Que profecto ingredientem Regiam Vrbem, Magratus, et Ciues, Comitiua Centum, et amplius equorum, honorifice exceperunt, et ad fores sui hospicii pduxerunt, debito quoqz ac digno honore sua RX D. perpetuo tempore, quo in Ciuitate versabatur, tanqz primum à consilio Regio prosequentes, neqz minori celebritate in suo egreßu comitatus, Que omnia pro gratioso affectu sua R. D. suscepit, nullius vnqz illate ignominie memor, licet quottidie, vnus aut alter Consulum sue R. D. colloquentur, nec scire possumus, qua specie, quone modo facta sit, cum nec qspiam è sua familia, de hac re, nutu fecerit mentione, Itaqz credimus apud vram Sacratissimam Mtem, et erga suam R. D. innocenciam nram plus valere, qz obtrectantium inique spicule, Eamqz ob rem, cunctos aduersantes, iusto inditio repellere.

Quod aut attinet ad causam Rmi dni Cuiauien, cuius profecto in hoc vicem dolemus, q preter spem, tam inopinatg casus, sue R. P. acciderit, sed reuera nô nobis, aut Ciuibg nris, sed magis susorronibg illis, quibus semp inuida mens est, expensum ferendum arbitramur, qui suam R. P. multis varysqz technis eo pduxerunt, vt multis persuasionibus Magratus posthabitis, non est passus sibi psuadere, q reliquorum, et certe maiorum (: quod debita prefatione honoris dictum volumus.) Consiliariorum aductum, non expectauit, Quinimo petitus et hortatus, à suo coepto duelli nô potuit, qznis eundem Sacrificum, qui in Carcerem erat detrusus, ipse Magratus,

promitteret sue R. D. sistere velle, nec tamē impetrari potuit,
sententiē mutatio, Demū promiscua Plebs, eundem vinctū
eripere tentans, quis erat, qui potuit prohibere? Invaluit enī
rumor, q̄ multos alios Cives sua Ptas R. destinasset mittē
in carcerem, Attamen, non obmissū est, quantū nobis cō-
stat, cū per oratores, tum per varias lrās, suā R. P. ad pri-
stinā gratiā revocare, et eius animū mitigare, Itaq3 uni-
versa Cōitas Gedanen̄, Sacratēmā Mtem vrām petit hu-
militer, sibi nō imputari, quod aliorū errore admissū est.

Ex quibus vero causis pleriq3 Cives, qui diviciis ac opib3 pol-
lent, inanem quendam timorem sibi conceperint, quasi in
Civitate, secure vitam agere, non liceret, nec coniectura
Serme Rex, subditi vrē Mtis aßequi possunt, tantū abest,
ut solido fundamento quisq3 nixus, rem tam foedā evulga-
ret, Quod facile quilibet mortaliū deprehendet, si praeteri-
torū memor, universorum Civium benevolentiā, in suos
persequutores, dignis argumētis expendet. Siquidem cū in
ardore, tam periculosi tumultus, universa Plebs, illis qui
sibi male volebant, et tum erant in eorū manu pepercit,
et ab omni vindicta se temperavit, qui fieri potest, ut iam
cū in Deo, et per Deū in mutua benevolentiā itū est, iam
tale quicpiā in animū suū inducerent, quo bonis Civibus no-
cerent, Absit ut quispiā talia cogitet, tantū abest, ut factis
impleatur, Qua de re Serma vrā Mtas, facile ꝑ coniecturā
etiā certissimā assequi potest, q̄ has, et similes technas aemu-
li mei, et caetera improrū turba, quē semꝑ pavida est, et fugit
nemine ꝑsequēte, dolosis cōsiliis excogitant, cum nullo modo
sui dicti verā rōēm afferre possint, Imo manifeste domi post

tumultu per Plebem, res bene gesta, eos in faciem coarguit, et rubore pfundit. nempe, cu ad diem Martis post Dnicam, quę Indiuiduę Trinitati solet sacer haberi, vniuersa Communitas to, cius Ciuitatis Gedanen, in maiori templo fuit congregata, omnia, quę tum agenda erant, concordibus animis atq3 votis, pacifice, quiete, et amice tractata sunt et conclusa, ita vt omnium vna mens, idem animus, idemq3 sensus fuit,

Ad amputandam aut et extirpanda quamcumq3 sinistra opinionem, iteru atq3 iteru in diuersis Contionibus è suggestu, vniuersis denunciatu est, vt quilibet omnē timorē deponeret. nihilq3 formidaret, na Magistratus, omnes probos ac honestos, tueri vellet, et quoscumq3 impios immorigeros, et pacis publicę turbatores, dignis poenis afficere, Q si forte in tam populosa Ciuitate, vbi hoies varii gnis diuersaru linguaru, variorum studioru (: na hic artificiu aliquod callet, hic opas nauticas exercet, hic à multis annis crudelem et sanguinarium sequutus est Martem, inueniutur.) qui nonunq3 linguę habenis laxatis, nō semper, quę cōmodu adferut, aut sale cōdita sunt, loquutur, Id neminem certe terrere debet: Cu per eos nō stat, neq3 in eoru ptate est, publica violare pacem, na maior pars inhabitantiu et Ciuiu, tanq3 veri Christiani pacem diligunt, et suos fratres beneuolentia amplectentur, imo viribus omnibq iniuria repellent, iuxta legu seueritatem, Et vt finis medio ac pricipio respondeat, nihil vnq3 tentabut Sacrę Mtis vrę subditi, nisi quod perspexerint pertinere ad laudem summi maxiq3 Dei, gloria, ac fidilissima subiectione sacrę Mtis vrę, ac deniq3 ad cōmunem Reipcę vtilitatem paranda, nec inuita faciet,

que Dei virtute ac gratia firmata sunt, persistent denique in predictis fundamentis usque ad sanguinem. Si vero quispiam verbo aut facto, per temeritatem, ea infringere conaretur, non sperant Sacre Maiestatis vestre subditi, ut sacra Maiestas vestra eundem a legum severitate vindicabit.

De rebus, que ad religionem spectant, Sacratissime Rex, nunc hic dicere ordo postulat. Sed quoniam eiuscemodi res, et negotia humanum exuperant sensum, ne sicut plus aut minus, quam rerum tante molis, dignitas exigit, dicatur, neue multis longioribusque verbis, pientissimas vestre Maiestatis aures obtundamus, cum adhuc multa sint dicenda, ad que festinat oratio, facturos nos operepretium sumus arbitrati, si in tenuem papyrum, tanta mysteria formulis literarum delinearemus, et Sacratissime Maiestati vestre, digna debitaque veneratione, ad legendum porrigeremus, Id, quod et nunc cum summa humilitate prestamus.

Secunda Classis Legationis Gdanensium.

Excruciat mirw in modw Sme̅ Rex, animos subditorw vre̅ Mtis, pertinax temeritas vicinorw suorū Thoronii habitātiū, qui obsoleta, et iam div, tempore fraterne̅ Mtis, foelicis meō: rie̅ dni Alexandri, diffinitā et decisam causam, cev ex specu Throphony, in lucem revocare videntur, et suw empo: riu in perniciem, damnu, et iacturā, nedum Civitatis Ge: danē, verw tocius Regni, et aliorw Dominiorw, ac Prelato: rw, Palatinorw, Baronw, ac Procerw eiusdem, per summā au: daciā, cunctis reclamātibus, mordicus tenere, non attendē, vetustißimia foedera, ac pacem perpetuā, nō Iura, Privilegia, ac inviolabiliter conservatas Consuetudines, que̅ in talibȝ humanis actionibus, magni ponderis sunt, quibus libertas illa omniu rerw destituendi, sat firmata est, Quis tādez pauperu ac inopu, damna pensabit, qui pro ementiu vo: luntate, ligna, picem, et alia id genus, istic vendere co: guntur. Ante aliquot annos, dum post mortem Plocēsis Presulis, cu quo aliquando Rome̅ Iure certabant, primu hanc suā ꝑtinaciā tentaßent, atqȝ adeo firmiter omnia occluderent, vt ne gallw vnw gallinacew demitterent, visum est illis, qui tūc Reipce̅ preerant, vt familiari q̊dā collogquio cu Thoronē, in publicis Comicijs, privatim, pro bona vicinitate cōservāda, de hoc depositorio sermonē face: rent, Imo, vltra hoc, lr̄is saepe, saepiusqȝ admoniti, ne

hanc rem, in perniciem boni publici, tanta temeritate, fa:
cerent. Daturos se omne operã ac studiũ, vt saniori quodã
cõsilio, Reipcæ eorũ succurrj posset. Sed talia atq3 multa,
quæ cũ eis, pro bono publico, acta sunt, plane sunt cõtẽpta,
neq3 studuerunt Sacræ Mtis vræ mandatis parere, quibus
sæpe cõmissũ est, ne ista libera deffinitionẽ impedirent.
Quare Sacratissã vrã Mtem, humili mente petimus, dignetur
in hoc casu, bono publico totius Regni, gratiose consulere,
et suos fideles subditos, in pristina libertate clementissĩe cõ:
seruare, sententiã, maturo consilio, à deputatis Cõmissa:
rijs latã, et per suam Mtem confirmatã, in debitã exe:
cutionem demandare, vt hac lite tandem composita, qui:
libet sua libertate frui possit, et gaudere.

Orta est quædam controuersia, inter Rmũ dñm Presulem
Varmienũ, et Ciuitatem Gedanen, occasione bonorũ Ciuitatis
Gedanenũ, Pro qua causa, sua R. D. ignorantibus nob certos
Cõmissarios, pro suo beneplacito, à Sacra Mte vra impe:
trauit, Die à Commissariis dicta, dum et nos p hono:
re Sacræ Mtis vræ, corã eorũ Tribunali cõparuissẽs, pro
mea parte petitũ est, vt dñi Cõmissarij huius causæ, bonã
rationem habere vellent, attento, q lis esset de bonis hæredi:
tariis totius Ciuitatis, quæ non nummis tantũ, sed sanguĩe
Ciuiũ, in præteritis grauissimis antiquis bellis, essent ex
Regia beneuolentia obtenta, dignaretureq3 admittere, vt
nobis quoq3 à Sacra Mte vra, Commissarios impetrare
liceret, qui cũ eorũ Dbus, rem oculis primũ cõtuerentur,
visis, iuxta antiqua Priuilegia, et Indulta vtriusq3 partis,
limitibus, tandem quod iustum et æquũ esset decernen.

Qua postulationem, cu iustam, tum æqua, tum demiqz Iure fundatam, ab ipsis Comissariis, Nuctii nri, minime impetrare potuerut, quamuis si annuissent, neutra pareius, quicqd damni sensißet. sed precoci quoda Iuditio, ad sniam diffinitiua proceßerunt, haud citra grauamen, et minime ferendam iniuria, uniuerse Ciuitatis Gedanen, A qua eoru sententia Nuctii Ciuitatis, unico oppressoru remedio se releuarunt, appellan, sst, ad Serma Mtem vram. Cui qdem Appellationi, vt par erat, dicti Comißarii honorifice detulerunt, dantes nobis Aplos reuerētiales. Nos igr volētes nram prosequi applonem, sacre Mti vre humiliter supplicamus, dignetur et nobis certos Comissarios, pro tempore nominandos designare, qui simul cu illis, quibus antea hoc munus, à Sacra vra R. Mte, delegatu est, bona memorata, de quibus est questio, diligenter, presertim, quo ad vetustiores limites, ac reliqua reru earūdem qualitate, lustrent, et reuideant, et demu iuxta Priuilegioru, ac donationu priscaru, vim, et tenorem, diffiniant.

Magna ac graui admodu iniuria Serme Rex premitur, subditi Mtis vre, à nonullis vicinis Principibus, Idqz eciā cu derogatione Iurisdictionis Mtis vre. Primu qdem Illus Princeps, ac dns dns Joachimus Marchio Brandenburgen, Sacri Romani Imperii Elector, et Archicamerarius, Ciuitatem Gedanen, pro alieno debito, quod in præterito Prutenico bello, Dux Prußie, tunc Mgr gnalis, apud quendam Anthoniu Vinß, euisqz familia cōtraxit, et post defectionem Braunßbergeu, illis ipsis soluēdu iniunxerat,

Dictus aut Anthonius, in Ciuitate Gedanen, sup eorum bona, Jure arestum posuit, vbi tandem res in contentione partium peruenit, ipsi Braunßbergen, mutandi, seu declinadi fori causa, ad suum competentem Judicem se prouocarut, Qua quidem prouocatione, haud phas erat (. vetusta consuetudine, et Statuto terrarum Prussie id disponete .) denegare, Inde motus est dictus Anthonius, cora suo Principe nos accusare, tanqz eos, qui sibi iusticia denegassent, et eo pduxit eius animum, vt Ciues et mercatores nros, victus paradi gratia, Lipsia in Nundinis publicis frequentan, no quide eundo, sed redeundo, cum bonis, rebus, ac corporibq detinuit. nec ante liberos dimisit, qz corporali Juramento prestito, sponsionem faceret, vt sub certo termino, suo subdito, sesquimille florem Renen, deponeretur, aut illi detenti se in suis personis in Berlinum, pro certo tunc prefixo termino sisterent, Nostri Ciues hoc grauiter ferētes, iure Braunßbergen, ad cosulēdu eorum indemnitati, in causa ad eos penitus no pertinente, coegerunt, Qua tandem causa vix sopita, sua Illtas simili modo, cuida Jano Reich, qui amplum olim vxoris Patrionium, ex Ciuitate Gedanem accepit, licet aere alieno grauissimie pressus, tales repressalias cocessit, et Serme vre Mtis subditos Ciues Gedanen, in reditu ex Lipsio, cum bonis, tam Francophordii, qz Berlini detinuit, Ipsis tadem dimissis, bona eorum in hunc vsqz diem, sub arresto tenet.

Nec potuit saciari sue Illtis animus, qp subditi Mtis vre, et quorum intererat, se multis modis obtulerunt, in hac causa, si qua iniuria suus subditus esset passus, Mtis vre, atqz Ordinariorum Judicum, cognitionem minime subterfugere, sed nihil profecerut, imo magis, ac magis lacessitus, pter

omne Juris, et aequitatis ordine, Judicem Francophordianum et Berlinen coegit, vt subditos Mtis vrae, in dicta loca, per realem citatione, ad sua Tribunalia, certe aliena, p festo Decollationis sancti Joannis, et feria tertia proxima sequente, euocare no erubescerent, quod certe sine contemptu Mtis vrae fieri minime potuit. Qualem etiam sententiam subditi Mtis vrae istic sint reportaturi, facile vra Mtas expedet. licet istic no comparebunt ad contestandam litem, sed duntaxat Procurem mittent, qui exceptiones fori declinatorias proponet, Tamen verisimile est, q dicti Judices, no minus contra absentes, qz pntes, sniam dicent et promulgabunt, Quamobrem rogamus Sacram Mtem vram, vt illa dignetur fideles suos subditos, contra dicti Illris Principis saeuitiam, tueri, Cui etiam in preterito bello Prutenico, malus conatus in vram Mtem, et suas terras no defuit. Id aut, nro Judicio, comode fiet, (salua saniori sententia Mtis vrae) si Serma Mtas vra, Regia sua authoritate, pares vires rependerit, indulseritqz fidelissimis suis subditis, patentibus lris, vt vbiqz in terris, ac amplissimis Dominijs vrae Mtis, subditi dicti Principis, simili onere premantur, eos tam in bonis, qz in suis corporibus detinendo, donec et quousqz ex integro subditi Mtis vrae omnium suorum damnorum, plenam obtinuerint solutionem. Si enim Principi, in alienos subditos, vltra dignas exhibitiones factas, hec licent; quanto magis Sermae Mti vrae hoc Jure competit, Cuius authoritas in hoc labefactatur, et cotemnitur.

Nec mediocrem iacturam subditis Mtis vrae, videntur

facere Illustriss. Duces Pomeranie, Siquidem et illi vetu-
stissimam, et iam dudum antiquatam causam captivorum, denuo
renovant, quam vestra Maiestas sæpe ad satietatem usque au-
divit, multis denique laboribus per suos Oratores, apud olim
Illustrem Boguslaum, dum inter vivos numeraretur, egit, Pro
qua benevolentia Maiestatis vestræ, summas gratias, nullo ævo
intermorituras, agimus. Licet in hunc usque diem isti mille
et quadringenti floreni Renen. in puro auro, et iusto pon-
dere detinentur, Illo non attento, neque aliis gravaminibus
pensatis, quod videlicet durissimis olim carceribus, Cives, qui dam-
num patiuntur, erant occlusi, sine omni noxa, nunc tandem,
eos vigore sponsionis facte, in pristinam obligationem revocat.
Petimus igitur, Sacra Maiestas vestra, oportunis in eam rem literis,
fideles suos consolari dignetur. ut nummis restitutis, amplius
subditos vestre Maiestatis, non molestent, aut quod, causa ista, in
proximam Comitionem Consiliariorum Maiestatis vestre, et suarum
Illustratum, suspendatur, Istic tandem, quando id superioribus
diebus, neque Gedani, neque in Conitio (Choynice) (licet valde à nobis
sollicitatum) factum non sit, super ea re, circa ulteriorem
dilationem, mutua consilia, et tractatus, habitur.

Nolumus etiam, vestram Sacratissimam Maiestatem ignorare, quod ingens
Predonum, ac latronum sevitia, tam in terris Prussie, quam eti-
am in dicto Ducatu, indies magis, ac magis increndescit, ut
vix cuique tutum sit, iter ad Urbes, hincinde, petere, Licet
sue Illustres perditis illis hominibus, sunt infestissimi, nec
cessant magna poenarum severitate, eorum malitiam op-
primere, tamen in finibus hincinde delitescunt, et

damno facto, alio migrat, illicque ad tempus se continent, donec occasione accepta, aut in terris vrē Mtis, aut in dicto Ducatu homines spoliant, Et si in recenti facto insectantur, cum primum limites attingunt, sunt securi: quoniam fas nos est fines transgredi, et anteaque officialium aßistentia imploratur, in latebras suas confugiunt. Fitque hoc modo, vt eorum scelera maneant impunita. Inde latrones isti perditißimi, sumpta maiori audentia, magis ac magis ad maiora flagitia perpetranda, inflammantur. Huic tam ingenti, ac crudeli malo, quod mirum in modum affligit Rempcam, obuiam ire, per salubria consilia, subditis vrē Sacrē Mtis videtur, si sacra vra Mtas, hortaretur, moneretque, dictos Illres Principes, quatinus subditis Mtis vrē, citra offensionem suarum Illtatum, liceret hmoi latrones, in eorum Dominijs, etiam si iam limites dicti Ducatus essent transgreßi, persequi, et comprehensos in proximum Judicium puniendos, pro facti qualitate offerre, Rursus hoc ipsum, subditis eorum licere in Dominijs vrē Mtis. Vbi hec eßet emulgata, haud parum tam impudentes frontes concuterentur, nec auderent in Viatores, facile suam tyrannidem exercere,

Quia vero Ciuitas Gedanen, inter omnes alias, maxime hoc malum sentit, summa deuotione flagitant, vt Sacratissima vra Mtas, dignetur illis gratiose indulgere, vt tales latrones libere, in Dominijs vrē Mtis persequi et comprehendere possint, quatinus tandem extirpati, securitas viarum publicarum vbique habeatur.

Sunt etiam istis diebus duo Monasteria, videlicet,

Carthusianorum, et oliuen., in Ditionem Mtis vrę recepta, Quod subditis Mtis vrę summe placet, Petunt tamen, vt vra Mtas sacra, illis, qui curam eorum gerunt, ita rebus prouideant, ne subditis Mtis vrę, aut mercatoribus, caeterisqꝫ peregre victum quaerentibus, damnum aliquod ex eisdem inferatur:

Opus habent in causa quadam, quę vertitur inter Lubicen et Ciuitatem Gedanen, lřis promotiçijs Mtis vrę, ad Illustrissimum Danię Regem, et item ad illius Regni dignissimos Consiliarios, Quoniam pręfati Lubicen, nedum Ciuitati Gedanen, verum omnibus Ciuitatibus Prussię, vigens spacium terrę, pro vsu saliendorum allecum in Scandia, per olim Regem Voldemirum, datum et concessum, adimere, et abstrahere volunt, quod multis annis in nostro vsu habuimus. Sacra itaqꝫ vra Mtas, iustitię nostrę benigne fauere dignetur, et quantum expedire videbitur, suis commendaticiis gratiose iuuabit.

Tercia Classis Legationis Gedanen.

Quantis malis, quantis incomodis, quantis denique inextricabilibus, difficultatibus, causa illa senticosa Verberiana, que ab aliquot iam annis, coram Sacre Maiestatis vestre Tribunali, in lite volvitur, Ciuitatem Gedanen, et eius Incolas afficit, nemo est, qui ignorat, que etiam sicuti foedum et abominandum sumpsit initium, ita eciam perduxit, ac grauissimum sortita est exitum. Nam in initio Senatores tunc existentes, hanc in Verberium tulerunt sententiam, videlicet, quod ipse sui honoris immemor, tanquam profugus Patrii soli, aufugisset, et iam de facto, iuxta Statuta ac Plebiscita Ciuitatis, esset condemnatus. eamque ob rem, in causam illam Verberianam, nullas, ex publico Aerario, fieri impensas, neque in futurum, equum visum, eam ob rem sella onerare, quoniam ingratus causam istam ad se sumeret. Quomodo autem huic sponsioni satis factum est, apertus rerum docuit euentus, nam aliquot millia in hanc causam sunt expensa.

Nunc autem in fine, quam grauissimam, et omnium mortalium auribus horrisonam, peperit sententiam, tenor eiusdem plane indicat. cum ne in minima quidem parte, Ciuitas ipsa Regia, releuata sit, sed omnino à vertice, usque ad pedis plantam, damnatione percussa, Quod reuera non aliunde euenisse autumat, Serenissime vestre Maiestatis subditi, quam ex Comissariorum inordinato, nouo, et inconsueto processu, quem in primis Marienburgi, deinde Thorunii, ac demum Stargardii tenuerunt, ita ut nunquam ipsa Ciuitas Regia, testes sibi in causa illa oportunos, producere potuit, sed infinitis modis, per dictos Comissarios grauata, ad suum Ius non peruenit.

Vt cumque hec gesta sunt, attamen subditi Serenissime vestre Maiestatis, maxima cordis sui anxietate, ac sollicitudine, hanc causam ob oculos versant. Imprimis enim eos grauis admodum, et valde dura Maiestatis vestre sententia, vehementer et anxie premit, maxime cum grauissimis poenis sit vallata, vt si contraueniretur, necesse esset Ciuitatem ipsam funditus perire, atque adeo, vt ne aedificium vnum, imo nec nomen eius sub hoc coelo amplius maneret.

Ab altera parte vestre Sacre Maiestatis fidelissimi subditi secum in animo voluunt, immensam, ac nullis sermonibus explicandam inuidiam, qua ipse Verberius sese in vniuersa Plebe onerauit. Cui etiam multis de causis, sicuti in toto cause processu, Serenissima vestra Maiestas, tum scriptis, tum viua voce, satis abundanter et copiose, audiuit, ipse occasionem prestitit, satisque erit inter innumeras hanc vnam renouasse. quod ipse tanquam caput primarium et supremum, Ciuitatis Statuta, Jura, ac plebiscita Vrbis, que ipsemet condidit et acceptauit, violauit, que merito totis viribus, cum assistentia suorum vicinorum, vsque ad sanguinem, ab eo fuissent defendenda, et manutenenda. Et illis violatis, tandem sua sponte, è Ciuitate profectus. Hinc factum est, quod saepe saepiusque Maiestati vestre obsequiose, et humile fuit innotatum, quod vniuersa Communitas nullo modo illius hominis presentiam pati, aut ferre potest. Cuius animi adhuc permanent in hodiernum vsque diem.

Hec vie, sibi ex dyametro repugnantes, aciem visus nostri obnubilant, atque adeò vna aduersus aliam pugnat, vt penè moeror mortalis nos obsedit, quid nam sit faciundum. Nam ab vna parte vrget, ac stringit nos, dura ac grauis sententia vestre Maiestatis, ab altera vero parte impaciens aduersitas personae Ebrehardi, que Ciuibus nullo pacto est ferenda.

Si iam in tam supra modum anxia difficultate, Deus optimus maximus suam benignitatem, et gratiam nobis impartiri vellet, vt possemus Regia via incedere, nec hic aut aut alibi impingeremus, id nobis admodum salutare esset.

Quare humillimis precibus, maximo quo possumus studio obsequentiss, rogamus, vt Sacratiss. vra Mtas, suis fidelibus subditis, eam gratiam exhibere velit, et benignum suum consilium, nobis in hac tam difficili, tam ardua, tamque intricata causa, non denegare, sed gratiose detegere et impartiri, vt in omnibus casibus possemus esse tuti, et aliquando huius rei habere finem, ne in indignatione Sermę Mtis vrę caderemus, neue dictus Verberius sua presentia, Ciuibus domi agentibus, (qui illum ferre non possunt) contrarius esset, et onerosus.

Aut si Mtas vra, consulere suis subditis nollet (quod non speramus) id saltem liceat à Mte vra Serma precibus impetrare, vt vel penes dnos et amicos, aut nobiscum, et inter nos, mutua consilia caperemus, vt tandem ab hac molestia esse possemus alieni, Tantum hoc vno adiecto et obtento, quod rigor sententię Sermę Mtis vrę, tam precipitanter Regiam suam vrbem, non premeret, quandoquidem nobis, et vniuersę vrbi Regię persuasum est, longe melius de Serma Mte vra, inclyto suo Regno, ac alijs Dominijs, tam in vetustiori, quam etiam recentiori bello, in omni fidelitate esse meritos, quam quod ob gratiam vnius hominis, tota Comunitas, in tam grauissimam indignationem, reijci deberet.

Quod si, nec hoc impetratum foret à Mte vra, rogamus summis precibus, quod tota ista causa, in eo statu, sicuti nunc est, citra

iacturam Regie sue Vrbis, suspenderetur, vsqz ad faustissim
vre Mtis aduentum, qui nobis iam antea nunciatus est, in terras
Prussie, Ibidem vra Sacra Mtas, apud nos existens, proprijs
suis luminibus, ac gratiosis auribus, singula audiet, et cohe-
bitur, Nos verò omnes et singuli, à maiore vsqz ad mi-
nimum, qui modo sunt, aut in posterum nascentur, in debita
Sacre Mtis vre, fidelitate et subiectione, cum fortunarum
omnium, ac vite, et corporum expositione, sedulò ac in ppetuu
permanebimus, et potius vitam cum morte commutabimus, qz
quicqz contra hec admittere.

Est et quedam vetusta causa, ac lis, cuidam Tilemanno Herß-
felt, cum sepedicto Verberio qui certe cum Gedani olim habitaret,
Ciuibus suis gratus fuit, Is senioribus nris, apprime per Illrem
Ducem Prussie est comendatus, Cui hanc petitionis schedu-
lum etiam dedit, in qua petit omni deuotione Sacre vre Mti
commendari, Ex qua Sacra vra Mtas, omnium rerum
positionem, planè intelliget, Ipse et nos humili mente poscimus,
Sacra vra Mtas, ex sua authoritate Verberio mandare di-
gnetur, vt Arbitris in terris Prussie, qui rerum ac mercium
supputandarum peritiam haberent, ab vtraqz parte electis,
causam istam tandem, citra Iuris strepitum hactenus seruatum,
terminent, et finiant, ne idem Tilemannus, cum vxore sua
amplius in deflendo exilio detineatur, Confidentes omnino,
sacra vra Mtas, nos dignabitur in hoc casu, gratiose exau-
dire

Accepimus ante paucos dies à Maioribus nris, quomodo Leo-
nardus de Voynaw Iudex terrestris Districtus Derschouien.

temere, et per omnē cōtumeliā, dū domū suā post cōfirmatā sententiā, à qua ipse appellauerat, repeteret, Famatū Philippū Bisschoff, in itinere, et in Ciuitate Gedanen, palā in sue fame diminutionem traduxit, asserens eum trina vice, corā Sacra Mte vrā Sacrosanctū Euangeliū abiurasse, et q̄ id esset professus, non sponte sed metu esse factum. Insuper anteq̄ idem Philippus domū rediret, dictus Voynowski, in antiquiori Opido, Scabinos Judicij, suis vafricijs circumvenire voluit, petens ab eis certū testimoniū, sup bona Mutterstrent, eciā post latam sententiā Mtis vestre. Asserens Sacrā Mtem vrām hic Cracouie prefatū Philippū Bisschoff, sub stipulatione detinere, donec ipse cū tali testimōio, se vre Mti sisteret. Que reuera indigne fert, idem Philipp9, Et eā ob rem petit, Sacra vra Mtas suis Serenioribus mādatis, hominis impudentiā coherere, ne sua loquacitate eid̄ Philippo noceat, aut apud quecumq̄ sibi detrahat.

Non possumus etiā Serme Rex, sine ingenti animi moerore, corā Serma vra Mte referre, que nobis istis diebus, hic in hac Regia, acciderunt, Mallemus profecto potius silere, et salutarem labris digitū, si liceret, admonere. sed ne nros humeros tantis oneremus periculis, tū apud Sacrā Mtem vrām, tum apud Cives et fratres nros domi agentes, vrget nos necessitas, id quod palā gestum est, in propatulo etiā referre. Nos qui maioribus statibus, debitū semp honorem impendere, studuimus, in animū induxeramus, sub absentia Serme Mtis vestre, dū illa ob infinitas curas, animi laxandi causa, in venatione abierat, Rmū dnm Antistitem Cuiauiensem,

salutandum, vt si quid acerbius sua Ptas de nobis agitaret, nos audita mente sua, studeremus animum suum, vel bonis informationibus humiliter edocere, aut verbis mollibus et mitioribus precibus, iram et indignationem eius frangere. Posteaquam suam Ptem salutassemus, coepit multa de rebus nostris in medium adducere, excusans se quod nobis nunc adesse non posset, et inferens, vos me habetis hostem, quibus verbis permoti, modico seruato colloquio, leniter et cum summa humilitate respondimus, volentes à tanta acerbitate, animum sue Rme D. auocare, sed dum non proficimus, conclusimus breuiter, rem in presentia Ptis sue, et aliorum adstantium. Quia aliter fieri non potest, comendamus causam nram Deo optimo maximo, et Sacre Mti Regie, clementissimo Domino nro, et sic discessimus.

Rogamus itaque Sacram Mtem vram, vt nobis, qui hic sumus, gratiose consulat, ne moles ista, in nostris humeris conquiescat, neue eos, qui domi sunt, contra nos irritemus, si R. D. sua, aliquid dneius in Ciuitatem Regiam molireture, Aut si fieret, ipsa Ciuitas Gedanen suas etiam tueri partes, auxilio Mtis vre cogeretur. Non enim aequum censeo, ab illis expectare hostilitatem, et inimicitias, qui merito aduersus hostes, nos tueri deberent, Quicquid aut vra Sacra Mtas consuluerit, hocipsum humiliter suscipientes, alijs, qui nos miserunt, suo tempore fideliter referemus.

Ratio Doctrinae ministrorum Ecclesiae Gdanen. et expurgatio de criminibus obiectis, ad Serenissimum Principem Do. Sigismundum primum Regē Polo.e

Agimus Deo optimo maximo gratias immortaleis, nobis apud tuā Celsitudinem Serme et Augustissime Rex, causā de sacris dicēdam esse, quo nullus Principū, absit inuidia dicto, omnibus egregiis virtutibus, et Regiis dotibus, splendidiq ornatus est, aut magnificentius expolitus, Quem enī ex omni saeculorū memoria in Regū Cathalogis Principem, aut heroa habemus? tam eximia naturae foelicitate? tā praeclaris ingenii dotibus? tam deniq3 admirabili omniū rerum prudentia praeditū? quem, cū tua clarissime heros prudētia, ulla ex parte possimus conferre? qua in rebus discuciendis nihil exactius est neq3 foelicius neq3 perfectius. Insigni Iusticia et summa aequitate innumeros fuiße claros comperius: quorū tamen, si eos ad tuarū virtutū gloriā et splendorem exigamus, et nominis decus et aequitatis laudem videmus obscurari nō aliter, q3 si cerei lucē, ad solis splendorem adhibeaus, Quid aūt dicaūs de pulcherrimo tuo erga Rempublicā Christianā studio, et singulari sacrarū rerū peritia? cum illud orbis terrarū testioio abunde praedicetur? qui tuā vigilantiā et fortitudinem, in tuendis Christiani populi finibus, ab incursiōe foedißie

gentis. et spectat et miratur, et hanc magni et excellentis viri, nunquam satis suspicere aut celebrare potuerint, Hys tuis virtutibus Illme Princeps freti, apud tua Regia Mtez, que ad pulcherrimum Imperium administrandum, pulcherrimas virtutes diuinitus adepta est, non solum mee doctrine ronez reddere non formidamus; sed maxime gaudemus, quia si nihil sceleris in nos admisimus, gratiam non poenam apud talem Principem inueniemus, Sin admisimus, quod non speramus, salutarem et puram e sacris lris doctrinam, errore meo amoto, reportabimus. Verum illud nobis summe dolet, quod à magnis et arduis Regni negociis, tuam Sacratissime Rex curam, ad hanc actionem auocare cogimur, quod tamen non mea culpa, sed eorum factum est, qui nos apud Regiam tuam Celsitudinem detulerunt magna ex parte falso, vel quod ita per rumorem acceperunt, qui semper verum multum affingit, vel quod nullam sacrorum cognitionem habuerunt; qui vt promptissimi, ita et ineptissimi ad iudicandum sunt, vel quod, vt multi sunt in maximis Regiis Maleuoli, hanc tuam Ciuitatem, apud te in inuidiam vocare voluerunt, quod audatius multo quam prudentius ab illis factum videmus. An ignorant boni isti viri, se tuas opes inuadere, dum hanc vrbem impetunt, que nullius est nisi Sermi Regis, Sed hys omissis, ne longiores simus quam par est, ad ipsam causam accedentes, eamque breuiter et dilucide tractabimus, Quam vt ea benignitate et aequitate Regia Mtas audiat, quam omnes sui subditi experti sunt, maximopere oramus, et ea prudentia et pietate iudicet, qua Deus opt. max. Regium pectus amplissime illustrauit.

PAucis abhinc annis, cum renascentis Euangelij gloria, et miserantis Dei gratia, in apertum e tenebris, cum multorum et gaudio et dolore prodiret, Christianissime Princeps, incredibile dictu, quanta celeritate, per magnam Europe partem serperet, quam diuinitus multis illucesceret, quam mirabili consilio Deus, à se dilectos, ad se pertraheret, quam subita vbique rerum multarum mutatio, quam varii denique passim tumultus, nulla enim prope Ciuitas fuit, in qua non extiterit turba, etsi in alia lenior, in alia atrocior, quam videmus non solum hoc nostro infoelici sæculo, sed etiam olim fere primam Euagelii predicationem comitatam esse, cuius hanc crediderimus causam esse, cum Euangelici Preconis officium sit, duo denunciare populo, primum legem, deinde Euangelium, quod ita esse, satis probant, Christus, Matthei v. et Paulus ad Romanos ij. Hic Preco accusat omnes peccati, quod legem non impleuerint, quam vt vt simulet quis, citra carnis renouationem, implere nunquam poterit. et damnat Phariseorum opera, quamlibet in speciem splendida, reliquaque vite genera, que quæstus omittendi causa, à Christi doctrina abhorrent, tum pharisei qui operum iusticia se beatos dicunt, et illi questuosi, inigare, fremere, et tumultuari incoeptat. Illi quod sceleris damnari nolunt, hij quod quiduis malunt, quam rei iacturam facere, Hinc ille turbe exoriuntur, Est et tertium genus hominum, quod, cum Euangelium suaue et amabile nuncium audiat, per veram fidem in Christum peccata remittere, salutem conferre, absque vllo operum beneficio, hi peronatis pedibus in hac sententiam eunt, falsa fidei persuasione foelices, hi fere sunt impuri, scelerati.

impij, palam, malam ducentes vita, qui Euangelica libertate, que Spiritus est, ad carnis libidinem nefarie abutuntur, scadali, Ciuilis et moru disciplinæ, et omniu honestaru actiu secuei, sacra prophanis, et quod dici solet, cælu terræ miscent: qui ceu ventris pecudes, voluptatem sectantur, et mirantur. Hos vel in Cornos relegari, vel in Crucem attolli, ex bono, publico erat, quia suis flagitiis Euangelii candorem aspgunt, cuius nomine immerito gloriantur, et imbecilles ab illo, sua vitæ turpitudine deterrent. Hijs tribus hominu generibus, tumultus vbiqß excitatos, ferimus expensos, et si qd hic ea in re admissu est, illis debetur, quos homies diligeter verbo diuino in via reuocag, qui si admoniti, resipuerit, gaudebimus ouiculas amissas, nobis restitutas. Sin secus, palam impie viuentes, Magistratus secularis fustuario corriget, ne vel istoru exemplo, alii ad simile facinus pelliciantur, neue publica tranquillitas, qua illi perturbare solent, violetur. Et horu flagitiis factu esse nihil dubitans, q nra doctrina, apud te sanctissimu Principe, male audiat, q Sycophantæ ea talem esse apud tua Maiestatem accusarint, que istoru turpissima vita approbet, q secus esse, ia nunc comostrabimus

Purgatio de falsa religione et noua secta et blassemia in deum.

Primu nos Illme Princeps, tanqz nouæ sectæ, et falsæ doctriæ authores, maleuoli accusant, vnde intollerabilis in Deu blasphemia redundet, graue crimen, atrox facinus, et imane

flagitium nobis obiicitur, sed hoc Deus optimus maximus, à nobis miseris mortalibus avertat, nos vitę datorē, ęternę foelicitatis viā, et nrę salutis redemptorem Chrm̄ desereręq;, aliū sectantes, qui cū precipites iremus, illo omisso, à quo nō solū futurę vitę, sed etiā presentis bonę foelicitates de: pendent, quemq; solū vniuersa scriptura, nobis, ceu certā salutis tesserā, vna voce cōmendat, hoc Deus prohibeat, ne quando nos tā detestabili scelere astringamus, neue tam cru: deli crimine hanc miserā nrām vitam inquinemus, et vt tua Sacratissime Rex prudentia, quę singularis et incomparabilis est, queat doctrinā à nobis populo traditā, clare intelligere, et verā de illa sententiā ferre. fontem et caput paulò altius repetētes doctrinę nrę, tuę celsitudini declarabimus.

Nos natura esse filios irę et peccati, populo denuntiamus, qb9 infusa et instillata sit, vis quędam et energia ex primi Pa: rentis lapsu, quę semper prona, atq; inclinata est ad deteriora, et quę ex ipso Adā, in omnē eius posteritatem propagata, et naturę vitio inspirata sit, nō secus q; cancro, prauus inces: sus naturę vi ingenitus est, et q, hęc nrā natura, tā malis artibus imbuta, nullisq; diuinę gratię luce illustrata, se diligat, se amet, se admiretur, suā venetur gloriā, suis cō: modis studeat, et sibi velit esse bene, q, q; hęc vomica, è qua ceu cloaca, omnia scelera fluunt, semper in nobis viuat, ardeat, et restuet, et hanc esse, per quā omnes in Adamo mortui sumus, vt Paulus inquit, et per quā filii irę na: scamur, vt idem author est, hancq; carnem in causa esse cur spiritus Dei non maneat in homine, vt liber Geneseos docet, et huic esse illā Apli vocē, nō scio in carne mea bonū.

hunc q; esse illu stimulu satis constare, que fodientem in nob sentiamus tantisper, du anima in hoc caduco carnis hospitio moratur, et q, hanc sua homo pravitatem, innatamq; vim, que carne semper ad peccandu accendit, no agnosce: ret, nulliusq; sceleris sibi conscius esset, vt est excoecatg, nisi lex adesset, sceptru exactoris, et virtus peccati, que mandat et damnat, hic docemus legem precipere, diliges do: minu Deu tuu, ex toto corde tuo, et in anima, et in tota mete tua, Item, quod vultis vobis vt faciant homines, facitote illis. Carnem aut se se maxime diligere, sui amorem no posse ponere, et cupere sibi ab aliis bene fieri, et no idem aliis prestare. Legem precipere domino fide: du esse, et illu cura mi gerere. carnem vero Deo diffi: dere, et a sua industria pendere, idemq; sentire, quod illi Ezech viij. Non videt dns nos, deseruit dns terra. Nec vllo modo carne posse legem implere vt vt se componat, aut si: mulet, q, lex spualis sit, et affectu, et cor, et hilare animu requirat. Caro aut, sicut Paulus dicit, sua querat, et legi Dei subici nequeat. Quod idem docet Chrus apud Joanne, dicens, nullus facit legem. Sic igitur homini peccatum ostendi per legem, et mortis reu agi sedulo profitemur, et hic adesse Euangeliu letu, et amabile Nunciu, nihil exigens, nihil mandans, omnia codonas, quod homine con: sternatu, et territu, erigat et moneat de suo conatu desistendu, de suis viribus desperandu, ad Christum confugiendu, et confusa conscientia, per fidem ad illu erigenda, illiusq; pmissionibus tenacissime adherẽdu esse, Illu esse semen mulieris, quod caput serpets cotereret

illum esse serpentem à palo suspensum, cuius aspectu, læsi curarentur, Illum esse qui dicat, venite ad me omnes, qui laboratis, Illum esse, qui venerit, no ut iustos, sed peccatores, saluaret, illum denique esse, qui pro nobis, maledictum, peccatum, opprobrium, factus sit, qui pro nobis passus mortuus, et in cruce sublatus sit, qui peccatum, mortem, inferorum Regnum, in triumphum duxerit. His firmissime credendum, exque istius scripturæ, et verbi diuini auditu, nobis per diuinam gratiam, fidem dono dari, quæ animum nostrum, illis promissionibus affigat, illasque imo pectori et menti mandet, hicque veteris Adami, tyrannidem cessare, spiritus Regnum incipere, et hominem, quod contra omnem carnis sensum sit, nouam creaturam fieri, et tum demum vere Chrm diligere, et timere, et sibi displicere, et agnoscere clare, per solam fidem in Christum se seruari, nullo nec operum adiumento, nec meritorum beneficio, Hoc verum esse, populo, scripturis manifestissime probamus. Chrus em, inquit, Fides tua saluam te fecit, Vade in pace, Et Propheta, ex fide viuet iustus, et Paulus iis, qui in christo sunt iam nulla est damnatio, per fidem em inserimur Chro, ceu surculus arbori, Et Genesis. Credidit Abraham Deo, et imputatum est ei ad iustitiam, et id genus innumeris scripturis. syncerè docemus populum, omnes, qui à condito mundo, æternam fœlicitatem adepti sunt, fide in Chrm assequutos esse. Si em iustificatio no esset ex fide, iam de totius diuinæ scripturæ authoritate, actum esse, quandoquidem tota scriptura in Chrm spectat, et desinit, et si nris viribus nobis salutem afferre possemus, tum Christum frustra natum, frustra passum,

frustra in Crucem suspensum esse, et omnem illam scripturam esse fabulam factam. quod semen mulieris cōtereret caput serpentis, et quod Christus pro nostris peccatis, maledictum, peccatum, opprobrium, et propitiatorium factus sit, Item ex operibus legis non iustificabitur omnis caro in conspectu Dei, Item, ecce agnus Dei tollens peccata mundi, Item si ex operibus legis iustitia, frustra igitur Christus passus, absit. postremo, haec est vita aeterna, vt cognoscant te solum Deum, et quem misisti Christum. Fieri autem non posse, vt haec scriptura vana sit, aut mentiatur, quae est aeterna veritas, et coelo et mundo superstes erit, Stare igitur hoc et firmum esse, ceu aheneum murum asserimus, fide sola in Christum, nos seruari, nec hanc fidem esse vanam hominis opinionem, quam quis homuntio naturalis, ex Concione male intellecta, percipiat, sic in animo cogitans, satis tibi nunc est, audisti, credendum esse, credes, et interim nulla vitae mutatio accedet, illum nebulonem esse, et manere docens, sed viuum Dei impetum et impulsum, quo rapiamur, feramur, et diuinitus ducamur, contra carnis iudicium ostendimus. Et sicut caro et infidelitas sit, omnium malorum lerna, aut camerina quaedam, quod sic quoque fides, omnis boni lympidissimus, et semper scaturiens fons sit. quoque vt illa veterum luxum admiratur, sua industria nititur, Deo diffidit, ita haec carnem affligat, sibi diffidat, sibique maxima quaeque à Deo polliceatur. et quod, vt illa peccatorum, et nequitiarum parens sit, ita haec spei, charitatis, in proximum, et omnium bonorum operum mater.

Hanc doctrinam in tua Ciuitate, tuo populo, ornatissime Princeps proponimus, et reliquam Canonicam scripturam,

cui vel minimum addere, aut adimere, nephas scriptura pronunciat. quamq3 Petrus iubet sequi, tanq3 prelucentem nobis in hys tenebris, Hanc illi quadruplatores, suie nouam sectam, suie hæresim vocent, nra nihil referre, in animum nrum induximus, Illud enim nos mirabiliter consolatur, quod apud te talem Principem, causa agenda est, qui non secundum vllius hominis gratiam, sed secundum diuini verbi veritatem, sententiam ferre, honestissimum ducis, Hic iam per Deum immortalem rogamus clarissime heros, vt pro tua pulcherrima in literis prudentia, et pro singulari erga tuos clementia, expendas, nos ne simus noue secte authores, qui Christi doctrinam profitemur, lucernam ad æternam foelicitatem, viam monstrantem. an nri calumniatores potius, Qui cum hanc nouam sectam appellent, que sola, et vera salutis via est, necesse est eos aliam hæresim sequi, que à Christianismo aliena sit, Et ita fit, vt illi in eo crimine hereant, cuius nos insimulant, Nos igitur blasphemie culpa liberamur, et in ipsos transfertur, acciditq3, quod sacrum prouerbium testatur: Impius in foueam cecidit, quam fecerat. Nunc speramus satis perspicuum esse, nos nec false doctrine authores, nec blasphemos esse, quos seuerum Dei Judicium manet, et quibus sic minatur, Qui ceciderit super lapidem hunc, confringetur, super quem vero ceciderit, conteretur, Et quando doctrina, que caput est, bene habet, iam pergemus de reliquis nos expurgare,

Non esse Blasphemiam in diuinum Sacramentū commissam: Et cur e templo sublatum sit?

Accusant, q̄ Sacramentum Christi, indignis modis à nobis tractatū sit, quod nr̄i maleuoli nunq̄ fecissent Christianissīe Princeps, nisi Christi doctrinā, hominū institutioni posteriorē habuissent, et nisi impiū hominū errorē, q̄ sanctū æterni Dei institutū, sequi mallent, nihil curātes diuinā scripturā, quę diligenter cauet, subinde monet, et seuere precipit, nihil nos nec addere, nec adimere Christi doctrinę debere, Hic enim temeritas hominū, ne dicā impietas, nimiū sibi sumpsit, et suę libidini quę semper diuina cōspurcat, nefarie indulsit. Chrūs moriturus, quo perpetua sui erga nos beneficii memoria duraret, et quo illustre, ac sacrosanctū suę beneuolentię erga nos, signū relinqueret, quo nr̄ā fidem cōfirmare, stabilire, et corroborare possemus, nouū Testamentū instituit, vt corpus, quod pro nobis traditū est, sumeremus, et sanguinem qui pro nobis effusus est in remissionē peccatorū, biberemus, in memoriā sui, quo fides nr̄a vegetaretur, et accenderetur, ad conflictūs aduersus Carnem, peccatū, et inferorū portas, certóq; sciremus nos in Chrō victuros esse, Et huc euasit et irrupit immodica humana impietas, et Testamentū Christi violauit, et quod, ne cogitari quidem sine magno scelere potuit, sanguinem nobis intercepit: quo nr̄a peccata abluta sunt, Chrūs inquit. bibite ex hoc omnes, humana impietas

vetat, Ille iubet de quo Deus dixit; Hic filius meus dilectus est, ipsum audite, Illi prohibent de quibus Christus dixit, cavete à fermēto Phariseorum, Quid igr Christianissime Princeps vis nos facere, hominis ne impietatem, an Christi doctrinam sequi? nimirum dices cum Petro Apostolo, oportet Deo magis obedire q̄ȝ hominibus, Illud nos quoqȝ ratum habemus, sub vtraqȝ enim specie sumimus, sicut christus instituit, Quamobrem si factum nostrum damnát, Christi institutum damnant, quod auditu horrendum, et modis omnibus intollerabile est, adeò nihil pudere humanam caecitatem, vt etiam Christi pulcherrimum pro salute nr̄a factum vituperet, sed manet illud seuerum Dei iudicium.

Iam, q'e Ciborius, vt vocat, sustulimus Sacramētum, non cedit in Dei contemptum, sed in eius gloriam, Esaias em̄ clarus testis est, Deum nolle in templis manu factis habitare, et preter Christi institutum esse vel inde satis patet, q, ille inquit, neqȝ in monte hoc, neqȝ in illo patrem adorari, sed in spiritu, et veritate. Satis igr perspicuum est sanctißime heros, in his nos Chr̄i authoritate sequi, non nr̄am stultitiam, quę suas manus continebit, ne quid immutet, aut renouet praeter Christi doctrinā, quam neceßario cogimur sequi vel salutis dispendio negligimus, Si tamē quis contendat, hoc cicius nos fecisse, q̄ȝ per imbecillium charitatem nobis licuerit, illi fatebimur nos fragiles hoīes esse, et haud scimus, an hac parte, nō nihil delictum sit, sed inposterum lenius, et moderatius nos oīa acturos esse pollicemur, quod cum imbecillium salus, tum nr̄um officium postulat.

Nec in Diuam virginem matrem: nec in Sanctos peccatum esse: et expurgatio de Statuis e templo eiectis.

Porro nos deferunt, quod sanctissime et purissime virginis Mariae, et reliquorum diuorum contemptores simus. Quod nunquam facerent, nisi turpissima calumniandi libidine sequi, quam verum, et honestum colere, suauius illis esset, Nos diuam virginem matrem, et reliquos sanctos, amplissimis, et pulcherrimis a deo virtutibus, diuinitus exornatos predicamus; Verum nullo diuorum merito, sed inenarrabili Dei misericordia, hoc factum probamus, Propheta enim inquit, omnis homo mendax. et Paulus, omnes conclusit sub peccato, vt omnium misereretur, Item, non est volentis, neque currentis, sed miserantis Dei, Item, Jacob dilexi, Esau odio habui etc. Laudamus igitur Dei munera in sanctis, que nobis, ceu documenta, siue exempla, ob oculos posita sunt, admirabilis et immense Dei misericordie, erga genus humanum, illumque liberalem et benignum parentem esse, ad quem solum confugiendum sit, testamur. Sed hic incredulitatem, veram omnis mali radicem fingere Christum, ceu tyrannum, eiusque diuos, ceu tyranni Aulicos, censet igitur Aulicos sibi muneribus esse corrumpendos, per quos sibi ad Dominum aditus sit, Hanc impietatem sacri Doctorculi hactenus non extirpant, quod illorum partium erat, sed corroborarunt, nec temere, Vberrimus enim inde questus ijs fuit, quandoquidem nemo pene hominum fuit, qui non diuum tutelarem in coelo haberet.

quę certis diebus, certis officijs, sibi demererentur, Et tanta fere fuit peculiaris Numinis cura, vt prope veri Dei cultus, prorsus omitteretur, Et si clienti paulo amplior res domi erat, tanto Patronus foelicior, aut eum sumptuose instructus in templo fulgebat, aut domi molliter vestitus astabat, Est ne hęc notabilis impietas, ex sanctis facere idola? et scelus horrendum, ex Christo Tyrannum? quod illos facere luce clarius est, qui Patronum apud Christum sibi parant, De quo Propheta inquit, Ille scelera et languores nostros portabit, et Joannes. Si quis sitit, veniat ad me, Item, ad me venientem non eijciam foras, Item, petite et dabitur vobis, Postremo Paulus. Vnus Conciliator Dei et hominum, homo Christus Jesus, qui dedit semetipsum precium redemptionis pro omnibus, Quare recte asserimus, diuos non adorandos esse, vel quod ipsi gloriam, quę Deo debetur, vt viui fugerunt, ita et mortui non agnoscant, Vel quod scriptura precipiat, non habebis Deos alienos, Item Adorabis dominum Deum tuum, et illi soli seruies. Quamobrem nos non male meremur de Diuis, qui Christi dona in illis miramur, sed illi, qui ex illis idola faciunt, quod et ipsi sancti execrantur, qui solius Dei gloriam celebrari, et predicari volunt, et Deus nullo modo ferre potest, quia, vt scriptura inquit, Zelotes est.

Ex hijs satis superque satis perspicuum est Sanctissime Princeps, quid de statuis sanctorum censendum sit, quas è templis sublatas esse, delatores nostri sine fine vociferantur, Quod non mirum est. Ipsi enim saxei et trunci,

saxis et truncis delectantur, et gaudent, nihil animaduer-tentes, quantæ impietatis, simplici populo causa sint, qui illis diuinum honorẽ habent, quod ne fieret, Deus prohi-buit, ne quis sibi sculptile faceret, Et Prophetæ aliquã-do idola, quibus diuinus cultus habebatur, confringe-bant, adeò illa non ferenda putabant. Verum cum nos sciamus, Deum, Cordium Iudicẽ esse, asserimus diuini verbi virtute, ex animis hominum auellenda esse, et deinde, nullo manus admouente, paulatim collapsura. Quamobrem nõ probamus hoc hominum genus, quod nrõ tempore tumultuatur, in subuertendis statuis, partim, quod imbecilles quosdam mire offendat, partim quod plus tur-bæ, quam bonæ frugis in se habeat, et quod hic ex vno, aut altero templo, Idola elata sunt, temere magis quam consul-to factum est, Nam quidam impuri, et titulo tantum Chri-stiani, quos Dyabolus semper instigat, ad trahurendam Euangelii gloriam, clanculum è templis, statuas sustulere. Hoc vbi illi resciuerunt, quorum sumptu factæ, et quorum cura in templum deportatæ erant, ex vno templo, aut altero, communi magis consensu, quam consilio, statuas extulerunt, quæ res nõ tam valde noxia est, quam no-bis vehemẽter displicet, Quare in posterum diligenter cauebimus, ne quid tale accidat; quandoquidem illa curanda sunt, quæ ad Ecclesiæ ædificationẽ conducunt, cauenda vero, quæ vel minime nocent.

Monachos non esse eiectos: et cur aurum et Argentum e Templis collectum sit:

Monachos conqueri, se hinc expulsos, falsum esse, ipsa res indicabit; Et si illorum pertinatia et impietas hoc ipsum merebatur. Cum ergo illorum vite Institutione, à Christo alienam esse videremus, quod hic precipiat, In sudore vultus tui, vesceris pane tuo, et illi in ocio, non suo, sed alieno vescantur, et fatua, et ridicula precepta, à se se comenta superstitiose colant, e quibus sibi sempiternam foelicitatem polliceantur, Cum Deus apud Esaiam dicat, Item Euangelistam Matt. Se frustra coli mandatis hominum, et Paulus. Gratis per fidem seruati estis, Et cum etiam vitam, contra proximi charitatem institutam, et doctrinam nec puram nec piam, oculis palam cerneremus, quia sibi non proximis viuunt, cum scriptura dicat, quod non nobis, sed proximis viuendum sit, et doctrina ad suum vite genus corroborandum comparata, et non ad Euangelii gloriam omni creaturę predicandam composita; egimus cum illis, quod Christiana charitas postulat, vt sue vite institutum, à Christianismo non esse alienum probarent. Quod vt facerent, nec Senatus authoritate compelli, nec sui ordinis amore, aut religionis pietate, adduci potuerunt, Ad hec non satis illis erat, quod aliorum bene parta, ceu fuci male dilapidarent, sed etiam seditiosis clamoribus, omnia perturbabant, et falsa doctrina, multos illaqueabant. Quamobrem omnes

in vnu Cænobiu conclusi sunt, ne malu dare possent, Ciuili Reip: Statui, aut Christianismo, ibiqz ne qua re egerent, Ciuitas, pro christiane charitatis officio, sedulo curatura erat, At monachi vbi sua existimationem amissa, sanctitatis opinionem perijsse, splendidam hypocrisim detecta, et questus faciundi occasione, sublatu esse, viderunt, vt est superbu et impaciens hominu genus, alio migrare placuit, vbi questus vberior, et vetus sue hypocrisi honore esset. et ita sua sponte dilapsi sunt, non à Ciuitate expulsi. Nouimus em Christu precipere, vt sinamus inter triticu zizaniam crescere, et propterea primis comuni, et Senatus et populi consilio, è templis aurea, et argentea vasa, collecta sunt, et apud Senatu deposita; ne fugitiui illi, aliquid caru reru, conuasaret, quas à Ciuitate expilauerant, cu quibus se in pedes coniycerent, et diligenter prospectu est, ne hac vasa distrahantur, sed asseruentur in vsu pauperum, et in presidiu tue Ciuitatis, atqz Regie mtis,

De Cerimoniis in eccª: et ordine quem sublatum falso accusant.

Nihil tam bene dici, aut doceri potest, quod male narrando, et astute calumniando, deprauari non queat, quamobrem, si hanc legem recipins, vt cuiuis liberum sit

canillari, magnam fenestram aperiemus improborum nequitiae. et reliquum est, vt omnes boni à praeclaris et honestis conatibus desistant, quos maligni virulenta lingua semper insectantur. Siquidem horum sceleri, quam illorum virtuti, maior honos habetur. Nos docemus Christianos, qui per fidem Christo implantati sunt, omnes esse Sacerdotes, omnes esse Reges, omnes esse liberos, quantum ad spiritum attinet, sicut Petrus inquit. Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, etc. et Paulus ad Galath. v. In Christo Jesu, non est Judaeus, non est Graecus, non est masculus, non est foemina, non est seruus, non est Dominus, sed omnes, vnum sumus in Christo, Hic nullus ordo, nulla singularis personarum authoritas, sed popularis illa, aequalitas est, et celebratur. At vere Christiani, vix pauci reperiuntur, nam vulgus hominum, qui Christiani salutari gaudent, et haberi volunt, longissime fere absunt à Christo, qui labiis eum, tantum honorant, non corde, Qui autem in Christo non sunt, eos legi subiectos esse, quis dubitat? Siquidem Paulus docet, legem iniustis esse positam, hi partim Ciuilium legum authoritate, à malefitiis cohercendi sunt, tum ceremoniarum institutione ad Christum pertrahendi; quandoquidem Paulus ad Gal. iij. inquit, Legem Paedagogum in Christum esse, qui Ceremonias, quae aedificent, instituat, quae pro tempore mutari possunt. Apostolus enim inquit, Ne vexemini decretis, quibus pueri exerceri, erudiri, et formari possint, vt paulatim ad cultum Dei assuescant, donec robur in sacris faciant, et in Christo grandescant, Nec pueri modo

sed omnes horu similes, et idem ordo verbu Dei populo denunciet. Sunt igr eligendi Episcopi, et Dyaconi ta-les, quales, ad Timotheum, et ad Titum, nobis Paulus de-pingit, vite sanctimonia, et sacraru lrarum peritia iux-ta excellentes, et omnibus eximiis virtutibus clari, qui Christiana Rempublica pie administrare queant, et qui non minus sancte, qз utiliter in illa versari possint, Quamobrem ordinem nō submovemus ex Re publica Christiana, quod homines ad calumniandu nati vociferantur, sed tantu nos disciplina et institu-tione ab illis variamus, nos iuxta Christi institutu, iuxta Apostoloru disciplinam, iuxta Sacraru lrarū sententia, omnia in Ecclesia munera exequimur, illi vero secundu consuetudinem, qua ceu per ma-nus, à maioribus suis, hominibus male piis acceperūt, et secundu mandata humana; et secundum vana stultoru somnia. Nos scriptura sequimur; De qua Christus dixit, ne apicem quidem ab illa, periturū esse, illi vero eos, quibus Christus minatur, omnis plantatio, que non est à patre meo, eradicabitur. Iam quis non videt nos hic nihil peccare? illos autem atrox flagitiu patrare, qui primitive Ecclesie, que sola pure Christiana fuit, institutum deserunt, impia hominu commenta amplectentes, cu Episcoporum officiu sit, in ecclesia, omnia ad divinas lras, tanqз ad amussim exigere. Quapropter sicubi à divina-rum lrarum puritate aberraverimus, vt sumus

homines, illi qui nos ad eas revocarint, magnam apud nos inibunt gratiā, tantum aberit, vt illis parum aequi, simus,

Pudet nos propemodū, maxime et augustissime Princeps, tam multis apud tuā Regiā M^tem agere, Cui, singulari Dei optimi maximi beneficio, contigit, tam admirabile, omniū illustriū ornamētorū, et pulcherrimarum virtutum specimen, et decus, vt pro foelicissimi ingenii acumine, et pro exactissimi Judicij dexteritate, et pro eximia sacrarū rerū cognitione, de causa, vel rude et tenuiter proposita, facile sententiā, rege, omniū Saeculorū, maximo, et prudentissimo, dignā feres. quaeq3 sempiternā, Sanctissimi et Christianissimi Principis, laudem, posteritati testaretur. Quamobrem, et nos, et nostram causam, tibi, religionis Christianae, et Evangelicae gloriae studiosissimo, commendamus. Cui divino et humano Jure subiecti sumus, nihil ambigentes, quin tua amplitudo, hoc decernat, et cōstituat. quod tuae sempiternae apud posteros memoriae, gloriosum, et communi omniū subditorū saluti, saluberrimū, et ad gloriā, aeterni Dei, et dñi nři Jesu Chři, celebrandā, aptissimū sit, qui tuā Regiā M^tem, nobis ad Regni foelicitatem, pariter, et ad aīe salutē, diu incolumem, et florētem, in suā laudem, seruet.

Responsum a Sigismundo primo Rege Polonie Datum nunciis Ciuium Gdanen: post oblatas per eos Regi Appologias precedentes. in cōsilio regio

Persuasum habuit Sacra Mtas Regia, cum vos benignissimis lris suis dudum admonuisset de his, que aduersus fidem, et religionem sanctam Catholicam, ac etiam aduersus authoritatem suam Regiam, patrata esse in Ciuitate Gdanen, fama cognouerat, cum vos Mtas sua cohortata fuisset, vt tam templa, et Monasteria spoliata, totumque ordinem Ecclesiasticum, turpiter et insolenter eiectum, qui primum illic à maioribus eius Mtis fundatus est, et protectioni Mtis sue subest, et in quem vobis nihil est, vel Juris, vel auctoritatis: quod etiam Magratum, ac officiales depositos, qui eius Mtis locum tenent, in omnibus, et ex integro restitueretis, Persuasum, inquam, habuit Mtas sua, quod ad ea clementissima, et iustissima sua monita et mandata, vel parere iussis eius Mtis, vel aliud responsum dare, quod à vobis accepit, in animum induxissetis.

VErum, cum Legatio vra, et prolixe ille Apologie vre, verbis quidem subiectionem, obedientiam, et fidem preseferentes, re autem ipsa, nulla ex parte voluntati, et expectationi Mtis sue satisfactum esse, nec vt fiat in posterum, vos velle, abunde declararunt, Idque pretextu verbi Dei, quasi vero Mtas sua, quicquam contra verbum Dei niteretur, aut ignoraret, quid contineat Euangelium, quales sunt effectus et fructus verbi

Dei, et quales verbi Apostatici, quos nunc etiam et caeci vident.

Cum tamen Mtas sua, pro verbo Dei, vt Christianum decet Principem, semper stetit, et stare vult, ac illud iuxta sensum et intellectum vniuersalis Ecclesiae, quae illi sola fidem facit, non iuxta virulentas obtrectationes, et commenta Apostatarum, qui illud libidini, et nepharijs facinoribus, operculum faciunt, complectitur, ac veneratur.

Et proinde vna ex parte, perpendens eius Mtas, debitum ac officium Christiani Regis, exemplumque aliorum Principum, et Nationum Orbis Christiani, perpendens quod non conueniret, vt eius Mtas, quae hactenus sanctam Religionem Catholicam, pro virili sua, aduersus potentissimos hostes, tutata fuerit, illam in Regno et Dnijs suis, ac insolentibus et sacrilegis Praeuaricatoribus labefactari, et prophanare permitteret.

Ex altera vero parte considerans eius Mtas, humiles supplicationes vestras, considerans merita maiorum vestrorum, et dignitatem Ciuitatis suae Gdanensis, quam semper eius Mtas singulari gratia est prosequuta, ac nolens eius Mtas quicquam, in negotio tanti momenti, praecipitanter agere, quod Mti suae, praeter omnes opiniones, a tam insigni Ciuitate sua accidit, continendos vos adhuc aliquandiu hic constituit, donec maturius consilium capere possit, quo pacto et Mtas sua, officio suo satisfecisse, et vos spes vestra, de clementia eius Mtis, non fefellisse, videri possit.

Quare continebitis vos interim in hac Ciuitate, vt hospites decet, modeste et continenter, Mtas vero sua Regia, vos deinde, quantum eius debitum, et honor patietur, clementer absoluere dignabitur.

SIgismundus primus Rex Polonie Consiliariis Regni Polonie

R.me. etc. Cum intellexissemus iam pridem, turbas, et seditiones intestinas, pullulare in Ciuitate nra Gdanesi, potissimum contagione Lutherana, egimus sedulo, cum per Nunctios, et lras meas, tum vero publicis edictis, aduersus Lutheranismum, vt ipsam Ciuitatem ab his tumultibus, et erroribus cotinere potuissemus, verum, cum plebs illa, neglectis admonitionibus, et contemptis aedictis nris, indies magis in ipsum errorem, et seditione plaberetur, plurimaqz contra Deum, et beatissima virginem Matrem eius, ac omnes sanctos, indignissima committeretur, in diuinissimum Sacramentum blasphemaretur. Ciboria, Altaria, Imagines, picture, in Ecclesiis essent confracta, et cotumeliose eiecta, Calices, patine, Cruces, et alia Clenodia, de ecclesiis accepta, et asportata, Monachi et Moniales spoliati, et de Monasteriis eiecti, noue secte, et noua religio inuecta, Oratores et Consiliarii mei, et precipue Rndus dns Epus Wladislauien, cotemptus, et per seditionem indignissime habitus, Proconsules Consules, et alii officiales Ciuitatis, licenciosissime depositi, et opprobriis affecti, aliiqz in locum ipsorum, indebite suffecti. Burgrabius, contra authoritatem meam, exauctoratus, et noue de illo Constitutiões, in derogationem potestatis mee, facte, Juditia nra Regia violata, furca et rota, in foro, extructa, cotra Priuilegia et libertates Ciuitatis, orphanis et viduis, cesus

probibiti, vt noui Consules, qui in domibus Census obligatos habent, soluere illos non tenerétur. Insigniores Ciues nullo tempore securi essent, Ecclesie parochiales Iurispronatus mei, externis Sacerdotibus, sine scientia, et consensu mẽo, collate fuissent, et alia innumera facinora perpetrari, Visũ fuit Consiliarijs meis, qui preterita Quadragesima, cũ ex Regno, tum eciã ex terris Prussie, hic apud nos fuerũt, vt Ciues ipsos Gdanen, de his omnibus, per lrãs meas admonerẽg. Scripseramus itaq3 illis benignissimis verbis, que de illis essent ad nos perlata, que propemodũ fidem excedere videbantur, mandauimusq3 illis, vt si ea vera esset, primũ omniũ, religioné sanctã Catholicã, ad eã obseruationem, et ordinem, quem à Maioribus suis, per manus accepisset, et cũ quo, nobis subditi facti sunt, in omnibus, que mutata, destructa, ablata, et violata essent, restituerent, Sacramentũ Eucharistie seruari in Ecclesijs, ac Monachos, et Monachas, ad Monasteria, que Maiores mei fundauerũt, et Plebanos ad suas Ecclesias, que mei Iurispronatus sunt, redire libere permitterent, intrusosq3 q3 primũ eycerent: quãdoq3 durãte hoc errorũ fundamento, nihil boni sperari posset in reliquis. Deinde argentũ omne, indigne, et indecẽter depositũ, restituerẽt, constitutionesq3, quas propria voluntate, et seditiose confecerũt, abrogarent, rotas et patibula indignissima Carnificine insignia, è foro deycerẽt, seq3 in omnibus, tam diuinis, q3 humanis rebus, et negotijs suis, ad priscũ et laudabilem morem, ac instituta, quibus aucta est Ciuitas eorũ, reducerent, Nam si ipsi inter se id facere nõ curarẽt, p nos debitũ, ac officiũ Chriani

Regis preterimittere non possemus; Et proinde, vt ad omnia nobis per eundem Tabellarium nostrum responderent, Quibus literis nostris, ipsi Ciues hactenus nihil respondentes, et vt accepimus, multifariam de his rebus secum deliberantes, miserunt tandem ad nos Nunctios, qui potissimi huius tocius tragedie, auspices, et Antesignani, perhibentur, Qui venientes huc, multa dixerunt, et scriptas Appologias, nobis dederunt, quibusque de pretextu verborum, omnem obedientiam, et subiectionem testati, sensu tamen, et re ipsa pene confessi, rationes adducebant, quibus ea commissa sua tueri, et culpam diluere nituntur, Prout Maiestas vestra, ex ipsis eorum Appologijs, latius cognoscet. Quarum tota summa est, de concordia quadam, inter ipsos mutuo inita, deque Constitutionibus, et ordinatione noua facta, tam in religione, quam eciam in rebus Ciuilibus, iuxta verbum Dei, Hoc denique palam testati, se ipsas Constitutiones et ordinationes, ad aras vsque, ad sanguinem, et vitam, deserere nolle,

Nos scientes hec omnia, tumultu populari, et per oppressionem potiorum Ciuium, confecta esse. Perpendentes, vna ex parte, vt res noua non sit hæresis, semperque non solum Ecclesie, sed eciam rebus publicis perniciosissima, vt non aliter solum diuine et humane leges, sed eciam nostra publica instituta doceant plane quo pacto se Reges et Principes Christiani, in talibus euentibus gerere se debeant, vt hactenus vbique arceatur et exploditur hec seditiosa disciplina, et vbi vbi ea pestis irrepserit, omnia diuina et humana sub pretextu verbi Dei confundat, vt ipsi Gedanenses, contemptis edictis nostris, poenam confiscationis bonorum omnium, manifestissime inciderunt, et vt nos gerere

in eo casu conveniret, et praesertim cum aliorum multorum oculi, ad eam unam transactionem sint intenti, ex eaque posse, et utilitatem non vulgare, et honorem nobis incompara: bilem provenire, si hoc malum ex illa Civitate tolleretur. Perniciosum vero exemplum, si secus fieret, et nos leniter di: mitteretur, ad reliquas Civitates Prussie, et forte etiam ad intimiora permanaret.

Ex altera item parte, consyderantes, quanti momenti sit Ci: vitas ipsa, consyderantes obstinatam eorum sententiam persistendi in eo errore, qui multorum animis infusus, difficillime era: dicari posse videatur. Atque ita nobiscum rem expendentes, et utraque ex parte, gravem et difficilem iudicantes, prae: sertim, quae vim et coactionem postulare videtur, si audatia seditiose plebis coherceri, et malum insitum exadicari, ut ma: xime opus est, deberet: retinendos ipsos Nunctios, et rem ad vestram Paternitatem, et potiores alios Consiliarios meos defe: rendam, necessarium duximus. Hortamurque eandem Paternitatem vestram, ut nobis quantocius suam sententiam perscribat, quo pa: cto nos in eo casu, gerere et conservare debere censeat. Nam hinc multa mala, et bona futura dependent. Bene valeat Paternitas vestra. Datum

Deliberatio in causa Gdanen.
Jo^nis Laski Archiepi Gnesnensis

IN negotio Nunctiorum Gdanen, videtur considerandus p̄ns status illius Reipublice, in qua no Patricii, no ex melioribus electi, no etia ipsi per seditione in Magratus suscepti, neq3 etia ipsa promiscua multitudo principatur, sed pauci ex infima Plebe, sordide conditionis, qui cu in aliis motibus Civitatis, semper fuerint seditionu Magri, et anthores, sue sortis homines sibi iunxerunt, egenos, divitibus et nobilitati Civiu infensos, in alienas fortunas cupidißimos, imperii impacietes, Principem suu, ob eius perpetua absentia, nihil vereretes, ac nihil iustu, nisi omniu reru paritate ducetes. Et ideo in spem libertatis, et ad tumultus facile ductibiles, qui ia vt ad omnia novanda pretextu habeant, Evangelii auctoritate vt libet abutuntur, constitutis etia Predicatoribus seditiosissimis, qui nihil magis student, q3 plebem ad libertatis ambitionem, et contemptum Superiorum allectare.

Secundo, q illoru terror, et magna licentia, Patritioru aios et melioru Civiu partem, adeo oppressit, vt aut patria carere, aut illis subesse malint, q3 obmitendo, vel iniurias suas conquerēdo, occasionem prebere novis tumultibus, et se cu Patria in capitale periculu precipitare.

Quare neq3 convenire inter se, ad capienda cōsilia, neq3

contra tantā tyrannidem mutire audent, cū etiā sacramentis, et prius subscriptionibus, ad consentiendū in illorum Constituta, imo ad se ipsos damnādos sint per vim adacti, quod, isti modo, compositionē et Concordiā appellant.

Quamuis in illo Ciuitatis motv, maior pars inferioris Plebis spe potiundē libertatis, ex Nouatione rerū illecta, se illis seditiosis adiunxerit; tamē iā videntes, nihil in rem Ciuitatis, sed omnia cupiditatis studio, geri, magna in parte resipiscunt, partim eciā metu Regiē indignationis, cuius saeuiorem vltionē futurā, iā fama admonuit, damnat omīa quē acta sunt.

Aduertendū etiā, q̄ isti Nuncii missi sunt magis, ad instigationem bonorū, libenter obtemperare volentiū Regiē M̃ti, vt videlicet hi, qui facto suo indignationē Regiā Ciuitati induxerunt, curent etiā purgare illā à crimine, si possunt, ac placare animū Regis, ne quid deterius accidat, Vnde magna est Ciuiū illic expectatio, quē exitū habitura sit haec legatio, et videtur tocius Ciuitatis voluntas, ex hoc euentv pendere, et nō solū illius Ciuitatis, sed etiā tocius Prussiē, vt vel illi, vel isti sint futuri victores, prout viderēt animū Regiū se inclinare, vel ad mollitiem vel ad saeueritatem, nec dubie eodem etiā vento Polonia tota statim afflabitur. Est aūt magna spes, si M̃tas sua saeueriorem se ostendet in illorū Nunciorū expeditionē, ad omnia integranda facilis erit via et occasio.

Cvm aūt omnia mandata Regia, illuc missa, magno studio sint à Ciuitate celata; et prorsus suppressa, Certum

est, propterea magnas dissensiones esse ortas, ab his, qui inte:
gri adhuc erant, et Regii nominis ratiōe habere cupiebāt,
In quorū vota, cū tota nuper Ciuitas pene descendisset, ac
omniū rerū executio, Consulatui iterū delata esset, hys ab:
rogatis, qui Plebis nomine, omnibus consiliis adhibebantur,
tamē tantū valuit seditiosorū error, vt nihil proficeretur.
Quare consultū videtur, modū aliquem inueniri, vt Merca:
torū, Mechanicorū, et aliorū ordinū congregationibus, seor:
sum cōsulturis, facultas esset, libere, et absq3 metu, dicendi,
et decernendi, quę eis viderētur, vtq3 omniū sententię, ad no:
titiā Mtis Regię deducerētur, ex quibus intelligere possit,
quos habeat subditos obedientes, quos rebelles.

Idem videtur faciendū, cū exauthoratis Cōsulibus, vt hii
quoq3 libere causā suā dicere possint, Ne aūt hęc res, illis
maiori periculo sit, cū sint iuramētis, et inscriptionibus ob:
stricti, ne se defendant, videntur citandi lrīs Regiis, vt
purgent se ab hys criminibus, de quibus per istos Nuncios
sunt apud Mtem suā delati, maxime, quo ad excitatū
tumultū, et malā administrationem, et ad audienđ sup
ea re sniam Regiā, Idq3 fieret, vel corā deputatis Com:
missariis, in Marieburgo, vel, quod consultius videretur, hic
in Regno, retentis interim istis Nunctiis, quo liberius illi
defensiones suas, illic parare possint.

Hys premißis, cū ꝓposita legatio in tribus Capitibus sūma:
rie versetur, primū in religiōis defensiōe, secundū, in purga:
tione excessuū et inobedientię, tertiū, in petitionibꝰ quibꝰ:
dam Regii subsidii, et defensionibus, ac singlaribꝰ qbusdā

actionibus, ad omnia, videtur brevißimis verbis, offesum Regis animum prese ferentibus, respondendum.

Ad Primum. Novit M^tas sua, ab ineunte ætate Euangelicis preceptis educata, quantum tribuere debeat Euangelio, et Dei verbo sincero, de quo cognovit multa ab ipsis Nunciis dicta et affirmata, à quibus Catholice Ecclesie presides nunquam dissenserunt. Cum aut videat M^tas sua, istos Subditos suos ob ritus et observationes quasdam à Communi fidelium Ecclesia se separare, et rem hanc inter duo versari, utri videlicet Germanum scripture sensum habeant. an veteres illi, quorum doctrinam ab apostolis, ad nea usque tempora, universa ecclesia est amplexa, an isti Neoterici, qui ita in Jus suum scripturas trahunt, et de omnibus sententiam ferunt, ut nulli Euangelicum nomen permittant, nisi, qui sapiant, quod ipsi, non pot perpendere M^tas sua, cur non magis concedere debeat, maiorum authoritati, quorum doctrinam, vita probata, et universalis Ecclesie, per tot Secula usus, et consensus, confirmavit, quam istorum, qui neque sibi ipsis constant, neque alium fructum sue doctrine ostendunt, quam per tumultibus et cedibus, totum involuunt orbem. Et cum universalis Ecclesia, nihil adhuc aliud de hijs rebus statuerit, heret M^tas sua in his, que pridem mandavit, et ordinari voluit, quibus cum magna contumelia Regij nominis, illi hactenus non paruerunt. Quamvis etiam iuxta eorum propriam doctrinam Principum mandata, in harum rerum ordinatione sint observanda, Ideo datam de his rationem, ut que congrua, et sufficiens non est, M^tas sua nequaquam suscipit.

Ad secundum. Quoniam huc tendit illa concitati tumultus,

et inobedientiǣ purgatio, vt eos, qui ex ingratibus depositi sunt, maxime moueset, nō pot in tanta causa, Mtas sua preteri; re, quin etiā illos, ratione actorū suorū reddituros audiat, priusq3 aliquid, de eorū punitione, qui tanti mali authores fuerint deprehensi, decernat. Quapropter constituit Mtas sua, vt ipsis Nunctiis interea hic manentibus, illi huc riten; tur, per Fiscalem Regiū, obiectis criminibus responsuri. Quod, vt liberū illis sit, mandat Mtas sua, per ipsos Nun; chos, apud Consulatū et Comitatem, prideri.

Ad tercium. Non vult Mtas sua, vllo modo, in his quǣ iusti; tiā subditorū suorū attinent, aliud decernere, aut admit; tere, q3 quod iā per Iuris ordinē est constitutū. Quoniā vero et Nuctij Mtis suǣ dignißimi, et omnia mandata Re; gia, in illā Ciuitatem mißa, per ipsos subditos Mtis suǣ contemptibiliter, et indigne, tractata sunt, ac omnis prope obedientia Mti suǣ subducta, nō vult Mtas sua in alijs, quǣ ipsi petunt, hoc tempore eos exaudire, sed de modis et re; medijs, Regio honori dignis, quo pacto hanc rerū rebellio; nem castigāt, cogitare.

Videtur curādū, vt Respōsio Mtis Regiǣ, quǣcūq3 ea futura est, si modo seueritatem prǣseferat, apud Cōmitatem euulgetur. ne vel immutari, vel tota supprimi p Cōsulatū posset.

Supra oiā, quǣ in cōsultatiōes adduci possūt, prǣsentissimū reme; diū esset, oibq hijs difficultatibq et piculis, vt Mtas sua pſen; tiā suā in Prußia exhiberet, saltem in Marieburg. ac ānuz ostēderet, offēso Pricipe dignū, Sola .n. hec res restituere oia inte; gra, absq3 dubio posset.

Sigismundus primus Rex Poloniæ Gdanensibus.

FAmati fideles dilecti. Venerũt ad nos Nuctii ṽri, fecerunt nos certiores, de eo Statu et ordine ṽro, quale futurum in tam insigni nr̃a Ciuitate, nunquam credebamus, Quare ut exactius cognoscere possemus, mutatarum rerum conditiões, opus habemus, nonnullis ex Cõsulibus. et Cõciuibus ṽris, quos noĩatim nr̃o Mãdato, huc vocãdos duximus, volumusque. et mãdamus vobis districte, ut unumquemque eorum, quos vocamus, libere ad nos uenire pmittatis. Pro gr̃a nr̃a nõ aliter facturi.

Responsum a Sigismundo primo rege Poloniæ Ferbero Burgrabio Gdanen datum.

SAcra Ma^{tas} Regia, audire dignata est, nuper relatũ, et excusationem ṽram, adeo quod vobis p dnm Palat Crac, comẽorari fecit, nõ ex ulla indignatione sua, sed ut vobis declararet, quod nõ incognita sit eius Ma^{ti} ea, quæ acta sũt in Ciuitate ṽra, ex quibus iniquitate hec oĩa mala processerit. Utcunque est, accipit in ptẽs eius Ma^{tas} p sua in vos gr̃a, in eam parte, excusationem ṽram, ut retulistis.

Et quod ab eius Ma^{te} postulastis, ubi vos in hoc casu nõ deserẽt, ppterea Ma^{tas} sua vos huc euocauit, ppterea rẽ tãto studio est aggressa, ut vos nõ deserẽt, utque tam insigne inprimis Deo optĩ, deinde etiam sibi, illatam iniuriam, impunitam nõ sineret, et vos, et Ciuitatem ṽram, ex tam ignominioso, et pniciosissimo errore liberaret, Et ppterea, quemadmodum iam vobis dictum est, vult eius Ma^{tas}, etiam in has re, ṽro uti cõsilio, nõ diffidẽs in prudẽtia et fide ṽra, qua Ma^{ti} suæ obstricti estis, p tale daturi sitis cõsilium eius Ma^{ti}, quale uidebitur oportunum, et p vindicanda diuina, suaque iniuria, et etiam p Statu ṽro pacãdo, et in pristinũ ordinẽ reducẽdo. Quæ igitur sit sn̄ia, et cõsilium ṽrum, iam eius Ma^{ti} declarabitis.

Responsum Gedanen̄ bus

ad Legationem et Appologias ipsorũ, nomine Regio datũ. Cracoviae 1525

Hactenus Sacra Mtas Regia vos hic detinuit, vt quae à vobis prolixè cum dicta sunt tum etiam scripta, diligentius expenderet et quae denique scitu opus erat, peruestigaret.

Miratur inprimis Mtas sua Regia, vt cum eam in praefationibus vestris, et sacrarũ lrãrum peritã, et summa iustitia, summisque de re Christiana meritis praeditã, nec immeritò fateamini, ea vos corã eius Mte proponere, ea confiteri, ac pro his stare velle usque ad aras testari non puduerit, quae cum vniuersali Eccl^a cum diuinis ac humanis institutis, cumque omni ordine et bono statu rei Christianae tanquã ex Dyametro pugnare ac dissidere liquidò videntur.

Si enim prudentem et peritã rei diuinae Mtem suam syncerè et candidè profiteremini, qua fronte vobis ea, quae coram ipsa producenda putaretis, quae dudum per vniuersũ coetum rei diuinae damnata sunt et explosa: quove piaculo ea vana stultorũ somnia duceretis appellanda, quae Mtas sua cum Eccl^a catholica sequitur et obseruat?

Si eius Mtem iustũ Principem ex animo iudicaretis, qua ratione eius iussa et decreta fateri potuissetis, etiam quaedam, non alia causa nisi ob contractũ vnius hominis odium et inuidiã, non suscepta.

Si potentem defensorem fidei Catholicae eius Mtem serio confiteremini quo pacto veriti non fuissetis, ea coram eius Mte profiteri, quae crimẽ laesae Mtis diuinae, crimen laesae Mtis suae manifestissimè continet et declarant. vnde rectius congruere videatur in vos ipsos illud. Populus hic meus labiis me honorat, cor autẽ illius longè est à me.

Quae autem impudentia est, verbum DEI, novandis rebus, seditionibus intestinis, rapinis, et sacrilegiis praetendere? Quae vesania Evangelium hactenus in tenebris fuisse? hactenus verbum DEI subductum humano generi dicere et quiritari? idque coram eo Principe qui ab ineunte aetate sua verbum DEI quottidie audit, quottidie osculatur et adorat, qui pro verbo DEI, pro fide sancta Catholica gladium suum vibrat, et vitam suam exponit.

Qui non ignorat, ut verbo DEI facta et creata sunt omnia, ita cum omnibus aliis, tum mox homini, quantumlibet adhuc iusto et innocenti legem fuisse positam, ut et iustus legem haberet qua dirigeretur quam sponte impleret, id enim est iusti, non qua cogeretur vel coherceretur ut iniustus.

Qui non ignorat idem verbum DEI viguisse semper olim in Prophetis, quorum monumenta nihil magis, quam legem et normam ac instituta salubria continent. Demum verbum ipsum incarnatum et mundo patefactum, non modo non solvisse leges et traditiones Prophetarum, sed etiam illas, ut umbras et figuras futurarum, adimplevisse.

Constituisse Synagoga perfectiorem Ecclesiam sanctam catholicam non in arena ut fluctibus deiiceretur, non in sinu demisso ut abscondi posset sed in solida petra, ne unquam laberetur: sed in monte excelso, ut Evangelium et doctrina illius nullo tempore latere, neque abscondi posset, cum potius caelum et terra quam verba DEI sint transitura. Tantum abest, ut tot seculis subpressum Evangelium, absconsa veritas, nunc demum per haec egregia instrumenta, quae videmus, e tenebris eruatur in lucem.

Eius autem Eccl[esi]ae, quae corpus est Christi, ipsum quidem esse caput, ipsum eius ouilis pastorem Jesum Christum. Sed illum cum migraturus esset in caelum, huic corpori visibili Eccl[esi]ae militanti, quae ex malis et bonis constat, vti sagena missa in mare visibile et congruum membris caput, et ouili praesentem et visibilem pastorem praeficere voluisse, clauibus Regni caelestis, et officio pastorali vni ex discipulis delegato: vt vnus esset, qui omnem potestatem ligandi et soluendi haberet in terris, reliquisque impartiretur, et ex cuius vnius ore, vt ipsemet in Actis testatur audiret gentes verbum Euangelii crederentque, ne quis pro libitu suo expendere et pronunciare de Euangelio doctrinaque Eccl[esi]ae posset, vnde omnia incerta omnia scissa et confusa redderentur. vt verissime docuit Cyprianus Non aliunde oriri haereses, quam vbi sacerdoti DEI non obeditur, neque vnus esse in Eccl[esi]a vice Christi creditur.

Contra hanc vnam in ea petra aedificatam Eccl[esi]am promisisse idem verbum DEI, portas inferi non praeualituras, vt patet tot iam haereticis ad eam petram collisis, promisisse non defecturam eius vnius sedem, vt liquet, reliquorum Apostolorum sedibus collapsis, ea sola regnante et non ex haereticis solum sed ex ipsis Regibus et Imperatoribus sibi aduersis semper triumphante, quam qui non audiret, habendum esse pro Ethnico, et infideli, veritas ipsa pronunciauit

Ad eam vineam excolendam, cum mitteret olim suos operarios ille caelestis paterfamilias: non eum praecepisse illis, vt scriberent. vt in omnibus ad amussim scripturae culturam suam

exercerent: litera enim occidit, Spus vivificat, sed iussisse praedicare, sed missurum esse Spum sanctu, qui doceret et suggeret illis omnia, seq; cum eis futurum usq; ad consumationem seculi promisisse: hoc etiam atq; etiam à patre precatum, ut sui unum essent, sicut et ipse cum illo, unum sit semper.

Proinde ad eam unitatem conservandam qui horum operariorum visibilium, visibilem Viccarium Summi illius Patrisfamilias et eius corporis ministeriale caput non recognoscit, ipsum veru patremfamilias, ipsum verum et inuisibile caput Christu et eius verbum, quo haec authoritas fundata et ordinata est, negare necesse est. Et qui Eccam errare putat, qui traditionibus et potestatibus in Ecca constitutis resistit, Christu et Spum sanctu errare credere, christo et eius ordinationi resistere illum oportere, cum non Ecclia solum, sed etiam omnes aliae potestates, à DEO sunt constitutae quibus etiam quantumlibet prauis obediend praecipitur. Cumq; non contineat Euangelium aedificata Eccam sed aedificandam: tantum abest, ut omnia quae ad eam opportuna sunt, contineat, Traditam verò Jurisditionem regiminis, Pasce oues meas, Traditam potestatem statuendi. Qui vos audit, me audit, manifestissimè contineat.

(Unde ordinationes orthodoxae fidei, traditiones Ecclae Catholicae, non doctrinas esse hominu, non vana commenta et somnia stultorum, ut insanos et scoeleratos preuaricatores blaterare et garrire non pudet, Sed esse ipsam mera doctrina meras traditiones, et Euangelium Jesu Christi, Ecclesiam sua Spu sancto dirigentis. Quandoquidem ipsum scriptum Euangeliu solo decreto et traditionibus Ecclae creditur, tenetur et obseruat.

Quae quidem traditiones, si fidem et authoritatem non haberet neque Evangelium in fide sua consistere posset. Cum vero Ecclesia aedificata sit super fundamentum Apostolorum et Prophetarum fundamenta vero sola ad constituendam domum non sufficiunt, nisi reliqua superaedificentur. Stultissimum esse contendere solam Christi et Apostolorum doctrinam, ad statum et regimen Ecclesiae sufficere, etiam si tota Patris mandata fuisset; quanto magis cum Joannes testetur minimum esse gestorum Christi quod scriptum sit, mundumque si omnia scriberentur ad capiendos libros non esse capacem, cumque Apostolus scribat se reliqua dispositurum, quae non scripsit.

Spectatam igitur huiusmodi nebulonum, verbis duntaxat Evangelium crepantium, et ad scriptum Evangelium omnia exigentium, opere vero nihil non nefarium, non scelestum et sacrilegum, eius praetextu patrantium, spectatam inquam impudentiam, iactare verbum DEI et germanum illius sensum nunc demum, velut e tenebris illuxisse, Quasi vero Christus, Ecclesiam suam contra promissum suum tot seculis desertam subductoque ab illis Spiritu sancto, qui nobis religionem sanctam per manus tradiderunt, eamque doctrina et miraculis suis confirmarunt, resedisset, nunc demum longo postliminio, in exoculatis istis, libidineque ac insolentia perditis praevaricatoribus qui ut magis idonea Spiritus sancti tabernacula, quam hactenus ulli sancti, ulli doctores fuerunt, arguerent mundum de peccato.

Qui docerent nos, sola fide posse salvari. Quod sola, nusquam est scriptum, sed ea fide, quam Apostolus declarat, quae per charitatem operatur. quandoquidem nec ea fides, quae montes transferat valere possit quicquam absque charitate, nedum ea quae in religione sua praevaricatur.

Qui docerent violatum impiè Christi Testamentum, subtracto sanguine illius communi populo, satis argute illo. Bibite ex hoc omnes, quasi illi omnes, aliqui alii fuissent quam Apostoli, qui iam sacerdotes constituti erant. Aut quasi Christus de solo corpore non recte dixisset, hic est panis viuus, cum viuum corpus esse nequit sine sanguine, quasique non sæpius solius panis mentio fiat in Euangelio, absque vino. Et in Actis Apostolorum non contineretur, quemadmodum erant perseuerantes in communione et fractione panis, ut Ecclesia etiam ex scriptura, nedum ex optimis rationibus recte statuisse liquido videri possit.

Cæterum qui docerent, DEUM non esse adorandum in templis manufactis, proindeque non seruandum in Ecclesia sacramentum; quasi non manufactum fuerit templum de quo negociatores eiecit Christus, dicens eam domum suam, domum orationis futuram. Aut quasi Apostoli errarent descendentes sæpius in templum ad orandum.

Qui præterea docerent Sanctos non inuocandos: quos Christus iam non seruos, sed amicos suos vocauit, et assessores fecit Judiciorum suorum. Tantum abest, ut inuocari illos, et se ab eis rogari ægre pati possent, præsertim cum doceat scriptura, orationem iusti multum valere; et Propheta dixerit: pro hac orabit omnis sanctus. Honorandos autem eos quis dubitet? quos honorari à DEO patre filius ipse testetur.

Qui item docerent imagines è templis eliminandas, quod scriptum sit, Non facies tibi sculptile, non addentes causam quæ antecedit, Non adorabis DEOS alienos, et quod sequitur ad sculptile adorandum quasi ullus sit nunc adeo expers rationis Christianus, qui vel DEOS alienos, vel lignum, aut colores adorare vel venerari deberet,

et non eos siue Christum seu sanctos eius, quos pictura designaret. Quasique Ecclesia non optima ratione illas admisit, ut pro libris essent ignarae plebi. Aut quasi expediret magis depictos apostatas cum columbis et radiis, quam Christum aut sanctum quempiam in domo vel templo foueri.

Qui demum docerent, impiam esse Monachorum institutionem, cum scriptum sit. In sudore tuo vesceris pane tuo: et ipsi alieno ~~vescerent~~ viuerent. Quasi haec scriptura praeceptum sit, et non maledictum in omne genus humanum, quod in omnes cuiuslibet ordinis homines est deriuatum, Omnis enim vita labor. Et quasi non sit alius labor et sudor, quam hic qui in agendis remibus, aut quatiendis malleis excutitur. Quasique non ex Euangelio fluxerint religiones Monachorum, qui relictis omnibus sequuntur Christum. Aut, cum illis usus opum alienarum obycitur non pari ratione obyci possit et Apostolis, quibus sub pedes bona omnium proyciebantur.

Denique qui docerent, omnes Christianos esse Reges et sacerdotes, quoad Spiritum, et proinde aequalitatem popularem esse inter omnes debere: quasi quis neget, quemlibet posse esse Regem Spiritu, qui sensus suos regit, eum sacerdotem, qui fidem et orationes suas offerat DEO patri. Non autem propterea aequales esse omnes, et sacerdotes, ordine externo posse, cum praecipiatur obedientia Regibus et Ducibus, omnemque animam potestatibus sublimioribus subditam esse debere. Et cum assumatur ex hominibus, et vocetur a DEO, qui offerat dona et sacrificia pro peccatis. Iubeaturque, ut non vnicuique cito manus imponantur, ut singularis sit ordo sacerdotii, qui conferatur, et Sacramentum, constans per inspirationem gratiae Spiritus sancti, et potestatis peccata remittendi.

Qui doceret postremo, et praescriberent nobis, quales esse debeat Episcopi, quibus dotibus praediti, ex doctrina Apostoli, quam ille pro exacto archetypo ad imitandum proposuit, adeo interim nō excludens eum, qui vsqz adeo non assequatur, vt etiam quodam modo talem Pontificem exigere videatur, qui homo sit, et condolere posset his qui ignorant et errant, quoniam et ipse circumdatus esset, infirmitate, et qui quemadmodum pro populo, ita etiam pro semetipso offerret pro peccatis.

IN suma, qui nobis, si DEO placet, nouas constitutiones, nouas Ceremonias, quae aedificaret, constituerent, nihil interim de hac ptate sua docentes, Quasi Ecc^ae vniuersalis traditiones, Ceremoniae non aedificent, si quis ea pietate illis, vt initio statutae sunt, vtat^z. Aut quasi hae nostrae non e meris fontibus et fundamentis Aplorȝ et Prophetarum emanassent, vt clarius sit in Sacris lris, quam vllis documentis sit opus aut expediat ea inpraesens explicare. Quasiqz vel caeci non videant, qȝ adeo nihil aedificet nunc haec noua dogmata et Ceremoniae in vicinia, vt etiam prorsus destruat et pessundent omnia.

Non potest itaqz Mtas sua satis mirari; non potest non indignissimo ferre animo, ea vobis coram se pio et Christiano Principe producta et confessa, praetextu et allegationibus verbi DEI, quae ipsum syncerū verbum DEI prorsus impurat, infamat et extinguunt. Non enim e vestigio recte dicit, qui scripturā allegat, Siquidem nemo vnqȝ haereticorum non scripturā allegauit, non scripturis est nixus, Vt et daemon dnum tentans scripturam adduxerit, sed peruerse, quemadmodum et nūc per instrumenta sua facit insanam plebem et perditos ac sceleratos hoīes, ad prauā libertatē ad rapinas ac sacrilegia, ad caedes et incendia exagitando.

Ne autem Mtas sua frustra terrat tempus, declarando vobis exactius quantum erga religionem sanctam Catholicam, ac etiam erga se excessistis, et quod illa nihil faciant pro vobis, quibus nitimini, quibus nouatum ritum religionis, Sacramentum Eucharistiae de Ecclesiis eiectum, Monasteria et templa spoliata, plebanos sacerdotes, Monachos et Monachas expulsas. Burgrabium ac Consules, et alios officiales Ciuitatis exauthoratos, Census dari prohibitos Sacra prophanis mixta, contegere et excusare contenditis, cum satis sit vos ritum et instituta vniuersalis Ecclesiae, tot seculis, tot miraculis, tanta authoritate Conciliorum, Pontificum, Imperatorum, Regum, Regnorumq; et nationum Christianorum confirmata, vnde reliqua omnia manant, violasse, et quae dudum sunt damnata, in Ciuitate vestra resuscitasse, ac officiales deiecisse idq; authoritate propria, cum ab initio id muneris fuerit semper Principum, Praefectorum et Seniorum, de his, quae tam in Ecclesia quam etiam in Repub., impendebat, dispicere et statuere.

Proinde iustissime Sacra Mtas sua, vos et totam Ciuitatem suam Gdanen., iuxta omnia diuina et humana Jura, iuxta etiam edicta sua, iam punire et condemnare posset; ne tamen aliquid in negotio tanti momenti praecipitanter aduersum vos egisse videretur, suspendendam duxit eius Mtas sententiam suam in hac re, ad Conuentum generalem proximum, vbi cum pleno Senatu suo, tam Regni quam etiam terrarum Prussiae, id decernet, quod iustum, pium et Christianum principem decebit.

Interim vero, cum haec ipsa negocia determinari adhuc non potuerunt, quorum gratia ad Mtem suam venistis, vult et mandat eius Mtas, vt tantisper hic maneatis et expectetis, donec à

Mte sua vltimum responsum habueritis, et vt interea vos hic mansuetè et continenter, vti Hospites decet, conseruetis.

Quod autem petiistis, vt Mtas sua, Executionem decreti in causa Ferberiana lati, suspenderet, ad suum in terras Prussiae aduentum, aut ipsa consuleret vobis, quid in tam ardua causa facere debeatis. vel saltem permitteret, vt cum amicis, aut inter vos ipsi super illa consilia capere possitis, Non videtur Mti suae decens et honestum, vt in ipsa causa tanto tempore solenniter acta, et cum pleno Senatu decisa, suspendere et mutare deberet decretum suum, sed vult illud in suo robore et firmitate conseruari.

Quia etiam Thilemanus hirsfelth, cum Ferbero, compromiserunt in sua causa coram Mte Regia, ad Iudicium Magdenburgen. et illi Judices, expensis eorum rationibus, et calculis, sententiam tulerunt, quam Mtas sua confirmauit. Non etiam videtur eius Mti illam à se vel debere vel posse, citra iniuriam alterius partis, retractari, aut ad alios Iudices seu arbitros remitti.

Pronunciat autem eius Mtas contumaces eos omnes, qui citati coram Mte sua non comparuerunt. Pronunciat et Ciuitatem suam Gedanensem, quod mandata suae Mtis executa non sint, poenas in literis et mandatis suis contentas incidisse.

Sigismundus primus Rex Polonie, Proconsulibus et Consulibus Gdanen[b].

E. Amati fideles dilecti, Inter multos et varios errores, quibus Civitas nra Gdanen, perturbata et implicata heret, hoc eciam incommodi adiectum esse dudum accepimus, q, instantibus, et, vrgentibus seditiosis quibusdam et turbulentis Ciuibus vris, binę isthic lrę confectę sunt. alterę, multos articulos in se continentes, Sigillo Ciuitatis, alterę, exanctoratorum Consulum, et aliorum plurium Ciuium, Sigillis obsignatę, manibusque eorum subscriptę, In quibus, prout intelleximus, multa aduersus veram pietatem, et Sacrosanctam religionem à Christo institutam, et à maioribus iam longo vsu approbatam, et, obseruatam, tum etiam ad imminutionem auctoritatis nrę Regię, et perturbationem Status publici, continentur. Nos itaque, tot, tantisque malis, quę illic, nisi mature prouisum fuerit, oriri necesse est, occurrere, et mederi volentes, ipsamque Ciuitatem nram, in tranquillum et quietum Statum reducere cupientes: mandamus vobis, vt easdem lras Originales, cum suis sigillis, nulla mora interposita, per hunc Cubicularium nostrum, qui vobis has nras reddiderit, nobis mittatis.

Prętera, quatuor Conciues vri, videlicet Laurentius Hapzagen, Joannes Netak, Joannes Scholze, et Joachim Nyemoy. qui lrąs nris, cum reliquis, huc ad nos Citati, et euocati fuerant, cotumaciter no comparuerunt, Quam ob causam, nos, eos, hic Contumaces pronunciauimus, poenasque in lrąs nris

Citatoriis contentas, eos incidisse declaramus, Volumusque et mandamus vobis, vt vniuersa bona eorum, mobilia et immobilia, nomine nostro confiscetis, nec ea permittatis ab hæredibus, seu propinquis eorum vendi, vt quoquo modo distrahi, Et nihilominus eos solos in personis eorum, ad nos huc mittendos curetis, vt exactius ab eis cognoscere possimus, mutatarum rerum conditiones

Insuper, tres precipuos Concionatores, vel Seductores potius, isthic apud vos esse accepimus, videlicet Jacobum Molner, ad sanctam Barbaram, Jacobum ad sanctam Catharinam, et Joannem, dictum Lanczknecht, ad sanctum Joannem, qui sub pretextu Euangelice puritatis, Christique doctrine, insana dogmata, imperite multitudini ingerunt. ob que Plebs ipsa, in varios animorum motus, et turbulenta consilia, incitatur, et impellitur. Vt igitur ea pestis, et pernities, ex vrbe ista mea, penitus tollatur, volumus, et mandamus vobis, vt eos quoque ipsos pseudo Concionatores, huc ad nos, sine mora, mittatis.

Hæc autem omnia suprascripta, volumus à vobis fieri, sub poena banni mei Regii, et prohibitione inuectionis, et importationis omnium rerum Venalium, que ex Regno, cæterisque Dominijs meis, istuc Gedanum inuehi, importarique solent. Datum.

SIgismundus primus Rex Polonie Contuberniis seu fraternitatibus Mechanicorum Gdanensium.

FAmatis, fidelibus nris dilectis, fraternitatibus, et Collegiis, Mer:catorum, Pannicidarum, Institorum, Nautarum, et Cerevisiæ Coctorum, Civitatis nrę Gedanen, Gratiam Regiam. Famati fideles nri di:lecti, In motu, et perturbatione rerum, istius Civitatis nostrę Gedanen, quę per seditiosos, novarumqz rerum avidos Cives, nup exorta est, accepimus binas lrás, isthic Gdani esse confectas. Alteras, multos articulos in se cotinetes, sigillo Civitatis, al:teras exauctoratorum Consulum, et aliorum plurimorum Civium, sigillis obsignatas, manibusqz eorum subscriptas, In quibus prout intelleximus, multa adversus veram pietatem, et sacro:sanctam religionem, à Chro institutam, et à Maioribus iam, longo usu, coprobatam et observatam, tum etiam ad imminutionem, auctori:tatis nrę Regię, et perturbationem Status Reipcę, continentur. Mandavimusqz per lrás nrás Magistratibus modernis Gdanen, ut easdem lrás sub certis poenis, per hunc nrm Cubicula:rium, huc ad nos mittant, et nonnulla alia faciant, prout in eisdem lrís nris, plenius est expressum. Volumus itaqz, ut vos, quos nobis, et Reipcę, fidos esse semp cognovimus, operam faciatis, ut eędem lrę, et mandata nra, quę nunc mittimus vob. communicentur, et nequaqz supprimantur, in maioriqz reverentia, quam olim haberi solitę sunt, habeantur, Mandantes vobis, ut adnitamini, quatenus iussis et mandatis nris in omnibus satis:fiat, ne Civitas ipsa, atqz ita et vos omes in poenas, in

dictis l(itte)ris n(ost)ris contentas, mandatis, efficiatisq(ue) vt Mandatum nostrum, omnibus et singulis Collegii, et cotuberny v(est)ri ho(m)i(n)bus palam fiat, nec aliter faciatis p(ro) gr(ati)a n(ost)ra. Datum Crac.

Articuli seu plebiscitum: per plebem Gdanensem confectum.

Monachi omnes valetudinarii in vnum Monasterium redigantur, et illis victus ex publico ministretur, similiter et Monialibus.

Vt pauci Sacerdotes sint, et illis similiter de publico prouideatur.

Omnes festes tollantur, et destituantur.

Omnes Census pecuniarii extinguantur, et qui Capitales habent sumas, annua solutione extenuentur.

Contributiones o(mn)es, o(mn)ia thelonea desinant, preter funthsol.

Piscationes, Aucupia, Venationes, et alia id genus, omnibus deinceps sint libera, et maxime piscatio Sturionum et Suctionum.

Causidici omnes eliminandi, vt quisq(ue) causam suam diceret, nescienti vero, vnus ex Scabinis adesset, vtq(ue) p(ro)ductiones nullae fiant in Judicijs

Jeiunia, vigiliae, funerationes, candelae, sacrificia p(ro) defunctis, horae Canonicae, Salue Regina, Aqua b(e)n(e)dicta, et o(mn)es aliae Ceremoniae abrogentur.

Verbũ Dei, pure et simpliciter predicetur, iuxta tamẽ prescriptum, et beneplacitũ Plebis.

Creati duodecim viri ex infima Plebe, qui formulã predicandi verbi Dei, et omnem Sacrorũ ordinem, constituere debent.

Hi duodecem viri, cũ Communitate, potestatem habere debebunt Cõsules et Scabinos creãdi, et nemo alius.

Consulatus à facienda ratione exemptus erit, nec debet de illa in posterũ cogitari, solum prouentus et expense conscribi.

Adultere et meretrices omnes expellantur, et qui cõtinere nequit, nubat

Propole omnes, et societates, presertim focarorũ, vt Communitati noxie, exterminẽtur.

Omnes tã Consules, q3 Communitas fideles esse debent nostri Regie, omnesq3 Consulatui parere, in hijs, que mutuam charitatem, et Christianã fenitatem concernunt.

Debet etiã Consulatus, cũ duodecim viris, ordinare, et disponẽ, vt deinceps nemo, vel in corpore, vel in bonis, etiã vel in pilo grauetur, sed solũ in Christo Jesv. et sancto eius verbo, alter alteri fidere, et æqualem se prestare, alter alterum amare, et iuuare debet, vt Christianos viros decet.

Consules et Magratus, nõ iuxta vulpes et maeduces, sed iuxta virtutem hominũ eligantur.

Electi sunt Consules, et duodecim viri, ex vili, et infima Plebecula, preter Philippum Bißuff, et Mgrm Georgium.

Apud diuam Barbaram Thorunii, parochus vxorem duces, predicat libertatem et æqualitatem Christianam. Papam vero, Episcopum, Regem, Ducem, Nobilem, et quascumqz alias dignitates, inuentum esse Tyrannicum, ad Plebem, et populum Dei premendum, et expilandum,

Citatio contra Consules et Scabinos quos Luterani ex officiis deiecerunt.

Sigismundus etc. Famate fidelis dilecte. Quoniam nobis, de Statu et regimine Ciuitatis nostrae Gedanensis, pro nostro offitio, ingredientibus, Proconsules, et Consules, atque alii ex Magistratibus, nunc destituti, in quorum Collegio tua f. tunc erat, grauiter delati sunt, quod tumultibus, et seditionibus, in ea Ciuitate nuper motis, ac male institutioni illius Reipublicae, causam praestiterunt, quod cum sine magna, animi nostri, molestia, audire non possumus, volentes officii nostri debitum exequi, tuam f. praesentibus nostris literis, peremptorie citamus, mandantes, ut die N. coram nobis Cracoviae, aut ubi tunc cum Curia nostra constituemur, in propria persona, sub indignationis nostrae, et ammissionis omnium bonorum tuorum, fisco nostro applicandorum, poena compareas, eiusdem fisci nostri Procuratori, de omnibus praemissis, et aliis, quae tibi ex offitio nostro obiecta fuerint, responsurus, ac rationem redditurus, nec non super his decretum et sententiam auditurus. non obstante, si forsitan Iuramento, inscriptione, aut alio pacto, seu cautione qualicunque te obstrinxisti, ne de supradictis, aut alijs tibi obijciendis excessibus, te defenderes, aut expurgares. Nos enim tuae obedientiae debitum exigentes, ea occasione, tuam f. in nostram Regalem suscipimus protectionem.

Citatio contra authores factionis Luterane in Ciuitate Gdanen

Sigismundus etc. Fideles nobis dilecti. Quonia ad prouida ordinationem, quam in nra Ciuitate Gdanen. instituere decreuimus, aliquoru nostroru subditoru presentia, nob est opus, eoru presertim, quibus actaru illic reru conditio cognita est, presentibus nris lris peremptorie te citamus. Districte mandantes vt sub indignationis nre, ac amissionis, et confiscationis bonoru omniu tuoru, mobiliu, et immobiliu, poena, feria quinta proxima, ante festum Sancti Michaëlis nunc instans proxima, Cracouie, aut vbi tunc, cu nostra Curia constituemur, personaliter co/pareas, animu nostru super his auditurus. Datu Crac

Provisio honoris et fame bone civium Gedanen̄ exautoratoꝝ.

Sigismundus etc. Manifestu facimus vniuersis, Quia cu intellexeramus graues motus, et seditiones intestinas, ano presenti fuiße excitatas in Ciuitate mea Gdanen̄, et preter alia multa facinora, aduersus religione sancta, et auctoritatem mea Regia, insolentissime comissa, etia Burgrabiu meum, Proconsules, Consules, Sculteto, Scabinos, et alios officiales exauctoratos, hos vzt, Georgiu Branth. Henricu Viße, Mathia Lange Procosules, Vlricu Hurser, Detardu Brandis. Reynoldu Felsteth, Eduardu Nederhoff. Heningum Szum, Joannem Thukinck. Jacobu Apzagen. Eggerdu Vonnkempen Ebreardu Boge, Michaëlem Keßler, Michaëlem Borensoth, Casparem Euerth, Joanne Varendorp, Georgiu Barow, Gerhardu Aferran. Casparem Memel, Nicolau Hacke. Cosules, Georgiu Schepper, Sculteto, Philippu Angermunde, Joannem Stutte. Andrea Von dem wasser. Henricu Frederik. Hermannu German, Hermannu Goldbergk. et Michaëlem Thile, Scabinos, Nosq3 cu ante per Nuncios, et Oratores nostros, tum nouissime aduocatis ad nos nonullis, ta ex nouo, q3 etia antiquo Consulatu, et Scabinatu, diligenter causas tantoru maloru scrutati essemus. coperissemusq3 euidetissimis argumetis, rationibus, et testimonijs, Procosules, Cosules, et officiales ipsos pdictos, no aliqua culpa, vel demerito suo, sed insolentia Plebis, et seditione populari tumultarie depositos et exauctoratos, et cu ad alia indigna, tum etia ad

Inscripcões, obsignatiões, ac recognitiões, eas vzt, quod ipsi, vna cum quibusdam Conciuibus suis vzt. Petro Scholz, Joanne Apzbagen, Joanne Howner, Joanne Angermunde, Laurentio Scholz, Georgio, Balthasar, Jacobo uelman, Petro Von hamburg, Joanne Glefer, Laurētio Holek, et plerisque aliis bonis, et fidelibus Ciuibus, causam motibus et seditionibus predictis, prestiterint, metu coactos fuisse, presentibus l'ris, et decreto n'ro Regio pronunctiamus, et decernimus, quod hec eorum per Plebē depositiō, et exauctoratio, eorumque coacta quevis inscriptio, obsignatio, et recognitiō, ac quicquid aduersus illos, per cōtumeliam, cōuitia, libellos, et catilenas famosas, domi, et apud exteras gentes, per nonnullos quosdam Ciues temerarios, et seditiosos, de Cōmunitate, vel quemuis aliud, de causa excitati tumultus, in Ciuitate, et Republica male administrata, et aliis id genus dictum sit, aut eciam scriptum, culpa ipsorum careat, neque quicque eis, eorumque posteris, in honore, et bona existimatione officere debeat nunc, et in posterum, et presertim cum ipsi exhibuerint, et parati fuerint, et sint, omnibus, quicunque eos, quolibet culpare vellent, coram nobis respondere, suumque honorem et innocentiam tueri, In cuius rei testimonium, sigillum n'rum, est presentibus appensum. Datum Crac die sancti martini Gloriosi Ep'i, et Confessoris. Anno D'ni M° D°. XXV° Regni vero n'ri anno XIX°

Prouisio fame Mathie Lange Consulis: contra obtrectatores.

Sigismundus, etc. Manifestu facimus vniversis, Quia cu intel-
lexeramus, graues motus, et seditiones intestinas, anno pnti
fuisse excitatas, in Ciuitate nra Gdanensi, et preter alia
multa facinora, aduersus religionem sancta Catholicam,
et auctoritatem nram Regia, insolentissime commissa, etia
Famatu Mathia Lange, Proconsulem, inter alios Proconsules.
Consules, Scabinos, et reliquos officiales, exauctoratum,
nosq3 diligenter causas tantoru maloru peruestigantes, com-
periissemus euidentissimis argumetis, rationibus, et testimo-
nijs, eundem Mathia Lange, non aliqua culpa, vel deme-
rito suo, sed insolentia Plebis, et seditione populari, tumul-
tuarie depositu, et exauctoratum, et cum ad alia indignita-
tum, etiam ad inscriptiones, obsignationes, ac recognitiones,
eas vzt, q ipse, vna cu quibusdam Conciuibus suis, causa
motibus, et seditionibus predictis prestiterit, metu coactu fu-
isse, presentibus lris, et decreto nro Regio pronunciamus, et
decernimus, q hec illius per Plebem depositio, et exaucto-
ratio, eiusq3 coacta, quevis inscriptio, obsignatio, et recogni-
tio, ac quicqd aduersu illu, per cotumelia, conuitia, libel-
los, et Cantilenas famosas, domi, et apud exteras gen-
tes, per nonnullos Ciues temerarios et seditiosos, de Co-
munitate, vel quemuis aliu, de causa excitati tumultus
in Ciuitate et Republica male administrata, et alijs

id genus, dictum sit, aut etiam scriptum, culpa ipsius careat, neque quicquam ei, eiusque posteris in honore, et bona existimatione officere debeat nunc, et in posterum, et presertim cum ipse se exhibuerit, et paratus fuerit, et sit, omnibus, quicunque eum quomodolibet culpare vellent, coram nobis respondere, suumque honorem, et innocentiam tueri, In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est impressum. Datum Crac. die sancti Martini. Anno Domini M°. D°. XXV°. Regni mei XIX°.

Prouisio fame et bone existimationis Hermani German Scabini Gdanen: contra obtrectatores.

Sigismundus, etc. Manifestum facimus vniuersis, Quia cum intellexeramus, graues motus, et seditiones intestinas, anno presenti, fuisse excitatas, in Ciuitate nostra Gdanen, et preter alia multa facinora, aduersus religionem sanctam Catholicam, et auctoritatem nostram Regiam, insolentissime commissa, etiam Famatum Hermannum German, Scabinum, inter alios Scabinos, et reliquos officiales, non solum exauctoratum, sed etiam in Carcerem coniectum, cautioneque fideiussoria, per Nouos Consules, per Plebem suffectos, obstrictum fuisse, Comperiissemusque euidentissimis argumentis, rationibus, et testimoniis, eundem Hermannum German, non aliqua culpa, vel demerito suo, sed insolentia Plebis, et seditione populari, tumultuarie depositum, et exauctoratum, et eum ad alia indigna, tum etiam ad inscriptiones, obsignationes, et recognitiones, eas videlicet, quas ipse, vna cum quibusdam Conciuibus suis, causam motibus, et seditionibus predictis prestiterit, metu coactum fuisse, propterea in carcerem coniectum, et vinculo ipsius cautionis fideiussorie obstrictum, quod egisset apud eosdem Nouos Consules, vt mandata nostra, nedum ad illos, verum etiam ad Scabinos, et totam Communitatem illius ciuitatis nostre Gdanen, scripta et directa, ipsis etiam Scabinis et Communitati, communicaret, publicis literis, et decreto nostro Regio pronunciamus, et decernimus, quod hec illius per Plebem depositio, et exauctoratio, eiusque coacta quenis inscriptio, obsignatio, et recognitio, ac etiam incarceratio,

et Cautionis fideiussoriæ præstitiam, et quicquid aduersus illum, per
cotumeliam, Conuitia, libellos, et Cantilenas famosas, domi, et
apud exteras gentes, per nonullos Ciues temerarios, et seditio-
sos de Communitate, vel quemuis alium, de causa excitati tu-
multus, in Ciuitate, et Republica, male administrata, et aliis
id genus, dictum sit, aut etiam scriptum, vel per nouum Magistratum
Gedanen, attentatum, culpa ipsius careat, neque quicque ei, eiusque
posteris, in honore, et bona fama, existimatione, officere
debeat, nunc, et in posterum, et præsertim cum ipse se ex-
hibuerit, et paratus fuerit, et sit, omnibus, quicunque eum
quomodolibet culpare vellent, coram nobis respondere,
suumque honorem et innocentiam tueri, Cuiusquidem Her-
manni fideiussores, ab ipsa Cautione fideiussoria, per
illos, pro eo, præstita, absoluimus, et liberos facimus, in
tuitionemque meam recepimus. per præsentes, quibus in
testimonium, sigillum meum est impressum. Datum Cracoviæ.

Prouisio famę aliorum ciuium infrascriptorum priuatorum.

Sigismundus, etc. Manifestum facimus vniuersis, quia cum intellexerimus, graues motus, et seditiones intestinas, anno proximo fuisse excitatas, in Ciuitate nostra Gedanensi, et preter alia multa facinora, aduersus religionem sanctam Catholicam, et auctoritatem meam Regiam, insolentissime commissa, etiam Famatum N. cum ad alia indigna, tum etiam ad inscriptiones, obsignationes, et recognitiones, eas videlicet. quod ipse vna cum Proconsulibus, Consulibus, Scabinis, et reliquis officialibus, et quibusdam Conciuibus suis, causam motibus, et seditionibus predictis prestiterit, metu coactum fuisse, presentibus literis, ac decreto meo Regio pronunctiamus, et decernimus, quod hec illius per Plebem coacta, quevis inscriptio, obsignatio, et recognitio, ac quidquid aduersus illum, per contumeliam, contumeliam, conuitia, libellos, et cantilenas famosas, domi, et apud exteras gentes, per nonnullos Ciues temerarios et seditiosos de Communitate, vel quemuis alium, de causa excitati tumultus, in Ciuitate, et aliis id genus, dictum sit, aut etiam scriptum, culpa ipsius careat, nec quicquam ei, eiusque posteris in honore, et bona existimatione officere debeat, nunc, et in posterum. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum est presentibus impressum. Datum Cracouię, die sancti Martini gloriosi Episcopi et Confessoris. Anno Domini M°. D. XXv°. Regni mei, anno XIX°.

Receptio in protectionem regiam ciuiu Gdanen infrascriptorum, qui a factione Luteranoz Gdanen non erant tuti: qbus non adherebant

Sigismundus etc. Significamus tenore presentiu, quibus expedit vniuersis, Quia nos Famatu N. Ciuem nrm Gedanen. cu vxore, liberis, ac familia, bonisq ipsius omnibus, mobilibq et immobilibus, ob eius erga nos, et rempublica Regni nri fidem, et merita, in nram protectionem regia suscepimus, et harum serie lrarum suscipimus, hinc ad voluntatis nostre beneplacitu, ita vt ipse hac nra protectione fretus, possit, vna cu vxore, ac liberis predictis, bonisq suis oibq, libere, secure, et absq cuiusuis hominis impetitione, ac molestia, in Ciuitate nra Gdanen, inq terris nris Prussie, et vniuerso Regno Polonie, et Magno nro Ducatu Lithuanie, manere, mercari, et negotia sua quecumq per se, vel factores aut familiares suos, exercere, et vbi ei libuerit, ire ac rursu redire, persona, bonisq ipsius, ac vxoris, et liberoru eius predictoru, sub nra protectione saluis pmanen. et vt Census, quos habet in Ciuitate nra Gedanen, et alias vbilibet, libere percipiat, eosq nemo illi retinere, aut arrestare audeat. Eximimus preterea illu, ac vxorem et liberos eius prefatos, auctoritate nra Regia, legibus et plebiscitis, dicte Ciuitatis nre Gedanesis, ac aliaru Ciuitatu, terraru nraru Prussie, Regniq Polonie, et magni Ducatus nri Lithuanie quarumcumq, in contrariu non obstantibus, ab omniu officialiu nroru, et Iudicu quorumcumq potestate, et omni impedimento, ita vt in causis

quibuscunque, quantecunque importantie fuerint, coram nemine illorum, nisi coram nobis ipsis, vel coram Commissarijs nostris, comparere, et respondere teneatur, nemoque illum propterea Contumacem, dicere, vel ad Judicium quodcunque aliud quam nostrum, Regium, vocare audeat, exceptis tamen Creditoribus, si quos habet, vel interim habere illum contigerit, quibus duntaxat pro debito in Jure, et coram Judice competenti, respondere sit astrictus. Eundemque etiam N. cum ipsa vxore, et liberis, bonisque ipsius omnibus, ab omni aresto, persone vel personis quibuscunque, concesso, vel concedendo, liberum, immunem que facimus. Ita, vt nemo subditorum meorum cuiuscunque Status, et conditionis existat, illum, vel bona sua, aut vxorem, liberos, et Servitores ipsius, tam in Regno meo, inque terris meis Prussie, quam in Magno Ducatu Lithuanie, mercaturas, vel negotia quecunque alia exercentem, interea arestare, seu aliquo alio impedimento afficere audeat.

Quapropter vobis omnibus Dignitarijs, Officialibus, ac alijs subditis meis quibuscunque, in Regno et terris meis Prussie, inque Magno Ducatu meo Lithuanie, presertim vero in Ciuitate mea Gdanensi predicta constitutis, districte precipientes mandamus, quatenus hanc meam securitatem, et protectionem, in quam N. prefatum recepimus, nulla in parte infringere, seu cavillis aliquibus summouere, aut illi quouis pacto derogare audeatis, sed illam in omnibus eius clausulis et articulis, firmiter et inviolabiliter obseruetis, et obseruari faciatis, eidemque ipsi N, ac suis omnibus nullam vim, seu molestiam, inferre audeatis, sub poena decem millium florenorum Hungaricalium, et grauissima indignatione nostra. Sic et non aliter facturi. Harum etc. Gratiam vestram.

Suprascripto exemplo: similes litterę date sunt etiam ciuibus infrascriptis

Henrico Viße, Mathię Lange, Procósulibꝫ.

Vlrico Hurer, Deterdo Brandes, Reynoldo Felstete, Eduardo Nidderhoff, Georgio Scheper, Joanni Tufinck, Jacobo Abteshagen, Erhardo Won Lempen, Ebrehardo Veyge, Michaëli Koseler, Michaëli Barensus, Georgio Baroff, Gerhardo Onerman — Cósulibus

Georgio Brantt Procósuli.

Heningo Bum, Caspari Eberth — cósulibꝫ citatis et excusatis

Philippo Angermúnde, Joanni Stutte, Andreę Vom vasser, Hermano German, et fr̃ibus suis — Scabis citatę q cópa ruerit

Caspari memel, Consuli nó citato sed exauctorato.

Henrico friderich, Hermano Goltberg, Michaëli Thile — Scabis nó citatis, Sed exauctoratis.

Jacobo Hoffener.	Petro kreseler,
Jacobo melman.	Arnoldo de Schelinge.
Lauręcho Stulre,	Lamęcho Fricher.
Jóani Angermúnde,	Mathię Czimerman.
Jóa̋ Abtesthagén.	Hermano Bremer.
Lamęcho Hoclk.	Jacobo Campe
Joanni Crakow.	Jóani Conrad, cū matre sua.
Jóa̋ von Verden.	Joanni Fisscher.
Joanni Forste.	Hermano Gise.
Ambrosio Storme.	Cū fratre Georgio.

Georgio Schembe cum uxore, et cum fratribus, et sororibus
uxoris sue.
Raynoldo Angermunde, cum Bartholomeo Senger, et Mar:
garetha Sorori Bartholomaei,

Georgio Sydickhusen. | Christophoro Beyer.
Adriano Czernchok. | Joanni Thorbeke.
Joanni Stulze. | Vilhelmo von Resen
Joanni onerrani. | Henrico Von Rese.
Henrico Bol. | Theoderico Falke.
Georgio Inderhoff | Arnoldo von Stellinge.
Henrico Sparembargk | Georgio Stepper.

Hertmico Blome, uxori, et liberis.

SIgismundus primus Rex Polonie
Duci Prussie
Magistro Liuonie. — cum exemplo
Lubicensibus.

Illustris Princeps, et dne Nepos nr charme, Intelleximus non
nullos Cives nros Gedanen, per quos tumultus popularis
illic no pridem erat excitatus, improba et temeraria lo:
quacitate ductos, ad suum negotium cuncta reflectentes, favo:
remque et presidia rebus suis laborantibus captantes, quas:
dam Cantilenas famosas, adversum Proconsules, Cosules,
Scabinos, et nonnullos alios officiales, atque Cives primores
eiusdem Civitatis, per Plebem tunc depositos, et exauctora:
tos, edidiße, ac imprimi fecisse, ad diversasque Provincias
quo eorum temeritas, et insolentia notior fieret, et scandalorum

materia diffusus seminarent, mittere praesumpsisse. Proinde nos cupientes quantocius è medio submoveri easdem Cantilenas, vel potius libellos famosos, in gravamē bonē existimationis, ac ignominia dictorū Proconsulū, et Consulū, aliorūq3 officialiū exauctoratorū, malitiose et indigne divulgatis, quos non aliqua culpa, vel demerito suo, sed insolentia Plebis, et seditione populari, tumultuarie depositos, et exauctoratos esse comperimus, postulamus à vra Illte, committere, et mandare velit, universis suis officialibus, q in Civitatibus, et alijs locis, Ditioni vrē Illti subiectis, huiōi Cantilenas cantari, et circumferri, palā, vel occulte, nequaq3 permittant, et cantantes, vel divulgantes eas ipsas Cantilenas, aut honori praedictorū officialiū, et Civium Gdanensiū, quomodolibet detrahētes, debita animadversione puniant, perinde, atq3 ipsos authores. Factura vra Illtas, rem offitio boni Principis consentaneā, nobisq3 multo gratissimā. Quē foeliciter valeat, nosq3 diligat. Ceár vts.

Litere ad externos de cantilenis famosis inhibendis.

Vniuersis et singulis Principibus, tam Ecclesiasticis quam Secularibus. Comitibus, Baronibus, Palatinis, Castellanis, Capitaneis, Nobilibus, Militibus, et eorum Prefectis, Ciuitatum et Opidorum Presidibus, Magistris Ciuium, et quorumuis locorum Prefectis, eorumque Vicesgerentibus, ac alijs quibuscumque, ad quorum noticiam presentes litere nostre peruenerint, amicis, et beneuolis nostris, sincere et grate dilectis, Salutem, et omne bonum, Subditis vero nostris, gratiam Regiam. Reuerendissimi ac Reuerendi in Christo Patres, ac Illustres, Spectabiles et Magnifici, Generosi, Nobiles, Famati, et Prouidi, sincere, et grate nobis dilecti, Intelleximus nonnullos Ciues nostros Gedanenses, etc, vt supra in literis Ducis Prussie etc. Postulamus a vobis amicis et beneuolis nostris. subditis vero nostris strictissime precipimus, et mandamus. Vt in Ciuitatibus, Opidis, et alijs locis vestris, huiusmodi cantilenas cantari, et circumferri palam, vel occulte istic, nequaquam permittatis, et cantantes, vel diuulgantes eas ipsas Cantilenas, aut honori predictorum officialium et Ciuium Gedanensium, quolibet detrahentes, debita animaduersione, perinde atque ipsos authores, puniatis, officium vestrum, mutua vicissitudine compensandum. remque nobis multo gratissimam facturi, Subditi vero nostri, omnia et singula premissa facere et exequi teneantur pro gratia nostra. Crac. die sancte Elizabeth. M.D.XXV.

SIgismundus primus Rex Polonie Subditis Regni Polonie: contra famosas Cantilenas Luteranorum Gdanen.

VNiversis et singulis Dignitariis, et Officialibus, Palatinis, Castellanis, Capitaneis, Vicecapitaneis Burgrabijs, Ciuitatibusque et Opidorum Proconsulibus, et Consulibus, et quorumuis locorum Prefectis, ac alijs Subditis nostris, in Regno, et terris Prussie, Magnoque Ducatu Lithuanie, vbilibet constitutis, sincere et fidelibus dilectis. Magnifici, Generosi, Nobiles, Famati, et Prouidi, sincere et fideles dilecti, Intelleximus etc. vts. Itaque mandamus vobis, vt huiusmodi Cantilenas cantari et circumferri, palam, vel occulte, nequaquam permittatis, et cantantes, vel diuulgantes eas ipsas Cantilenas, aut honori predictorum Officialium, et Ciuium Gdanensium, quomodolibet detrahentes, debita animaduersione, perinde, atque ipsos authores, puniatis. Et ne quispiam de premissis, suam ignorantiam pretendat, volumus, et mandamus, vt hanc inhibitionem, seu Mandatum nostrum, per publicas proclamationes, et scripta vestra, valuis Pretoriorum, et aliorum locorum publicorum, per vos applicanda, ad vniuersorum notitiam deduci faciatis, pro officio vestro, et gratia nostra. Datum Crac die sancte Elizabeth. M°. D°. XXV°.

Responsum a rege Sigismundo datum Ciuibus Gdanensibus, deiectis per plebem ex officiis ciuilibus.

Sacra Mtas Regia, cum intellexerat ea, que patrata sunt, in Ci-
vitate sua Gdanen, aduersus Deum, et religione Catholicam, et
aduersus etiam auctem suam Regiam, mirata fuit vehementer,
q ea tam nepharia facinora eius Mti, mox no declaranerint.
difficilius enim ignis extinguitur, cum incendia vires supserint.

Vtcumq3 est factum, Mtas sua, nolens rem tam indignam, et
periculosam, diutius tollerare, vos huc ad se vocari voluit, vt
et consilium vestrum, et alia que Mti sue scitu erat necessaria,
à vobis peruestigaret.

Cum aut eius Mtas accepit iam à vobis ad plenum id, quod
opus habebat, dimittit vos cum gratia sua Regia, vt qsq3
quo velit discedere possit. Et hortatur vos, vt sicut decet
fidos subditos, et viros Catholicos, curet pro se quisq3, vna
cum amicis suis, vt hoc exitiale virus possit citra difficul
tatem, ex Ciuitate illa eliminari, Nam propterea eius Mtas
tam mature negotium hoc aggressa est, ppterea ad Conuentum
generalem suspendit, vt tanto exactius, solidiusq3. illud
exequi posset. no vult enim eius Mtas, vos vlla in parte dese-
rere, no vult tam insignem Ciuitatem suam, in tam foedo er-
rore diutius ferre, et tanta improborum facinora, impunita
relinquere.

Lras vero, et alia oia, que vobis necessaria fuerint, pro ho-
nore et securitate vra, Mtas sua vobis liberate cocedere di-
gnabitur.

Prouisio honoris ciuium Gdanen per sedicionem exautorator per decretum regis facta

Sigismundus etc. Manifestum facimus etc. Quia cum intellexeramus, graues motus, et seditiones intestinas fuisse excitatas in Ciuitate nra Gdanensi, et preter alia multa facinora, aduersus religionem sanctam, et auctoritatem nostram Regiam insolentissime comissa, etiam Burgrabium nrm, Proconsules, Consules, Scabinos, et alios Officiales nros exauctoratos, Nosqz cum ante per Nunctios, et Ores nros, tum nouissime aduocatis ad nos nonnullis, tam ex nouo, qz etiam antiquo Consulatu, diligeter causas tantoru maloru scrutati essemus, Coperissemusqz, euidentibus argumentis, rationibus, et testioyb, Procosules, Cosules, et offles ipsos predictos, no aliqua culpa vel demerito suo, sed insolentia Plebis, et seditione populari tumultuarie depositos, et exauctoratos, et ad Inscriptiones, aliaqz indigna, metu coactos fuisse, pntibus lris, et decreto nro Regio pnunciamus et decernimus, q hec coram per Plebe depositio et exauctoratio, eorumqz coacta quevis inscriptio, ac qcqd aduersus illos, per Coitatem, vel quevis alium, de causa excitati tumultus in Ciuitate, et Repca male administrata, et aliis id genus dictum sit, aut etiam scriptum, culpa ipsorum careat, neqz qcqz eis, eorumqz posteris in honore, vel bona existimatione officere debeat, nunc, et in posterum, et pserti cum ipsi se exhibuerit, et parati sint oibg, qcuqz eos quolzt culpare vellet, coram nob respodere, suumqz honore et innocetiam tueri. In cuius rei testimonium etc.

SIgismundus primo regi Polonie Zophia ex Ducibus Masovie: vxor Stefani Batori Palatini Vngarie.

Premissa seruitutis mee perpetue, in gratiam Sacratissie Mtis vre, humili ac debita commendatione. Sacratissia Mtas, dne mihi clementissime, Dignetur meminisse Mtas vestra Sacratissima, quo pacto, pro sua suma in me, domumqз, et familiam meam clemetia, et antea cum res sponsaliorum tractabatur, peculiariter in sua, me, tutela, habere sit dignata, suisqз auspiciis, id etiam negocium sponsaliorum agi, et pfici, voluerit, Quo item pacto, cum vadens in Hungariam, ad Mtem vram sacratissimam, salutatum, veneratumqз illam, supplex accessissem, supplicē me, no meo merito, sed sola generosissimi animi sui bonitate, atqз clemetia, no vt subditum quempiam suum, sed vt sobolem, natamqз suam, in tutelam me recipere, Nunc itaqз, qualis, et qз inopinatus me casus, cum Spectabili et Magco dno, et Coniuge meo oppressit, quamqз no dubito, vre Sacratissime Mti, iam cognitum esse: tamen vberius vre Sacratissime Mti exponet, is Rndus dns Ladislaus, de Macedonia, Electus Epus Eccle Sirmien, quem ad vram Mtem, vnicam spem, et perfugium nrm, huius rei gratia expedimimus. Supplico igr Sacratissime Mti vre, tanqз Dno meo clemetissimo, vnacum ipso Spectabili, et Magco Domino et Coniuge meo, dignetur ipsi dno Epo, dum calamitatem, casumqз rerum mearum exponet, benignas prebere aures, et pro ea clemetia, atqз benignitate, qua me indignam

in suā, in suā suscipere est dignata tutelā, ita cōsulere reb9 meis afflictis, vt M̃tis v̄re sacratissime Patrocinio, atq3 ope releue: mur, et attollamur, quā solam constituimus nobis, et p̄fugiū, et spem, tutoremq3 singularem, Quod M̃tis v̄re beneficium, vna cū ipso Spectabili, et Mag̃co dn̄o, et Conuige meo, et vtriusq3 meā familia, dū aliquis eorū superit, assiduis, ac perpetuis obsequiis meis promereri cōtendemus, In cuius gratiā, ac tutelā, perpetua seruitia mea, iterū atq3 ite: rū supplex cōmendo, et offero, Quā Deus optimus ma: ximus, semper foelicem et incolumem conseruare di: gnetur. Datū in Babolcha Sabbato proximo post fes: tū beati Michaëlis Archangeli. M°. D.° XXiiij.°

SIgismundo primo regi Polonie Stefanus de Bathor, palatinus Vngarie

Post humilem ac debita seruitior meorum, in gratiam vrē Sacratissime Mtis commendatione, Sacratissima Mtas dñe clementissime. Memoria teneo, qz clemens, ac benigna semper fuit mihi Mtas vrā Serma, qzqz in me ornado illustrandoqz cum antea semper, tum nouissime in iungēda mihi Matrimonio Illmi Duce Sophia, fuit propitia, vt solam Mtem vrām esse ducam, omnis mee accessionis, ornamētiqz auctorem. Quod cum ita sit, ipsam eandem, in calamitatibus etiam, angustiisqz meis, perfugium, et quasi Asyllum quoddam mihi constitui. Que quidem calamitas mea qlis sit, scio peruenisse iam ad aures Mtis vrē. Clarius tamen vberiusqz Mti vrē declarabit, is Rndus dñs Ladislaus de Macedonia, Electus Epus Sirmien, Quē ad Mtez V. et Nuntium huius mee calamitatis, et dēpcatorem misi. supplicans Mti vrē, tanqz dño clemētissimo, dignetur ipsi dño Epo, benignas pbere aures, et calamitatem deditissimi Clientuli sui, ea pietate et clemētia exaudire, ita sua auctoritate, suo patrocinio adesse, vt que ornamēta, accessionesqz honoris, vrē Mtis auspitio, eram essequutus, eas, benefitio, atqz ope eiusdem recuparare possim amissas. In cuius grām me, seruitiaqz mea perpetua, iterum atqz iterum humillime comendo. Ex Babolcha Sabbato post festum beati Michaëlis Archangeli. Mº D. XXiiij.

Responsum a Sigismundo primo rege Polonie datum Ladislao electo Epo Sirmiensi

Mtas sua Regia, preuenta hac egritudine, no potuit ocius vram D. Rx. audire, et proinde optat, vt boni consulat.

Molestissimu fuit Mti sue, cu audisset dnm Stephanu de Bathor, Palatinatu Regni Hungarie priuatu, et exauctoratu non ignorat enim Mtas sua, illu, et ppensu erga se, et bonu Seruitorem Regis sui semp extitisse.

Quare, cu expedirit nup in Hugaria Mtas sua dnm Palatinu Crac, comittere illi dignata est, diligenter agere de ipso dno Stephano, ad dignitatem sua restituendo, feritq3 id Mtas sua libeter, cum intuitu illius meritoru, tu vero ratione, et ad postulata, dnoru Duciu Masonie, quoru Sorore Mtas sua in Connubiu ipsi dno Stephano, suo opa et aucte ordinauit, Tame et nuc petente vra D. R. scribere dignabitur Mtas sua diligeter Ori suo, dno Palatino Crac, vt ta de Palatinatu Hugarie, eidem dno Stephano restituendo, q3 etia arcibus illi no auferedis, impendat omne opam, noie Mtis sue Regie.

Et alia, quecumq3 oportuna sinerit Mtas sua, ad iuuandu et comodandu ipsi dno Stephano, se facturu semp, no grauatim pollicetur.

Sigismundus primus Rex Polonie Stefano de Bator palat.o ungarie

Nihil pretermisimus in tua S. iuuanda, quantu nunc nobis, licere videbatur, ut Mtas Serm Nepotis etc, ea ad pristinu gradu dignitatis, restituere dignetur. Dedimus enim lras in ea re, ad illius Mtem, et Sermam dnam Reginam, ac Rmu dnm Strigonien, et eas, per propriu nrum Cubicularium, misimus, spemqz optima habemus, suam Mtem omnia esse facturam, que cu dignitate, in ea ipsa causa, ei facere licebit,

Mittemus aut, no longo interiecto interuallo, quibusda in rebus, ad Mtem sua, Orem nru, Cui etia comittemus diligenter, ut nihil pretermittat, quod, ad tua Stem allevanda, spectare videbitur, Tua vero S. interim sit boni animi, et de nobis id sibi polliceatur, quod et in hac re, et in omni alia necessitate, gratiam nostram, quantu opus erit, experietur.

SIgismundus Rex Polonię Ludouico Regi Vngarię et Bohemię

Post miserabilem casum Magci Stephani de Bathor, non quim ė vestigio causam eius, vt in integrum restituatur, summa contentione ageremus, quandoquidem ope et auxilio nro Illris Princeps dna Zophia, vxor eius, Ducum Mosonię Soror, in Matrimonio sibi collocata est, Duabus itaqz causis pmoti, ad eum iuuandum adducti eramus, qꝫ scilicet et matrimonij eius, Auctores fuimus, et qꝫ de gradu dignitatis deiectus, et exauctoratus, nō sine magno dedecore, vtcrqz ipsorum vitam degere cogitur, nō multo ante, cum magna sua, suorumqz omnium gloria, ad summum Regni Magratum enectus, in quo florere, et apud omnes homies gratiosus esse videbatur. Quanta sit aut ista calamitas, qꝫqꝫ grauis, et molesta, quam, aduersę fortunę malignitas, attulit, quę Iure suo, quodam modo id sibi vendicare videtur, vt vim Imperii sui, in oēs passim exerceat nos ex multis humanis casibus intelligentes, ad hoc à principio casus eius ppensi eramus, vt eum ad pristinum Statum restituend., p virili parte iuuareg. Et queadmodum antea id fecig, ita et nūc ei deesse noluig, vramqz Mtem vehementer rogag. id iam efficere dignetur, quod in recuperanda dignitate, de qua deiectus est, id sibi iam iam polliceri valeat, vt nro auxilio vrēqz ite Mtis aucte et gratia, id, quod sūma necessitate adductg petere cogitur, tandē cōsequatur. Cupig vram Mtez bene, et forte valere, Cuig mutuo amori nos cōmēdaūs.

Sigismundus Rex Polonie
Marie Regine Ungarie.

Credimus autem vestram, eo, quo par est, animo ferre casum mi:
serabilem, Magci Stephani de Bathor, Qui dum floreret, su:
moque gradu Inclyti Regni Hungarie fungeretur, acce:
pit uxorem Illris, et vetuste familie, Masovie Ducum Sororem,
Cum qua vitam agens, ut credidit foelicem et fortunatam,
nulla sua, sed fortune, culpa, et malignitate, ad id de:
venit, ut de gradu deiectus, cum Coniuge sua, in summa
sit calamitate collocatus, De qua, si nulla spes emer:
gendi sit reliqua, quid utroque ipsorum calamitosius dici,
vel existimari possit? nihil profecto cogitando assequi
valemus, Sed cum non ignoremus, ipsam fortunam, rerum Dominam,
eum cursum tenere semper solitam esse, ut nec quos clarificat,
perpetuo foveat, nec quos deprimit, perpetuo premat, non cessamus
causam eius, apud Serenissimum et charissimum Nepotem meum, dominum
Ludovicum etc agere, ut post tot exantlatos labores, et erum:
nas, in recuperanda tandem amissa dignitate, utrumque eorum,
auctoritate et gratia sua, iuvare dignetur. Vestram quoque autem etiam
atque etiam rogans, dignetur utriusque eorum calamitatis, eam,
quam par est, rationem habere, et imprimis hanc matronam, huius
familie oriundam, cum qua etiam vestre Maiestatis familia, satis
propinquam Consanguinitatis coniunctionem habuit, gratia complecti dig:
netur, idque agat, et efficiat, ne in hac miseria, omni ope de:
stituta, contabescat, et consumatur, Id enim agens, ut collapsos
et iacentes erigat, ab hijs qui recte iudicant, sic censebitur,

vt nihil magis se dignum facere posse videatur, et nobis erit valde gratum. Cupimus vram autem bene et foelic valere:

SIgismundus primus Rex Poloniae Archiepo Strigoniensi.

NOn est incognita vrae Pti calamitas Magri Stephani, de Batbor, cum Coniuge sua. A qua, vt sint aliquando liberi, credimus omnes bonos, vereqz laudis gustum habentes, eis, opam suam, sedulo nauare. Scribimus iterum Serenmo et charmo Nepoti nro etc, Serenmaeqz dnae Reginae, et rogamus, vt suae Mtes, iam tandem auctem et gratiam adhibere dignentur, q ipse Stephanus ab hac calamitate celerius liberatus, ad pristinum dignitatis gradum restituatur. Vram etiam Ptem rogamus, vt quae sua est prudentia, et pbitas, eorum calamitatem, iusto examine dimetiatur, agatqz ea dexteritate, qua in aliis rebus magnis agendis, vti solet, vt in impetranda eis gratia, et restituenda eis dignitate ammissa, voti compotes fiant, Quicqd aut vra Ptas, in hac re perficienda, nra causa faciet, id erit nobis valde gratum.

Ludouicus Rex Vngarie
Sigismundo Regi Polonie.

SErme, etc. Lras Mtis vre, datas in comendatioez Spectabilis ...
et Magci Stephani de Bathor, als Regni nri Hungarie Palati,
accepimus. Quibus nos hortatur, vt eu pristino gradui curazeg
restituen, Est hic Magratus hmoi, vt nra quidem anthoritate,
sed dnorum Prelatorum, ac Baronum, tociusqz nobilitatis inter:
ueniente suffragio, creari soleat, Vnde fit, vt huc magratu,
que illi, ad tocius Regni instancia, ademius, sine eiusde
Regni consensu, restituere nequeamus. Et qzuis nos
quoqz moueat casus hois, presertim cu sciamus, hac illi
calamitatem commune, cu Sttei Coniuge, accidisse, inter
quos, ope, et ante Mtis vre, hoc Mrioni fuerat conciliatu
publica tamen Regni nri libertatem, cui tuende ac reti:
nende, solenni Iureiurando sumus astricti, nro desyde:
rio, cogimur anteponere, Nihil est itaqz certi, quod Mti
vre, de hoc negotio, in presens possimus respondere aliud,
qz qz ppediem Conuentu Regnicolis nris gnalem indiceq.
In quo, inter caetera, que, tunc pponetur, ageda, huius
quoqz peticois Mtis vre, recordabimr, Et quicqd delibe:
ratu de ea re fuerit, faciemus Mtem vram certiorem.
Cui nos oibus in rebus, vti Patruo colendissimo grati:
ficari, pro virili nra, semp studebimus, et ea valere
optans foelicissima. Datu Bude xij Julii. Anno dni
M°. D°. xxiiij°. Regnorum nrorum, anno IX°X

SIgismundo Regi Polonie Stefanus de Bator Palatinus Vngarie.

Post debite seruitutis mee, in gram Serme Mtis vre comendationem, Quamqz scio Mtem vram, cu ex Rndo dno Preposito Oratore suo. tu ex lris meis, iamdiu, ad amussim omnia cognouisse. que in Conuentu, ad opidu Gathwan, perpetrata sint, ac inter alia, quomodo ego, quorundam machinatione, et insolentia, exanthoratus sim, nihil vnqz minus veritus, aut meritus, Sed aliud erat Serme Princeps scopon, quod arcus minabatur, aliud quo sagitta dirigebatur, Quem ictu ego, pro veteri mea fide, meorumqz omniu, erga Clarissima Casimirei Stematis pgeniem, seruitute, excepi lubens, no sine grauissima honoris mei iactura, sustineoqz: que omnia oc Serme Mtis vre, luce ipsa meridiana clarius vidit, cognouitqz, Cuius ego tu opem, authoritatem, fidemqz, identidem imploraui, testatusqz sum, no Jure, sed iniuria, atqz immerito, hanc ignominia notamqz mihi irrogari, Constitui tame Serme Rex, supplice hac scheda, ad Serma Mtem vram dare, primo, vt illius concepta forsitan indignatione deprecer, q in hac saeuissima procella, imo pocius naufragio meo, segnis et tardus ad ea confugia, cui pene vni, omes accessioes meas, acceptas ferre debeo, Eius.n. ope, eius authe, Ingratus meos adeptus sum, adeptos saepe retinui, amissu recuperauera, Verumm vero Serme Rex, certissima mihi Spes dabatur, Mtez vram, cu Sermo et clemetso Rege meo, Nepote suo, ppedie conctura, vbi, vt Mti vre prius calamitates meas inges declarare, qn pocius deplorare, ia me accinxera, Sed hac qz fiducia

delusus, et ad extremum omni spe destitutus, procido ad clemē-
tissimos M̃tis v̄re pedes, pfternor, ad pientissima illius Genua,
audi obscurum, quē, vt clarū faceres, sapientiē tuē consilia,
operasq3 multiplices adhibuisti, Audi calamitosum, quē vt feli-
cem faceres, penitissimos quosq3 clemētiē tuē sinus effudisti,
Supplico itaq3 Serme M̃ti v̄rē, quatinus per Orem suū, quem
ad Conuentum Hungar, proximum festum beati Georgii Martyr.
ad Principes meos clementissimos, mittendum designabit, dig-
netur huiusce calamitatis meē meminisse, et suis m̃tibus, honorē
meum cōmēdare, et tandem Rmo dn̄o Archiepo Strigonien, aliisq3
dn̄is Prelatis et Baronibus, Regniq3 huius Proceribus, hocipsum
mei honoris negotium cōmittere, vt m̃tas sua, habita rone
dignitatis Regiē, authoritatisq3 vniuersorum dn̄orum Prelato-
rum et Baronum, et libertatis Regni (quas in meo casu illegi-
timo, conuulsas, corruptasq3 esse duco) ex hac me cōtume-
lia, ex hac calamitate, auspitiis M̃tis v̄rē eximat, libe-
retq3. Quod etsi nullo, vnq3 seruitiorum genere, nullis
gratiarum actionibus à M̃te v̄ra promereri posse. spero: ta-
men enitar M̃ti v̄rē, vnacum Illri Zophia Consorte mea,
deuota M̃tis v̄rē ancilla, filioq3, et fr̄ibus meis, ad extre-
mum vsq3 spiritum, seruiciis fidelibus, et promptitudine fami-
latus promereri, Cum his me, et seruitutis meē,
perpetuam fidem, atq3 alacritatem, in grām M̃tis v̄rē sup-
plex cōmendo, Datum in Babolcha, in festo Annūciationis
gloriosissimē virginis Mariē. M°. D°. XXVj°.

Sigismundo primo Regi Polonie
Sophia ex Ducibus Masouie vxor
Steffani Batori Palatini vngarie

Post humilem, perpetuiqz mei obsequii in gram Serme Mtis vre comendationẽ, Scio cognitũ iam esse Mti vre Serme, in quã rursus est deiectus calamitatẽ, Magnus dñs, et Maritus meus, nec dubito, qn p suo sapientissio iudicio pspiciat Mtas vra, nõ culpa aliqua nra, in has nos incidisse erũnas, Longe aut antea Serme Princeps, huic nre calamitati, opem et Patrociniũ Mtis vre Serme implorassens, nisi spem aliquam fuissens sequuti, que nob alia pollicebatur occasionẽ, comoditatemqz implorãdi Patrocinii Mtis vre, Quã qdem spem lre ipsius dñi Mariti mei, clarius Mti vre declarabãt, Sicut aut supiori illo, dñi et Mariti mei, casu, clemẽtissimus nob fuit Mtas vra Patronus, atqz adiutor, ita nũc eadẽ ipsa Mtis vre, in nos clemẽtia cõfisi, in hoc etiã psenti nro casu, solius Mts vre, opem, supplices imploramus. Illud identidẽ in pectore meo voluẽs, q Mtas vra, dũ iussu illius huc in Hũgariã venire, Patronũ se mihi clemẽtissimũ, atqz Tutorẽ offerre est dignata, Cuius erga me clẽmẽtie sẽp memor, pcabor, dũ vivã, pcorqz Deũ opt. max. vt assiduis victoriis triũphis, augeat Mtem vrã, vtqz Mti vre, ac plis illius oĩa pspera tribuat, Cui supplico tanqz hũilis ãcilla, dignetur huius etiã psentis nre calamitatis meminisse, Et sicut illa priori calamitate, nos sua auctẽ, sua ope, patrocinioqz leuãt, ita ex hac etiã nos subleuet. dignetur qz p orez suũ agẽ, efficereqz apd vtraqz Mtez dñi mei, vt dignitas nra Mte vre auspiciis nob reddatur, ne in hac erũna, et in hiis calamitatũ procellis cõtabescãus. Reliquũ est, mea seruitiã rursus in grãm Mtis vre comẽdo atqz offero, Quã Deus diutissime cõseruet, Ex Castro meo Babolcha. vts.

SIgismundus primus Rex Polonie :
Chrofero de Schidlowiec Palat et Capit
Cracouien : Regni Polonie Cancellario .

Magce sincere nobis dilecte. Venit ad nos Rndus Ladislaus de Macedonia, electus Sirmien, qui prolixa et lugubri oroe, recensuit calamitate, que accidit Spectabili et Magco Stephano de Bathor, Qui pter furore populare, dignitate sua est exauthoratus, quasi ipse nimiu sæuere, erga Regnicolas Regni Hugarie se gessisset, comemorasq3 merita erga nos, et nros Predecessores eiusde dni Stephani, et maioru ipsius, rogauit nos inpense, vt pro illo apud Sermu dnm Nepotem intercederemq. Nos q3uis comiserimus iam tue Sti agere cu ipso Sermo dno Nepote nro, de restitutione eiusdem dni Stephani ad Palatinatu Hungarie, tame intuitu meritoru ipsius, et Illriu dnoru Ducu Masouie, qui in ea re, huc ad nos suu etia Nuctiu miserut, ac nra causa et opa, eidem dno Stephano, sua Sororem in Matrimoniu collocarunt, iteru illi impensius comittimus, vt cura isthic omne adhibeat, de ipso dno Stephano, ad locu et dignitatem sua restituendo, ne hec nota, in domo sua, et posteroru suoru remaneret, quasi pro crimine aliquo, eadem dignitate sua priuatus esset, Efficiat etia apud illius Mtem, ne bona, vz3t Castru Cheremgh et Futhak, que Mtas sua, in certa pecunie suma, ipsi dno Stephao inscripsit, ab ipso auferri pmittat, anteq3 illa pecunie suma, p qua inscripta sunt, sibi restituatur, vel alia bona, et sufficiens cautio sibi fiat in effectu. Et sup his habeat S. tua mutua intelligetia cu Rdo d. Epo Agrien, Cancello. Et bene valeat. Dat.

Ludouicus Rex Vngarie et Bohemie Sigismundo primo regi Polonie.

SErme Princeps, Patrue nr honorandissime. Non sumus imme-
mores, qз accurate, et qз diligenter, Mti vre, causa Illris dne
Zophie, Ducis Masouie, Consortis fidelis nri Spectabilis
et Magci Stephani de Bathor, Regni huius nri Hungarie
Palatini: qua ratione ipsius Ducatus Masouie, cora vestra
Mte habet, nup comendauerimus, Licet credamus eam esse
Mtis vre in nos beneuolentia, et item ea erga domum
ac familia ipsius Ducatus Masouie, singularem gram, et
ppensitatem, vt causa ipsius dne Zophie Ducis, singula-
riter habeat comendata: merita tamē cumulatissima ipsг
Stephani Palatini nri, nos inducūt, vt hanc ipsa causam
Consortis sue, velimus apud vram Mtem esse comendatiore.
Quamobrem rogamus Mtem vra plurimu, velit cum pe-
tionis nre, tum etiam fidei et meritoru Domus et fami-
lie Mazouien, intuitu, qua erga Mtem vra Duces ipsi
ab initio fuerunt, ipsa dnam Zophia, ac Anna Sorore
sua, natu minorem, in Dominio ipsius Ducatг relinquē
Que, vestigia Maioru suoru imitantes, eam fide, sin-
ceritatem, et integritatem vna cu omni sua posteritate,
Mti vre, et Regno suo Polonie, in omnibus rebus pre-
stabunt, quam debent, et qua Maiores sui prestiterunt.
Et alioqui, nihil est laudabilius, nihilue Mti vre dignius,
qз si familia hec Mazouien, a multis annis insignis, et
preclarissima, tempore Mtis vre integra conseruabitur.

Si vero M^tas v^ra gravaretur, hoc facere velit saltem, p^ter petitionem n^ram singularem, causam hanc Ducatus, ad Conventu^m suu^m Petrikovien, integra^m reicere, et differre, vt causa hec ibi perspecta, et cognita revideatur, quid Iuris ipsa d^na Zophia et Anna Soror sua in ipso Ducatu sint habiture, M^tas v^ra in hoc rem iustam, Deoqz gratam, et apud Principes Christianos laudabilem, nobis vero gratissimam faciet, Eandem foelicissimam valere cupimus, Bude, nona die Julii . M^o. D.^o XXvj^o.

Prelati. Barones. ac Nobiles regni Vngarie in Dieta generali S. Georgii congregati.

Sigismundo Primo regi Polonie.

Post debite, ingisqz servitutis n^re, in gratiam Ser^me M^tis v^re comendationem humilem, Ser^me Rex, D^ne nobis clementissime, Non dubitamus, optime M^tem v^ram meminisse, quo pacto superioribus annis Ill^ris d^na Zophia, Dux Masovie, opera, atqz authoritate M^tis v^re, data fuerit Spectabili et mag^co d^no Stephano de Bathor, Regni Hungarie Palatino, d^no, et fratri n^ro charmo, in Matrimonium. Nunc accepimus, cum ex relatione ipsius d^ni Palatini, tum etiam aliunde, vtrumqz iam fratrem ipsius Ill^ris d^ne Zophie, Duces vz Masovie, decessisse, eßeqz cum hys sexum etiam masculinum, illiq stirpis ducalis peremptum, et intermortuu^m, superesse duas tantum Sanguinis et stirpis eius sorores, alteram minorem natu, que adhuc innupta in domo illa Ducali est, alteram hanc, que

vre' Mtis auspicus, ipsi dno Palatino nupsit, Quamqz igitur Serma Mtas, no dubitans, sub Mtis vre, tanqz boni, et iusti Principis tutela, ipsi Illri dne Sorori, et supstiti, quonda dominorw Ducw, omnia et Iura, et alia Ducatus illius negotia, tuta et illesa fuisse, futuraqz etia deinceps, Volumus tame hac ipsa in re. Mti vre Supplicare, vt sicut illa Christianissimus, et iustissimus Princeps est, ita contemplatione in primis iusticie, tum etia seruitutis omniu nostru, dignetur ipsas Sorores superstites, et reliquias, quonda dnorw Ducw, sua Regia clemetia coplecti, et fouere, vt sub tutela Mtis vre, retineant pristinu statu, honoreqz Ducalem, quas, credimus, a fide, et isti Sacre Corone, et Mti vre, debita obedietia, nunqz discessuras, sed tanqz fideles subditas, omnia vere et sincere fidei officia, instar Maioru suoru, Mti vre prestituras. Plura aut super hoc, referet Mti vre, nostro nomine Rndus dns Joannes Statilius, Prepus Budew. ore Sermi dni Regis mei, Cuius verbis supplicans, Serenitas vra dignetur fidem adhibere. In cuius gratia nos, et seruitia mea humillime recomendamus, qua Deus opt. max. ad mltos annos foelicissima, et incolume conseruet, atqz illa assiduis victoriis augeat. Datu Bude, in festo sanctorum Philippi et Jacobi Aploru, in Conuentu nostro generali. Anno dni. M° D° XXVj°.

Sigismundo Regi Polonie
Thomas eps Agrien Cancells.
Alexius Thurzo Judex Curie
Regis ~~Bohemie~~ ~~Vngarie~~

SErme Princeps. due due clementissime. Post seruitiorum nostrorum commendationem Intelleximus Magcum dum Andream de Bathor, post reditum Venblis dni Alberti Prepti Quinqzecclien, dedisse lras ad Mtem vram, quibus illi persuadere conatus sit, ne reliquam Dotis pensionem Illri dne Zophie Duci Masouie, per Illres fratres suos promisse, numerandum curaret, Quid bono viro, dno Andree, in mentem venerit, cur vidue Coniugi sui fratris, his maxime temporibus, in re, que nec sibi, nec familie sue, detrimenti aliquid afferre possit, negotium voluerit exhibere, ignoramus. Nihil enim est magis perspicuum, qz quibus conditionibus, vra Mte, ac Sermis Regibus nris, consentientibus, matrimonium, inter dnm Palatinum defunctum, ac dnam Zophiam Ducem, sit transactum, Contractus, cui semel dns Andreas, vna cum Magco dno Georgio Bathorii, vltro subscripsit, ac consensit, displicere amplius non poterit, tantum autem abest, vt reuocare Contractum, dominus Georgius, maior natu frater, velit, vt pro sua, in fratrem defunctum, pietate, proqz singulari charitate, et veneratione, qua Illrem dnam Zophiam prosequitur, si nulla, euismodi dotis assignatio, fratre viuente, esset facta, nunc fieri vel maiorem, vel certiorem optaret

Supplicamus igr Mti vestre, dignetur sue primum exhibacon

ac dignitatis, deinde Illustris Familie, ac Ducatus Masoviae, qui, quantus est, in potestatem Maiestatis vestre recidit, habere rationem, et hanc non magnam peccuniae summam, vt clementer se facturam spopendit, iubere citra difficultatem aliquam numerari. Nemo enim est, qui sibi, factam in ea re iniuriam, merito queri possit, presertim, cum dominus Palatinus, et filiam reliquerit superstitem, et familie sue commoda auxerit, et duplo propemodum maiora studuerit efficere.


Deus optimus maximus, vestram Maiestatem, seruet foelicissimam. Datum Posonii die XV. Mensis Augusti. Anno Domini. M°. D°. XXX°.


Sigismundo primo regi Poloniae Zophia dux Maso palatina vngariae.

SErme Princeps, dne dne mihi gratiosissime. Post humillima orationum, ac seruitiorum meorum, in gratiam Mtis vestre commendationem. Quamuis Mtas vra Serma, cum ex lris meis, tum relatibus, Seruitorum meorum, humillimam supplicationem meam, iam pridem intellexerit: cum tamen post Deum optimum, neminem habeam Serme Princeps, ad quem confugiam, cuiusqz implorem auxilium, presertim quando inclytum hoc Regnum hungarie, in quod per Mtis vre gratiam, locata sum (vt eidem constare non dubito) tam misere conflictetur, vt nulla salus sperari in eo liceat, et quod Deus auertat benignissimus, si eo potitus hostis fuerit, siqz dnm et maritum meum Palatinum, obsequentissimum Mtis vre seruitorem, fortuna belli, vita priuauerit, vbi caput meum reclinem. Proinde Serenissime Princeps Mti vre humillime supplico, dignetur ex sua singulari, in omnes, maxime aut in orphanas, iustitia, atqz clementia, in hys, que optimo Iure meo, à Mte vestra postulo, seruitores ipsos, gratiosa et optata relatione, ad me remittere, et ita mihi orphane, et Ancille sue, de bonis paternis, vna cum Sorore mea prouidere quo perpetuis semper temporibus precibus diuinis agnoscere, à Mte vra non desistamus, Ne mihi preterea cum filio meo, si per rabiem tam potentissimi hostis, de solitis sedibus, (quod Deus aliter vertat) eiicimur, sub

tectis divagari contingat alienis, Rursum igitur Mti vẽe hu=
millime supplico, dignetur ipsos Servitores meos optata ad
me mittere relatione. Eandem Deus optimus Maximus,
conservet foelicissimam, Ex Castro nr̃o Babolcha, in fe=
sto Assumptionis virginis gloriose. M°. D°. XXVJ°.

(352)







Rosya. 134
Polska. 261.
G. ... [illegible] 139

Litwa 245



139

